


HE

ITUS

3
?
2






PLAVTI COMOEDIAE

RECENSVIT ET EMENDAVIT

FRIDERICVS LEO

VOLVMEN ALTERVM

MILES MOSTELLARIA PERSA POENVLVS PSEVDOLVS RVDENS STICHVS TRINVMMVS TRVCVLENTVS VIDVLARIA FRAGMENTA



BERIOLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCVI

PLAVTI COMOEDIAE

II

A **codex Ambrosianus rescriptus.**

P **editionis Palatinae exemplar (quo signo non utor nisi opposito *A*).**

- *B* **cod. Palatinus Vaticanus 1615.**
- *C* **cod. Palatinus Heidelbergensis.**
- *D* **cod. Vaticanus 3870.**

cf. I p. VIII.

MILES GLORIOSVS

ARGVMENTVM II

Meretricem ingenuam deperibat mutuo
Atheniensis iuvenis; Naupactum is domo
legatus abiit. miles in eandem incidit,
deportat Ephesum invitam. servos Attici,
ut nuntiaret domino factum, navigat;
capitur, donatur illi captus militi.
ad erum, ut veniret Ephesum, scribit. advolat
adulescens, atque in proximo devortitur
apud hospitem paternum. medium parietem
perfodit servos, commeatus clanculum
qua foret amantum. geminam fingit mulieris
sororem adesse. mox ei dominus aedium
suam clientam sollicitandum ad militem
subornat. capitur ille, sperat nuptias,
dimittit concubinam et moechus vapulat.

ARGVMENTVM *BD* 2 naupactis domum, *corr. Pylades* 3 eadem incedit B^1 4 deportate pessum B^1 inuita B^1, inuitat CDB^2, *corr. Saracenus* 5 facto B^1CD 6 illic *B* 7 aduerum B^1CD epessum B^1 8 reuortitur, *corr. Saracenus, Bothius* 10 clancilum CD^1 11 geminat, *corr. Scutarius* mulier, *corr. Camerarius* 12 adesse *Pylades:* ait esse 13 dientam *CD* 14 spernat B^1CD 15 et: *fort.* ut, *cf. arg. 1, 14* moecus *B* uabulat C^1D^1

PERSONAE

PYRGOPOLYNICES miles
ARTOTROGVS parasitus
PALAESTRIO servus
PERIPLECTOMENVS senex
SCELEDRVS servus
PHILOCOMASIVM mulier
PLEVSICLES adulescens
LVCRIO puer
ACROTELEVTIVM meretrix
MILPHIDIPPA ancilla
PVER
CARIO cocus

SCAENA EPHESI

Serv. Aen. 12, 7 Plautus in Pyrgopolinice (*v. 75. 76*) *Πυργοπολυνείκης, non Πυργοπολίνικος, cf. A v. 56, Sidoni Ap. Laudianus ep. 1, 9, 8; Birtius mus. Rhen. 40, 532 in forma nominis quae est* Periplectomenus *omnia testimonia concinunt.* Periplectomenus *quasi Περιπλεκτομένης?*

PYRGOPOLYNICES I 1

Curate ut splendor meo sit clupeo clarior
quam solis radii esse olim quom sudumst solent,
ut, ubi usus veniat, contra conserta manu
praestringat oculorum aciem in ácie hostibus.
nam ego hanc machaeram mihi consolari volo,
ne lamentetur neve animum despondeat,
quia se iam pridem feriatam gestitem,
quae misera gestit + et fratrem facere ex hostibus.
sed ubi Artotrogus hic est?

ARTOTROGVS

Stat propter virum
fortem atque fortunatum et forma regia;
tum bellatorem — Mars haud ausit dicere
neque aequiperare suas virtutes ad tuas.

PYRGOPOLINICẸ — ṬRỌGV — *A*, PIRGOPOLINICES MILES · ARTOTROGVS PARASITVS *B et* (A. P. PYRGO POLINICES M.) *D* 1 meọ *AP:* meus *Priscianus 2, 421* clipeo 2 quam *AP:* cum *Nonius 31* esse *om. Nonius* sudust B^1CD, *A n. l.* solet *Nonius* 4 *sic AP, Nonius 34* (*cf. Lucil. 863 L.*) *et 373, Priscianus l. s., Ps. Asconius in Cic. divin. 46* 5 *sic AP: Donatus Ad. prol. 15* nam ego hanc machaeram meam dico 7 f[eriat]ạṃ (*Saracenus*) *A:* fieri attam *P* 8 quem *P* miserẹ *A* gestitet fratrem CDB^2, gestat et fratri (-i *incertum*) B^1, g—fretis (*vel* fritis *vel similiter, minus probabiliter* fretum) *A;* fartum *Muretus, Lambini 'libri veteres'*, fartem *Skutschius Berl. phil. woch. 1894, cf. ad Most. 169, ubi nomini accedit genetivus.* offam *Bentleius, Gronovius; cf.* fertum 11 ṭuṃ *AP* [ma]rṣ AB^2*:* ars *P* ḥạụ — *A:* aut *P* *qualis bellator sit ut efficacius quam epitheto fieri possit enuntiet, Martem dicit ipsum sua fortia facta non ausurum proferre contra illius aut comparare cum illius virtutibus. bellator plus est quam vir fortis, cf. Pseud. 992, Bacch. 927* (tam bellatorem Mars se haud *Bothius*) 12 ṇẹqụẹ *A:* nequi *CD*, mequia *B*

PYRG. Quemne ego servavi in campis Curculioniis,
ubi Bumbomachides Clutomistaridysarchides
erat imperator summus, Neptuni nepos?
ART. Memini. nempe illum dicis cum armis aureis,
cuius tú legiones difflavisti spiritu,
quasi ventus folia aut paniculum tectorium.
PYRG. Istuc quidem edepol nihil est. ART. Nihil hercle hoc quidemst
praeut alia dicam — quae tu numquam feceris.
periuriorem hoc hominem si quis viderit
aut gloriarum pleniorem quam illic est,
me sibi habeto, ego me mancupio dabo;
nisi unum, epityrum estur insanum bene.
PYRG. Vbi tu es? ART. Eccum. edepol vel elephanto in India,
quo pacto ei pugno praefregisti bracchium.
PYRG. Quid, bracchium? ART. Illud dicere volui, femur.
PYRG. At indiligenter iceram. ART. Pol si quidem
conisus esses, per corium, per viscera
perque os elephanti transmineret bracchium.
PYRG. Nolo istaec hic nunc. ART. Ne hercle operae pretium quidemst

---

13 c]urçulion[ie]is *A:* curcus lis donis *BD*, curcusculi donis *C* 14 bumbom arides *P, corr. Pylades; A. n. l.* clutum ista ridis archidis *P;* Clutomestori dysarchides *Ritschelius, in A fuisse* — starchides *verisimile est* (*quod spectat ad* — mistharchides *cf. Ar. Ach. 597*). *Κλυτομισθαριδυσαρχίδης cf. ἀριπρεπής sim.* 16 auris *P; A n. l.* 17 legiones *Nonius 97:* legionis *A*, egionis *P* spiritu *CD, Nonius:* spiritum *B; A n. l.* 18 aut *Merula:* ut *P; A n. l.* peniculum *P*, -niculum *A, corr. Turnebus* (paniculam), *Ritschelius* 19 A.: *spat. om. A* quidemst *A:* quidem *P, cf. 31* 20 qu]ae tu *A:* tu que *P* 21 periurio[rem] *AB:* peiorem B^2 *mg.*, peiuriorem *CD* 23 *ut s. AP, sed* habeto *A:* habeto et *CD*B^2, habe tot B^1 *ante corr.* ei *adiectum, quod tantum Ribbeckius sprevit* (me sibi ⟨is⟩ habetod), *debiliorem facit sermonem; addit* ego me mancipio dabo, *ne quis se ex sponsione non mancipio datum abducere metuat. cf. Merc. 449. Pers. 524. 532. ridicula res est, cf. Gai 1, 118 sq.; sufficit* ⟨is⟩ me (*Keilius*), *potest tale quid additum fuisse* habeto et ⟨alito⟩ 24 *Varro l. l. 7, 86* (*F*) apud Plautum 'si unum epytira estuer insane bene'. epytirum uocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia quam Italia usa. id uehementer cum uellet dicere, dixit insane, quod faciant insani omnia uehementer nisi unum epit[yrum es]tur insanum bene *A*, nisi unum epytir aut apud illa esturiensa nebene *P sed* ēsturiensa *B*); insane *quod Varro testatur, solet Plautus* insanum (*A*), *cum adverbio Most. 761* (*A*), *Nervol. frg. 6;* epityrum ⟨illi⟩ *Ritschelius. cf. Baierus de Pl. fab. rec. 174* 25 u[ei e]lephanto *A*B^2*:* uellephanto *P* indiam *A* 26 ei *A: om. P; cf. ad Poen. 302* praef[re]gisti *A:* prefigisti *P* 28 icer[am] *A:* hiceram *P* 30 elepha[nti] *A:* elepanti B^2, elephante *D*, elepante B^1, eliphante *C* t[ra]nsmin[ere]t *A et ut vid.* B^1*:* transmitteret *CD*B^2 31 quidemst *A:* quidem *P*

mihi te narrare tuas qui virtutes sciam.
venter creat omnis hasce aerumnas: auribus
peraurienda sunt, ne dentes dentiant,
et adsentandumst quidquid hic mentibitur.
PYRG. Quid illúc quod dico? ART. Ehem, scio iam quid vis dicere.
factum hercle est, memini fieri. PYRG. Quid id est? ART. Quidquid est.
PYRG. Habes — ART. Tabellas vis rogare? habeo, et stilum.
PYRG. Facete advortis tuom animum ad animum meum.
ART. Novisse mores tuos me meditate decet
curamque adhibere, ut praeolat mihi quod tu velis.
PYRG. Ecquid meministi? ART. Memini: centum in Cilicia
et quinquaginta, centum in Scytholatronia,
triginta Sardos, sexaginta Macedones
+ sunt homines quos tu occidisti uno die.
PYRG. Quanta istaec hominum summast? ART. Septem milia.
PYRG. Tantum esse oportet. recte rationem tenes.
ART. At nullos habeo scriptos: sic memini tamen.
PYRG. Edepol memoria es optuma. ART. Offae monent.
PYRG. Dum tale facies quale adhuc, assiduo edes,
communicabo semper te mensa mea.
ART. Quid in Cappadocia, ubi tu quingentos simul,

---

33 hasce *A:* has *P* 34 peraurienda *C:* peraudienda *ABD; cf. Varro de l. l. 6, 83* ab auribus audio. *sane intellegi volt* perhaurienda 35 *Victorinus art. 199* (*de verbo in* i) in Milite Plauti plurimum ad regendum est quidquid hic mentibitur 36 *spatium ante* ehem *A:* quod dico *Artotrogo, reliquum versum militi tribuit P* ehem *A:* hem *CD*, em *B nec deterius, cf. Richterus in Studem. stud. 1, 431* 37 hercle est *A:* st hercle *P* 38 *tantum* habes *militis A:* habes tabellas *militis P* fabellas *A* t. uis rogare *i. e. uis rogare an tabellas habeam?* 39 facite AB^1, facile B^2 tuum animum *P:* animum tuum *A*
40 mores tuos me *A:* moris me tuos *P; cf. Kaempfius de pron. pers. 20 sq.*
41 praeuolat mihi quo *P* *v. 38—41 nusquam nisi hic locum habent. miles ex more dictare vult interfectorum numerum, ergo tabellis opus est; sed omnia iam tenet parasitus, ergo ne opus quidem est tabellis. cf. Vssingius.* ecquid meministi *v. 42 nec ad* memini fieri *neque ad* quidquid est (*37*) *adiungi potest*
42 ecquid meministi AB^2*:* ec quidememisti B^1, equid emeministi *D*, et quidem meministi (sti *ex* sse) *C* ciliciam *A* 43 scythalatroniam *A*, sycho latroniae (-nes B^2) *P* 44 sardos *A* (*Stud. sine dubitatione*)*:* sardes *vel* sardis *A t. Loewio*, sardis *P*, *quam nominativi formam non commendat oratio* *Sardianos intellegit* 45 omnes *Studemundus;* tu quos *Pylades, sed cf. Kaempfius p. 33; conieci* simul homines ⟨et e⟩quos tu, *cf. 54* 46 ista hec *B* (*ut solet per hanc fabulam*), istic *A* 49 es *A:* st *BD*, *om. C* monet *P* (offa me monet B^2)
50 qualem *P* edis *P* (aedis *B ante ras.*) 52 capadotia (capp. *C*) *P*

ni hebes machaera foret, uno ictu occideras?
PYRG. At peditastelli quia erant, sivi viverent.
ART. Quid tibi ego dicam, quód omnes mortales sciunt,
Pyrgopolynicem te unum in terra vivere
virtute et forma et factis invictissumum?
amant ted omnes mulieres, neque iniuria,
qui sis tam pulcher; vel illae quae here pallio
me reprehenderunt. PYRG. Quid eae dixerunt tibi?
ART. Rogitabant: 'hicine Achilles est?' inquit mihi.
'immo eius frater' inquam 'est'. ibi illarum altera
'ergo mecastor pulcher est' inquit mihi
'et liberalis. vide caesaries quam decet.
ne illae sunt fortunatae quae cum isto cubant.'
PYRG. Itane aibant tandem? ART. Quaen me ambae obsecraverint,
ut te hodie quasi pompam illa praeterducerem?
PYRG. Nimiast miseria nimis pulchrum esse hominem. ART. Immo itast.
molestaé sunt: orant, ambiunt, exobsecrant
videre ut liceat, ad sese arcessi iubent,
ut tuo non liceat dare operam negotio.
PYRG. Videtur tempus esse, ut eamus ad forum,
ut in tabellis quos consignavi hic heri
latrones, ibus denumerem stipendium.

---

53 occideris *P*, occideres B^2 54 peditastelli *A:* peditas telu *P* siui *A:* si *P* 55 quid ADB^2*:* quit B^1C 56 pyrgopolynicen (— em *t. Loewio*) *A*, pyrigo pol inicen *P* 57 uirtutem *P* inuictissimis *A*, inuictis (inuietis *C*) sumis (—sumus B^1) *P*, *corr. Ritschelius* *cf. 1042* 58 te *AP* iniuriam *A* 59 qui sis tam *C, D ex corr.:* quiststam *D ante corr.*, quistam *B*, qui es tan *A* pulcherum *P* here *A:* hercle *P* 60 eae *Ritschelius:* ẹṛẹ *A* (*fort.* a *pro* r) *P; cf. 73* 61 achilles *A, schol. Verg. georg. 2, 393:* achillis *P*, acillis *schol. bucol. 5, 58* (*Leidensis*) mihi *A, scholia Verg.:* tibi *P* 62 est *A, schol. bucol.: om. P* ibi *A:* inuit *P* (*om.* inquam — altera *schol. georg.*, ibi i. a. *schol. bucol.*) 63 pulcḥ[er e]sṭ *A:* pulcer est *schol. georg.*, pulcer *bucol.* (*hic desinunt*), pulchere si *P* 64 uida et caesariis *P* 65 illo *A* cubat *P* 66 aiebant *A*, a leuat *P* quaeṇ *A:* que *P* obsecrauerit *P* 67 quamsi *B ante ras.* illa B^2*:* illam *AP* praeterducerent *A* 68 nịmịast *A, Donatus ad Eun. 4, 7, 19 Ad. 3, 3, 45:* nimis *P* immo ịṭạṣṭ *A: om. P* 69 exoḅṣẹcrant *A:* obsecrant *P; cf. Asin. 246* 70 uiderit *P* (uideri B^2) accersi *P* 71 negotio AB^2*:* negotii (negtii *D*) *P* 73 heri *ς:* eri *A*, aeri *P* 74—146 *deest A* 74 latrones ibus *Nonius 486 testans* ibus *ut Placidus corp. gloss. 5, 75 et Donatus ad Eun. 3, 1, 42* (ibus denumerem stipendium *cod. Canonic.*, sibi de munere st. *ed. pr.*): latronis bus *CD*, latronibus *B* denumerem B^1 *Nonius Donatus:* denumerent *C*, denumerenm *D* (*item* cogerenm *v. 76*), dinumerem B^2 *Placidus, hic non vitiose*

nam rex Seleucus me opere oravit maxumo,
ut sibi latrones cogerem et conscriberem.
regi hunc diem mihi operam decretumst dare.
ART. Age eamus ergo. PYRG. Sequimini, satellites. —

PALAESTRIO I 2

Mihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas,
si ad auscultandum vostra erit benignitas;
qui autem auscultare nolet, exsurgat foras,
ut sit ubi sedeat ille qui auscultare volt.
nunc qua adsedistis causa in festivo loco,
comoediai quam nos acturi sumus
et argumentum et nomen vobis eloquar.
Alazon Graece huic nomen est comoediae,
id nos Latine gloriosum dicimus.
hoc oppidum Ephesust; illest miles meus erus,
qui hinc ad forum abiit, gloriosus, impudens,
stercoreus, plenus periuri atque adulteri.
ait sése ultro omnis mulieres sectarier:
is deridiculost, quaqua incedit, omnibus.
itaque hic meretrices, labiis dum ductant eum,
maiorem partem videas valgis saviis.
nam ego hau diu apud hunc servitutem servio;
id volo vos scire, quo modo ad hunc devenerim

---

75 res seleuticus B^1 76 latranes *CD* *locum inaccurate adfert Servius ad Aen. 12, 7 (accuratius in Floriacensi)* 77 rei *BC* die B^1CD; *fort.* hanc hodie decretus (deor. *C*) *CD*, decret• B^1, decretust B^2 78 age eamus *B ex corr.:* age temus *CD*, age tenemus *B ante corr.* satellitis *BD*, satellis *C* palestrio *add.* B^1CD 79 PALESTRIO SERVVS *BD* *quae de sedentibus spectatoribus dicuntur 81 sq. non tam necessario ad tempus Plautino posterius spectant quam quae Amph. 64 sq. Poen. 19 sq.* comtas B^1CD 80 at B^1C 81 auscultabunt nollet, *corr.* $B^2\varsigma$ 82 tille *CD* 84 comediae quam nos *Pylades:* quandos *CD*, quando B^1, quam modo B^2 aucturi B^1CD 86 est *Pylades:* eloquar 88 epesum est; *cf. Ribbeckius* illest *Seyffertus:* idē *B*, *om. CD* 91 omnes B^2*:* ut omnis B^1C, se (*eras.*) omnis *D* ectarier B^1CD 92 dericulust *B*, deri dicust *C*, derisuiest *D in ras.* (*ex* deridluist?), *corr. Acidalius* 93 meretricis labris *cod. Charisi 103 errore; Stich. 723* labeas ducant (-unt *C*) eum *codd.*, ductantem *cod. Charisi, corr. Beroaldus* 94 suauiis *B*, sauus *C*, sauis *Festus 375 Th.* 95 nam *ad argumentum pergit* (*85*), *cuius magna pars est nova servitus Palaestrionis; cf. 145* haud diu B^2, aut diu B^1, audiu *CD* 96 at B^1C deuenerit B^1D, conuenirit *C*

in servitutem ab eo cui servivi prius.
date operam, nam nunc argumentum exordiar.
erat erus Athenis mihi adulescens optumus;
is amabat meretricem * * matre Athenis Atticis,
et illa illum contra; qui est amor cultu optumus.
is publice legatus Naupactum fuit
magnai rei publicai gratia.
interibi hic miles forte Athenas advenit,
insinuat sese ad illam amicam eri †
occepit eius matri suppalparier
vino, ornamentis opiparisque obsoniis,
itaque intimum ibi se miles apud lenam facit.
ubi primum evenit militi huic occasio,
sublinit os illi lenae, matri mulieris,
quam erus méus amabat; nám is illius filiam
conicit in navem miles clam matrem suam,
eamque húc invitam mulierem in Ephesum advehit.
ubi amicam erilem Athenis avectam scio,
ego quantum vivos possum mihi navem paro,
inscendo, ut eam rem Naupactum ad erum nuntiem.
ubi sumus provecti in altum, fit quod ⟨di⟩ volunt,
capiunt praedones navem illam ubi vectus fui:
prius périi quam ad erum veni, quo ire occeperam.
ille ⟨qui⟩ me cepit dat me huic dono militi.
hic postquam in aedis me ad se deduxit domum,
video illam amicam erilem, Athenis quae fuit.

---

97 ab eo cui *Merula:* habe oculi *CD*, habeo oculis *B ante corr.*, habeo cu *B ex corr.* 98 exordiat B^1D, exodiat *C* 100 *sic supplenda sententia:* ⟨itidem quae illo tempore habitabat cum sua⟩, *cf. mus. Rhen. 38, 25* 101 *Donatus ad Ad. 1, 1, 25* ut illa illum contra qui est amoris cultor optimus 103 *Mar. Vict. 147* rei magnai publicai gratia (gratiai *codd.*) *diductionem syllabarum testans, sed non recte dicens ea omissa trimetrum brachycatalectum fieri:* magna rei publicam (-cae B^2), gratiast 104 interiuit (-im ut B^2), *corr. Acidalius* millis *B* 105 at meri B^1CD, *i. e.* mei eri (eri mei *Camerarius*); *fort.* illanc eri amicam mei 106 *infinitivus in* —ariter *exit CD* 108 milis 110 illis CDB^2, illos B^1, *corr. Scutarius* 111 filia, *corr.* B^2 112 contigit *B*, contegit *CD*, *corr. Camerarius* milis clamat rem suam *BC* 113 aduenit B^1CD 114. 115 *inverso ordine, corr. Acidalius* 115 uiuus: citius B^2 116 incendo *CD* aterum (alterum *C*) nuntiet B^1CD 117 fit *B:* sit *CD* ⟨di⟩ *Lipsius* 118 praedonis 119 periit — uenit — iret B^1CD 120 ⟨qui⟩ *Beroaldus* huc 121 at duxit, *corr. Camerarius*

ubi contra aspexit me, oculis mihi signum dedit,
ne se appellarem; deinde, postquam occasio est,
conqueritur mecum mulier fortunas suas:
ait sése Athenas fugere cupere ex hac domu,
sese illum amare meum erum, Athenis qui fuit,
neque peius quemquam odisse quam istum militem.
ego quoniam inspexi mulieris sententiam,
cepi tabellas, consignavi, clanculum
dedi mércatori cuidam, qui ad illum deferat
meum erum, qui Athenis fuerat, qui hanc amaverat,
ut is huc veniret. is non sprevit nuntium;
nam et venit et is in proximo hic devertitur
apud suom paternum hóspitem, lepidum senem;
isque illi amanti suo hospiti morem gerit
nosque opera consilioque adhortatur, iuvat.
itaque ego paravi hic intus magnas machinas,
qui amantis una inter se facerem convenas.
nam unum conclave, concubinae quod dedit
miles, quo nemo nisi eapse inferret pedem,
in eo conclavi égo perfodi parietem,
qua commeatus clam esset hinc huc mulieri;
et sene sciente hoc feci: is consilium dedit.
nam meus conservos est homo haud magni preti,
quem concubinae miles custodem addidit.
ei nos facetis fabricis et doctis dolis
glaucumam ob oculos obiciemus eumque ita
faciemus ut quod viderit ne viderit.

---

124 apellarem *B* dein posquam *CD* 125 fortuna B^1CD 126 athenis *D*, athēnis *ante corr. C* cuperet B^1CD ex hac domu *forma nominis et constructio* (*pro* ex hisce aedibus) *singularis, cf. Abrahamus stud. Pl. 197 sq.* 127 amaret B^1CD 128 odisset qua istum milite B^1CD 130 tapellas *CD* consignauit B^1CD 131 at *CD*, a B^1 132 hac *BD*, hoc *C* 133 ut his, *corr.* B^2 134 uenit et is DB^2: uenietis B^1, uenit eius *C* 135 *verba aliter collocari nequeunt* 136 isque *Muellerus:* itaque mortem *CD* 137 uiuat *CD* 139 conuenias, *corr. Camerarius* 140 conclauem B^1CD quodedit *CD* 141 qm̄ *B* ea se, *corr. Turnebus* 143 hic B^1CD huic B^2 144 senem scientem, *corr.* B^2 feci is B^2: fecisti *vel* fecistis B^1, f(a)ecitis *CD* 145 aut B^1CD 147 *accedit A* facẹtis *A:* facitis *P* doctis CDB^2: dolis B^1, fạ[c̣ṭị]s *A* 148 glaucumam *A, Priscianus 1, 200:* glaucomam *Prisciani codicum pars,* glaucuma *P* ịc̣[ie]ṃus *A* 149 ne uiderit *Priscianus:* ne uideat *Prisciani codicum pars,* non uiderit *AP* *haec* (*145–149*) *cum sequente actione non concinentia vindicavit Trautweinius de prol. Plaut. 48 sq.*

et mox ne erretis, haec duarum hodie vicem
⟨suam⟩ et hinc et illinc mulier feret imaginem,
atque eadem erit, verum alia esse adsimulabitur.
ita sublinetur os custodi mulieris.
sed foris concrepuit hinc a vicino sene;
ipse exit: hic illest lepidus quem dixi senex.

PERIPLECTOMENVS II 2

Ni hércle diffregéritis talos pósthac quemque in tégulis
videritis alienum, ego vostra faciam latera lorea.
mi equidem iam arbitri vicini sunt, meae quid fiat domi,
ita per impluvium intro spectant. nunc adeo edico omnibus:
quemque a milite hoc videritis hominem in nostris tegulis,
extra unum Palaestrionem, huc deturbatote in viam.
quod ille gallinam aut columbam se sectari aut simiam
dicat, disperiistis ni usque ad mortem male mulcassitis.
atque adeo ut ne legi fraudem faciant aleariae,
adcuratote ut sine talis domi agitent convivium.
PAL. Nescio quid malefactum a nostra hic familiast, quantum audio:
ita hic senex talos elidi iussit conservis meis;
sed me excepit: nihili facio, quid illis faciat ceteris.
adgrediar hominem. PER. Estne advorsum hic qui advenit Palaestrio?

---

150 *sic AP, ubi* uicem *nec a genetivo separari potest nec significare in vicem* 151 hinc *A:* hic *P* fer[ẹṭ] *AB*[2]*:* ut feret (ferret *B*[1]) *P cf. Amph. 141 Capt. 39; non duarum imaginem fert, sed suam imaginem duarum vicem; ergo addidi* suam 152 alia esset *B*[1]*CD, om. P* atsimulabitur *P* 153 sublinẹtụr os *A:* sublinitorest *D,* sublitores *C,* sublinit *sequente rasura B*[1], sublinitust os *B*[2] 154 sene *AB*[2]: senem *P* 155 dixi *AB*[2]*:* dixit *P* senex *A t. Loewio, B*[2]*:* senemp *A t. St.*, senex est *P* 156 PERIPLECTOMENVS PALAESTRIO *A,* PERIPLECTOMENVS SENEX PALESTRIO SERVVS *B, om. CD de senis nomine cf. ad personarum indicem* defregeritis *ADB*[2]*:* defrigeritis *B,* defrieretis *C, corr. Ribbeckius; cf. 722 Stich. 191 Asin. 474* (17 diflauisti *B, Poen. 156* diferor *D, Merc. 58* difunditari) [quem]quem *A, cf. 160. 460. 1391* 157 ego uostra *P:* uestra ego *A* 156. 157 *miro modo debilitant vim versuum 160—165* 158 equidem *A:* quidem *P; cf. Capt. 866* arb[it]r[i uicini] sunt *A:* arbitriet (-iae *C*) uicis eunt (eum *D*) *P* 160 quemquem *A* 161 decurr[batote] *A* uia *P* 162 simiam *AB*[2]*:* scimiam (-a *C*) *B*[1]*C,* sumia *D* 163 disperi[stis] *A,* disperisti *P* mulcasitis *P* 164 alariae *P* 165 accurratote *P* talis *AB*[2]*:* taliis (-ii *C*) *P* dolis *A* agitet *P* 166 quit *A* a *om. P* huic *P* 167 conseruis meis *AB*[2]*:* conseruus meus *P* 168 expeṭiṭ nihil facio quod *A* 169 atgrediar *P* aduersum *A* hic qui auenit palaestrio *A:* est quasi *versu manco P;* aduenit *Ritschelius* (uenit *Fleckeisenus*)

PAL. Quid agis, Periplectomene? PER. Hau multos homines, si optandum foret,
nunc videre et convenire quam te mavellem. PAL. Quid est?
quid tumultuas cum nostra familia? PER. Occisi sumus.
PAL. Quid negotist? PER. Res palamst. PAL. Quae res palamst?
PER. De tegulis
modo nescio quis inspectavit vestrum familiarium
per nostrum impluvium intus ápud nos Philocomasium atque hospitem
osculantis. PAL. Quis homo id vidit? PER. Tuos conservos. PAL. Quis is homost?
PER. Nescio, ita abripuit repente sese subito. PAL. Suspicor
me periise. PER. Vbi abit, conclamo: 'heus quid agis tu' inquam 'in tegulis?'
ille mihi abiens ita respondit 'se sectari simiam.'
PAL. Vae mihi misero, quoi pereundumst propter nihili bestiam.
sed Philocomasium hicine etiam nunc est? PER. Quom exibam, hic erat.
PAL. I sis, iube transire huc quantum possit, se ut videant domi
familiares, nisi quidem illa nos volt, qui servi sumus,
propter amorem suom omnes crucibus contubernales dari.
PER. Dixi ego istuc; nisi quid aliud vis. PAL. Volo. hoc ei dicito:
profecto ut ne quoquam de ingenio degrediatur muliebri
earumque artem et disciplinam optineat colere. PER. Quem ad modum?
PAL. Vt eum, qui hic se vidit, verbis vincat, ne is se viderit.
siquidem centiens hic visa sit, tamen infitias eat.

---

170 periplectomene AB^2*:* periplectomenem B^1, peripleto menem *CD* haud *B*, haut *CD* fuerit *P* 171 uidere AB^2*:* uideret *P* conuenire *A:* quam ueniret (-re B^2) *P* quam te mauellem AB^2*:* quantem auellet B^1D, quantem euellet *C* 172 *om. P* qum *A* 173 de tegulis B^2 *in ras.* (B^1 *scripserat* quaeres palam est): de tequlis *C*, de tectulis *D*, a de tegulis *A* (*cf. Studemundus apogr. praef. XXIX*) 174 quis AB^2*:* quisis *P* uestrarum *P* familiarum CDB^2 175 aput *A* philocomasium (-u B^1) *B*, filo comatium *CD* ospitem *P* 176 id uidit *A:* tuidit *CD*, uidit *B* conseruus *A:* conseruus est *P* is AB^2*:* is erit *P* 177 arripuit *A* 178 perisse *B*, perisset *CD* abiit AB^2, habiit *P*, *corr. Bothius* quid *A:* aquid *P* (etquid B^2) in tegulis *A:* *om. P* 179 simiam AB^2*:* scimiam *P* 180 misero AB^2*:* amisero *P* pereundum si (sit B^2, ii *CD*) *P*, pereundus et *A*, *corr.* ς nihili bestiam AB^2*:* nihil bestia *P* 181 philocomacium B^1, philochomasium *CD* etiannunc *A* erat AB^2*:* eram *P* 182 i seis *Geppertus:* istis *A*, sis *P* huc transire *A non deterius* possint *A* uideat *P* 183 familiares *A:* familiaris *P* 184 contubernales *A:* contubernalis *P* 185 hoc ei *A:* hic *P* 185ª *om. P* 186 *cf. mus. Rhen. 38, 5. 11, ubi quod Plauto ipsam formam* earumpse *vindicabam, erravi* colerem *CD*, colorem *B* quem AB^2*:* et quem *P* 187 hic se *P:* se hic *A* uerbis uincat ne is se *A:* ueruis (-i *B*) uincta uinctane esse *P*

os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam,
confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam. 189ª
qui arguat se, eum contra vincat iureiurando suo:
domi habet animum falsiloquom, falsificum, falsiiurium,
domi dolos, domi delenifica facta, dómi fallacias.
nam mulier holitori numquam supplicat, si quast mala:
domi habet hortum et condimenta ad omnis mores maleficos.
PER. Ego istaec, si erit hic, nuntiabo. sed quid est, Palaestrio,
quod volutas tute tecum in corde? PAL. Paulisper tace,
dúm ego mihi consilia in animum convoco et dum consulo
quid agam, quem dolum doloso contra conservo parem,
qui illam hic vidit osculantem, id visum ut ne visum siet.
PER. Quaere: ego hinc abscessero aps te huc interim. illuc sis vide,
quem ad modum adstitit, severo fronte curans cogitans.
pectus digitis pultat, cor credo evocaturust foras;
ecce avortit: nixus laevo in femine habet laevam manum,
dextera digitis rationem computat, ferit femur
dexterum. ita vehementer icit: quod agat aegre suppetit.
concrepuit digitis: laborat; crebro commutat status,
eccere autem capite nutat: non placet quod repperit.
quidquid est, incoctum non expromet, bene coctum dabit.

---

189 os AB^2: hos *P* malitiam AB^2: militia (ilitia *C*) *P* audatia (-am B^2) *P* 189ª *ut s.* AB^2: confidentia *et* fraudulentia *P; nova verba hic et 191 Plauto potius quam interpolatori tribuo* 191 *om. A propter sequentis par initium* falsilocom (-cum *B*) falsiuirium B^1D 192 facta *AP:* dicta *Lambinus recte ut vid.; Fronto p. 121 ext.* plane dicta omnia et uerba delenifica 194 moręs malęficos *A:* molis maleficos (milificos *CD*) *P;* mores *praeparatum illis* si quast mala 187—194 *haec est sententiarum structura: pernegel: habet quibus ad mentiendum opus est; peieret: instructa est ad periurium omnemque fraudem; nam mulier est et mala, nec holera foris quaerit nec fallacias. augetur infitiatio periurio (cf. Asin. 322); illa* habet, *haec* domi habet, *quod illustratur simili ex vita petito* 195 ista hec *P* 196 tace AB^2: tacet *P* 198 conserua *P* 199 it *P* ut *P: om. A* ne *A:* me *P* sit *P* 200 illuc AB^2: illius B^1, illi is *CD* 201 *ut s. A:* abstitit seuera *et* curas cogitas *P* (268 odoras, 272 dormies *B*) 202 euocaturust AB^2: euocaturus *P* 203 ecce *A:* ecce autem *P* nisus leua in femina *P* 204 dexteram *BC* ferit *A:* feries *P, i. e.* feriens; *potuit* icit (*Truc. 601*), *sed praetulit το πάρισον, qua figura etiam metrum fulciri videtur. de deliberante Alexis frg. 147 K.* ἔγωγ᾽ ἀπορουμένη ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ᾽ ὥσπερ Πλάτων σοφὸν οὐδὲν εὕρηκ᾽ ἀλλὰ κοπιῶ τὰ σκέλη 205 eicit *A: om. P* agat *Ritschelius:* agįt *A,* acta *P* 206 crebros *A* 207 *cf. Pers. 300* quo *P* 208 non expromit *B*, nonxpromit *D*, nox promit *C* coctu B^1D

ecce autem aedificat: columnam mento suffigit suo.
apage, non placet profecto mi illaec aedificatio;
nam os columnatum poetae esse indaudivi barbaro,
cui bini custodes semper totis horis occubant.
euge, euscheme hercle astitit et dulice et comoedice;
numquam hodie quiescet prius quam id quod petit perfecerit.
habet opinor. age si quid agis, vigila, ne somno stude,
nisi quidem hic agitare mavis varius virgis vigilias.
tibi ego dico. an heri maduisti? heus te adloquor, Palaestrio:
vigila inquam, expergiscere inquam, lucet hoc inquam. PAL. Audio.
PER. Viden hostis tibi adesse tuoque tergo obsidium? consule,
arripe opem auxiliumque ad hanc rem: propere hoc, non placide decet.
anteveni aliqua aut tú aliquosum circumduce exercitum,
coge in obsidium perduellis, nostris praesidium para;
interclude inimicis commeatum, tibi muni viam
qua cibatus commeatusque ad te et legiones tuas
tuto possit pervenire: hanc rém age, res subitaria est.
[reperi, comminiscere, cedo calidum consilium cito,

---

209 *ut s. A:* hedificat columna *et (fortasse recte)* suffulsit *P* 210 apage *AB²:* apace *P* illam *P* (illa *B²*) 211 oscolum natum *B:* osculum natum *ACD*, hoc columnatum *Donatus (v. i.)* inaudiui *P*, audiui *A*, *corr. Bothius;* mandaui *Donati ed. pr. ad Phorm. 5, 6, 37 (ubi* audiui *Bembinus*, inaudiui *Calliopius) i. e.* inaudiui; *cf. Reitzensteinius quaest. Verr. 61 ad Paulum s.* auditaui, *quod verbum Stich. 167 frequentativam habet notionem huic loco non aptam* 212–248 *deest A* 212 uini, *corr. Camerarius* oris occubat (-pat *C*), *corr. B²* 213 euge eus(cheme) adstetisti et dulce et comoedice *Paulus 61 (s.* com.), euge uscheme hercle astitis et (astitisset *B*) dulce et comedicę, *corr. Merula, Gulielmius* 214 namquam *B* it quot pitit *CD* perfecit, *corr. Beroaldus* 215 studet, *corr. B²* 216 uigilas, *corr. Bergkius* 217 an heri maduisti *L.:* anheriatus uestis *primo mane haec geruntur.* an heri *servandum esse et in* uestis *verbi exitum latere constat. cf. Amph. 283. Verg. ecl. 6, 15, Cic. pro Gall. frg. 1, Prop. 2, 34, 59, Lucian. dial. mer. 2, 3 μέμηνας, ὦ Μύρτιον, ἢ κραιπαλᾷς; καίτοι χθὲς οὐ πάνυ ἐμεθύσθημεν* (an heri adbibisti *nuper Goetzius et Schoellius)* adloqui *B*, atloqui *CD*, *corr. Beroaldus* 218 expergis, *corr. B²* hoc inqua, *corr. B²* 219 uident *B¹CD* atesse *CD* ergo, *corr. Pylades* consuli 220 arripet *B¹C*, aripet *D* at *CD* properem *B¹CD* 221 ante ueniet *B*, *cf. ad 223* aut tu aliquosum *L.:* aliquos autu *CD*, aliquos aut tu (autu *CD*) *cf. Cas. 297* (aliquouorsum) *Truc. 403 Aul. 287* (aliorsum, aliouersum) 222 coge *Camerarius:* cor 223 intercludite, *corr. ς (cf. 219. 220. 226. 230. 239 et plurima per hanc fabulam)* 224 atte legionis *ut hic repeteretur* commeatus, *vocabuli significatus et usus effecit; cf. Capt. 826* 226 reperit *CD*, repperit *B¹* cominiscere *B*

quae hic sunt visa ut visa ne sint, facta ut facta ne sient.
magnam illic homo rem incipissit, magna munit moenia.]
tu unus si recipere hoc ad te dicis, confidentiast
nos inimicos profligare posse. PAL. Dico et recipio
ad me. PER. Et ego impetrare dico id quod petis. PAL. At te Iuppiter
bene amet. PER. Auden participare me quod commentu's? PAL. Tace,
dum in regionem astutiarum mearum te induco, ut scias
iuxta mecum mea consilia. PER. Salva sumes indidem.
PAL. Erus meus elephanti corio circumtentust, non suo,
neque habet plus sapientiai quam lapis. PER. Ego istuc scio.
PAL. Nunc sic rationem incipisso, hánc instituam astutiam,
ut Philocomasio huc sororem geminam germanam alteram
dicam Athenis advenisse cúm amatore aliquo suo,
tam similem, quam ⟨lacte⟩ lactist; ápud ⟨te⟩ eos hic devortier
dicam hospitio. PER. Euge euge, lepide, laudo commentum tuom.
PAL. Vt si illic concriminatus sit advorsum militem
meus conservos, eam vidisse hic cum alieno oscularier,
eam arguam vidisse apud te contra conservom meum
cum suo amatore amplexantem atque osculantem. PER. Immo optume.
idem ego dicam, si ⟨ex⟩ me exquiret miles. PAL. Sed simillimas
dicito esse, et Philocomasio id praecipiendum est ut sciat,
ne titubet, si exquiret ex ea miles. PER. Nimis doctum dolum.

---

227 uisa ut: tuis aut *B* uisa ne *ς*: tui sane ut facta *Spengelius:* infecta siet 228 homo rem *Meursius:* honorem incipis sed magna munitis menia, *corr. Salmasius* *versum post v. 201 aptiorem esse dixit Ribbeckius. sed iam v. 226* (*cf. 208*) *et magis 227 ab huius sermonis* (*219 sq.*) *natura recedunt. v. 229 cum 225 se coniungit* (*cf.* hoc *v. 229*), *v. 227 ad 199 respicit. tres versus 226—228 facti sunt ut in vicem totius loci* (*202—225*) *succederent* 229 tude unus (-nius B^1), *corr. Reizius* at *C*, a *B* 230 possit 231 at egom inpetrarem dicom id quod petis *cf. 214* *de toto loco cf. Liv. 26, 18* (*a. 543*) 232 aut inparte mici pare, *corr. Buggius* 234 consiliam *CD* salnam 235 circumtentus sum, *corr.* B^2, circumtectus est *Donatus ad Hec. 2, 1, 17* 236 sapientiame B^1CD, sapientiam B^2 aegomi stuescio B^1CD, egomet istuc scio B^2 237 incipissom B^1C, incipis *cum ras. D* institum B^1 238 philochomasiom hanc, *corr. Ritschelius* altera, *corr.* B^2 239 aduenisse B^2: aduenissa et amatorem, *corr.* B^2 aliquo B^2: aliquid quot 240 tum, *corr.* B^2 quam lacte lacti est (lactist *i. e.* lactis est *Ritschelius*) B^2, *ς*: tam lacti est ⟨te⟩ *ς*: *fort.* hic apud te eos 242 congriminatus 243. 244 eum, *corr. Merula;* ⟨se⟩ eam *Ritschelius* uidisset osculariеam arguum *CD*, osculari eam arguam *B*; *fort.* oscularier, arguam ⟨illam⟩ 245 amatorem immo *Bentleius:* immo ut 246 ⟨ex⟩ *Ritschelius* similimas (silimilimas B^1) 247 esset et recipiendum est, *corr. Pius* 248 quiret, *corr. Ritschelius* (queret B^2)

sed si ambas videre in uno miles concilio volet,
quid agimus? Pal. Facilest: trecentae possunt causae conligi:
'non domist, ábiit ambulatum, dormit, ornatur, lavat,
prandet, potat: occupatast, operae non est, non potest',
quantum vis prolationum, dum modo hunc prima via
inducamus, vera ut esse credat quae mentibimur.
Per. Placet ut dicis. Pal. Intro abi ergo, et si isti est mulier, eam iube
cito domum transire, atque haec ei dice monstra praecipe,
ut teneat consilia nostra, quem ad modum exorsi sumus,
de gemina sorore. Per. Docte tibi illam perdoctam dabo.
numquid aliud? Pal. Intro ut abeas. Per. Abeo. — Pal. Et quidem ego ibo domum
atque hominem investigando operam huic dissimulabiliter dabo,
qui fuerit conservos qui hodie sit sectatus simiam.
nam ille non pótuit quin sermone suo aliquem familiarium
participaverit de amica eri, sese vidisse eam
hic in proximo osculantem cum alieno adulescentulo.
novi morem: egomet tacere nequeo solus quod scio.
si invenio qui vidit, ad eum vineas pluteosque agam:
res paratast, vi pugnandoque hominem caperest certa res.
si ita non reperio, ibo odorans quasi canis venaticus,
usque donec persecutus volpem ero vestigiis.
sed fores crepuerunt nostrae, ego voci moderabor meae;
nam illic est Philocomasio custos meus conservos qui it foras.

---

249 miles in uno concilio uelit *A* milis *P* 250 trecentem *P* conligi *A:* conlici *B*, concili *CD* (conici *B*²) *cf. Trin. 791 sq. Ter. Phorm. 704 sq.* 251 abit *A* 252 potat *AB*²*:* potest *P* 253 uis *A:* is *P* prolationis *A* hunc *A:* nunc *P* 254 mentibitur *AP*, *correctum in B* 255 abi *A:* abiit *P* mulier *AB*²*:* muliere *CD*, mulierem *B*¹ 256 transiret *P* dice monstra *A:* monstram *P* (monstra *B*²) 257 consimilia *P* 258 perdocta *P* 259 aliut *P* habeas *P* et *AB*²*:* ec *P* 260 atquem *P* inuestigandos *P* dissimulabiliter *A:* dissimulando *P* 261 siet *AP* simia *P* 262 i[lle] *ADB*²*:* illem *B*¹*C* qui sermoni *P* fami[li]arium *A:* familiarum *P* 263 particauerit *P* eri sese uidisse *A:* eri•s euidisset *B*¹, eri se uidisse *B*², eriqui uidisset *CD;* erili se uidisse *Ritschelius* 265 egomet *A:* ego et *P* quod *om. P* *cf. Brixius p. 144* 266 quid *A* at *P* uineam *A* (*Veget. 4, 15* istae, cum plures factae fuerint, iunguntur in ordinem *e. q. s.*) 267 pugnandod *Fleckeisenus* capere *P* 268 ita *scil. ut se narrando ipse prodiderit* 269 persecutius *puncto super* i *addito A* ero *P:* pro *A* 270 uoce (-em *B*¹) moderabo me *P* (*potuit* uocem moderabo meam) 271 qui *A:* atque *P*

SCELEDRVS II 3

Nisi quidem ego hodie ambulavi dormiens in tegulis,
certo edepol scio me vidisse hic proxumae viciniae
Philocomasium erilem amicam sibi malam rem quaerere.
PAL. Hic illam vidit osculantem, quantum hunc audivi loqui.
SCEL. Quis hic est? PAL. Tuos conservos. quid agis, Sceledre? SCEL. Te, Palaestrio,
volup est convenisse. PAL. Quid iam? aut quid negotist? fac sciam.
SCEL. Metuo — PAL. Quid metuis? SCEL. Ne hercle hodie, quantum hic familiariumst,
maxumum in malum cruciatumque insuliamus. PAL. Tu sali
solus, nám ego istam insulturam et desulturam nil moror.
SCEL. Nescis tu fortasse, apud nos facinus quod natumst novom.
PAL. Quod id est facinus? SCEL. Impudicum. PAL. Tute scias soli tibi,
mihi ne dixis, scire nolo. SCEL. Non enim fáciam quin scias.
simiam hodie sum sectatus nostram in horum tegulis.
PAL. Edepol, Sceledre, homo sectatu's nihili nequam bestiam.
SCEL. Di te perdant. PAL. Te istuc aequom — quoniam occepisti, eloqui.
SCEL. Forte fortuna per impluvium huc despexi in proxumum,
atque ego illi áspicio osculantem Philocomasium cum altero
nescio quo adulescente. PAL. Quod ego, Sceledre, scelus ex te audio?
SCEL. Profecto vidi. PAL. Tutin? SCEL. Egomet duobus his oculis meis.
PAL. Abi, non verisimile dicis, neque vidisti. SCEL. Num tibi
lippus videor? PAL. Medicum istuc tibi meliust percontarier.
verum enim tu ístam, si te di ament, temere hau tollas fabulam:

SCELEDROS PALAESTRIO *A*, SCELEDRVS PALESTRIO SERVI II *P* 274 malam rem *A:* malam *vel* malum *ut vid.* B^1, alium CDB^2 275 loqui *A:* loquere B^1, loquentem CDB^2 276 te *A:* ste *CD*, iste *B* 277 quid negotii fac sciam *P*, quid iam negoti est fasciam *A* 278 metu *P* P. D^2*: spat. A, om. P* SCEL. D^2*: spat. A*, PAL. *P* hic familiarumst (st *om.* B^1) *P*, est fami — *A in fine folii* 279—343 *deest A* 279 SCE *praem. BC* cruciatum *cum ras.* B^1; que *del. Pylades* insuliam *C*, insuliamus est *B* salist B^1 280 nil *Bentleius:* nihil hil (hic *BD*) 281 nesis tu fortasset apud nos facinust quot nat••ic (*eras.* us h? natust hic B^2) n. B^1 282 quot B^1 scis, *corr. Gulielmius* solite tibi, *corr. Camerarius* 283 dixit scerere B^1, dixti scire B^2 sciat *B* 285 nihili: mihi *B* 286 aequomst *Ritschelius* quom *CD* 287 despexit B^1 288 illic *CD*, illas B^1, illa B^2 289 quo: quod B^1 auno B^1 290 hic B^1 (hisce *F. Schmidtius*) 291 nunc B^1 292 te *Luchsius* melius, *corr. Ritschelius* percunctarier 293 emere B^1 haud ollas *CD*, aut ollas B^1

tuis nunc cruribus capitique fraudem capitalem hinc creas.
nam tibi iam ut pereas paratum est dupliciter, nisi supprimis
tuom stultiloquium. SCEL. Qui vero dupliciter? PAL. Dicam tibi.
primumdum, si falso insimulas Philocomasium, hoc perieris;
iterum, si id verumst, tu ei custos additus ⟨eo⟩ perieris.
SCEL. Quid fuat me, nescio: haec me vidisse ego certo scio.
PAL. Pergin, infelix? SCEL. Quid tibi vis dicam nisi quod viderim?
quin etiam nunc intus hic in proxumost. PAL. Eho an non domist?
SCEL. Vise, abi intro tute, nam ego mi iam nil credi postulo.
PAL. Certum est facere. — SCEL. Hic te opperiar; eadem illi insidias dabo,
quam mox horsum ad stabulum iuuenix recipiat se ⟨a⟩ pabulo.
quid ego nunc faciam? custodem me illi miles addidit:
nunc si indicium facio, interii; si taceo, ⟨interii⟩ tamen,
si hoc palam fuerit. quid peius muliere aut audacius?
dúm ego in tegulis sum, illaec sese ex hospitio edit foras;
edepol facinus fecit audax. hocine si miles sciat,
credo hercle has sustollat aedis totas atque hunc in crucem.
hercle quidquid est, mussitabo potius quam intereant male;
non ego possum quae ipsa sese venditat tutarier.
PAL. Sceledre, Sceledre, quis homo in terra te alter est audacior?
quis magis dis inimicis natus quam tu atque iratis? SCEL. Quid est?
PAL. Iuben tibi oculos exfodiri, quibus id quod nusquam est vides?
SCEL. Quid, nusquam? PAL. Non ego tuam empsim vitam vitiosa nuce.

---

294 ruribus capitiqui B^1; scapulisque *Acidalius* 295 nam *Camerarius*: iam nesi B^1, ni *D* supprinus (*i. e.* supprimis) *C*, suprimis *B*, supprimas *D* 296 dicam *Guietus*: hic dictam 297 falsom *B*, falsum *CD* 298 it B^1 tui c. additos B^1 ⟨eo⟩ *Acidalius* 299 quia (quid B^2) fuat (fuit B^1, at *D*) me (meat *CD*) 300 nesi B^1 301 hinc inproxumust *B* eo B^1 302 uisse abiit B^1 iam *om. CD* credidi B^1 303 pertum est faceret B^1; facere certumst *Seyffertus, cf. Fleckeisenus ann. 1891, 662* operiat B^1, op(p)eriam *CD* illi *om. CD* 304 quam uxor ad, *corr. Camerarius* iuuenis, *corr. Saracenus* si *CD* ⟨a⟩ *Bothius* 305 tradidit, *corr. Dousa* 306 ⟨interii⟩ *Camerarius* 307 quod *B* aut *om.* B^1 308 ergo illac hec sese ex: sum B^1C, sunmt *D*, se B^2, se ex *Lambinus* illa (illaec) ec suo se h. dedit *Lipsius* 309 si miles *Pius*: simile 310 ercle assus tollat, *corr. Camerarius* totas *Pius*: tota si tollat (totas t. B^2) atquem hunc *Heraldus*: hic (hinc B^2) in *om. CD* 311 quicquid, *cf. Truc. 253 Trin. 413* quum B^1 312 queissasese *CD*, quęsisse B^1, quę ista B^2; *cf. Cist. 450* 313 interemat est alter audatior, *corr. Ritschelius* 314 dehis i. n. quantum a. irat, *corr. Camerarius* 315 iubent, *corr.* B^2 est uides ς: hic uidis 316 tuam empsim uitam *Lindemannus*: mutuam ea ipsi tui tam

Sc. Quid negotist? Pal. Quid negoti sit rogas? Sc. Cur non rogem?
Pal. Non tu tibi istam praetruncari linguam largiloquam iubes?
Scel. Quam ob rem iubeam? Pal. Philocomasium eccam domi, quam in proxumo
vidisse aibas te osculantem atque amplexantem cum altero.
Scel. Mirumst lolio victitare te tam vili tritico.
Pal. Quid iam? Scel. Quia luscitiosu's. Pal. Verbero, edepol tu quidem
caecus, non luscitiosu's. nam illa quidem * domi.
Scel. Quid, domi? Pal. Domi hercle vero. Scel. Abi, ludis me, Palaestrio.
Pa. Tum mihi sunt manus inquinatae. Sc. Qui dum? Pa. Quia ludo luto.
Scel. Vae capiti tuo. Pal. ⟨Tuo⟩ istuc, Sceledre, promitto fore,
nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.
sed fores cóncrepuerunt nostrae. Scel. At ego ilico observo foris;
nam nihil est qua hinc huc transire ea possit nisi recto ostio.
Pal. Quin domi eccam. nescio quae te, Sceledre, scelera suscitant.
Scel. Mihi ego video, mihi ego sapio, ⟨mihi⟩ ego credo plurumum:
mé homo nemo deterrebit, quin ea sit in his aedibus.
hic obsistam, ne imprudenti huc ea se subrepsit mihi.
Pal. Meus illic homo est, deturbabo iam ego illum de pugnaculis.
vin iam faciam, ut stultividum * fateare? Scel. Age face.
Pal. Neque te quicquam sapere corde neque oculis uti? Scel. Volo.
Pal. Nempe tu istíc ais esse erilem concubinam? Scel. Atque arguo

---

317 quit *priore loco CD* hogas *CD* 318 *om. C* non tu tibi *Bentleius:* noui et ibi B^1, non iui et ibi *D*, num tute tibi B^2 praetunc ari (dari *B*) 319 iubeat, *corr.* B^2 qua, *corr.* B^2 320 aleuas *C*, eleuas *D*, alas B^1 amplexante (ampleocante *CD*), *corr.* B^2 321 mirum lolio *Fulgentius 561* (*ex Mercatore versum afferens*), mirus olio *codd., corr. Camerarius* 322 *personas invertit B, corr.* ς lasciuiosus B^1, luscitiosus es *Fulgentius* ueherbero, *corr.* B^2 hedepol 323 lusciosus *CD* illa quidem *D ex corr.:* illam quidem illa *de corruptela cf. ad Bacch. 55;* certost *supplevit Goetzius, cf. 398. 483* *Varro Men. 29 B.* edepol idem 'caecus non luscitiosus' est (lusciosus *Nonius 135*) 325 tam B^1CD 326 ⟨tuo⟩ *Camerarius* 327 oculus B^1CD alia *Guietus* 328 foris *CD utrubique* crepuerunt *Lindemannus* *abhinc puellam expectant etiam spectatores* ilico B^1: ila *CD*, illas B^2; *astat ante ostium Periplectomeni. verbum manendi notionem habet* obserui B^1, obseruis *CD*, obseruaui B^2, *corr.* ς 329 hinc ς*:* hic transiret B^1 recte B^1 330 quin *Merula:* quem (*i. e.* quein) quae *Camerarius:* utque suscitat B^1CD 331 ⟨mihi⟩ *Pylades* 332 deteruti *B*, detere uti *CD, corr. Klotzius* in his *pyrrhichius* 333 obsitam *B* 335 uim, *corr. Pius* ut stultiuidum *CD:* ut stultiuidum ut B^1, ut st. te B^2, *cf. ad 323, 336, 341;* ⟨esse tu te⟩ *Goetzius post alios* 336 te quicquam te saperet *B* uolo *B:* scio *CD, qui omittunt 337—339* 337 ais *Camerarius:* as esset

eam me vidisse osculantem hic intus cum alieno viro.
PAL. Scin tu nullum commeatum hinc esse a nobis? SCEL. Scio.
PAL. Neque solarium neque hortum, nisi per impluvium? SCEL. Scio.
PAL. Quid nunc? si ea domist, si facio, ut eam exire hinc videas domo,
dignun es verberibus multis? SCEL. Dignus. PAL. Serva istas fores,
ne tibi clam se subterducat istinc atque huc transeat.
SCEL. Consilium est ita facere. PAL. Pede ego iam illam huc tibi sistam in viam. —
SCEL. Agedum ergo face. vólo scire, utrum egon id quod vidi viderim
an illic faciat, quod facturum dicit, ut ea sit domi.
nam ego quidem meos oculos habeo nec rogo utendos foris.
sed hic illi subparasitatur semper, hic eae proxumust,
primus ad cibum vocatur, primo pulmentum datur;
nam illic noster est fortasse circiter triennium,
neque cuiquam quam illi in nostra meliust famulo familia.
sed ego hoc quod ago, id me agere oportet, hoc observare ostium.
sic obsistam. hac quidem pol certo verba mihi numquam dabunt.

PAL. Praecépta facito ut mémineris. II 4

PHILOCOMASIVM

Totiéns monere mirumst.

PAL. At metuo ut satis sis subdola. PHIL. Cedo vel decem, edocebo
minime malas ut sint malae, mihi solae quod superfit.
PAL. Age nunciam insiste in dolos; ego abs te procul recedam.

---

338 me *Camerarius:* ne uldisset 339 esset 340 ortum *CD* sc. *om.* 341 si nunc si *CD* eam: sedeam *B*¹ hinc exire, *corr. Acidalius* domi 342 dignum est *B*¹, dignus es *CDB*², *corr. Ritschelius* dignum *B*¹ 343 nec *B* dam *CD* se *om. B*¹ subterducatum est hinc *B*¹ hunc *B*¹ 344 *accedit A, qui in nova pag. exitum versus bipartiti habet* in uiam pedes, *corr. Acidalius;* pedibus iam ego *Brixius* inuitam *P* 345 egon *A:* ego *CDB*² ergo *B*¹ 347 rogo utendos *A:* roga utendi *CD,* rogat utende (-a *B*²) *B* 348 ęaę *A:* ea *P* 350 fortasset *B*¹*C* triennium *AP mire sane, ut in Mercatore 533 sq.* (*cf. ad 106*) *biennium, sed prorsus non probabiliter Guietus substituit* trimenium. *versum notat Dziatzko Jen. Litt.-z. 1877, 655* 351 nec *A* illi in *A,* illi *P*; *cf. ad Bacch. 225* melius est *A,* melius *P* 352 quod *A:* quid *P* hostium *A* *cf. Bachius de attr. inv. 21* PHILOCOMASIVM PAL[AE]STRIO S[CE]LEDRVS *A* SERVI IDEM · PHILOCOMASIVM MVLIER *B*, EIDEM · PHILOCOMASIVM SERVI · II · MVLIER *C* (*unde patet quae in P fuerit tituli species*), PALESTRIO PHILOCOMATIVM *D* 354 totiẹnṣ *A:* tolles *P* 355 ut *om. A* decem *A:* dece *B,* dicem *CD* 356 minime *A:* memini *P* solae quod *A:* sola equo *P; cf. 1156* 357 nunciam *A:* iam nunc *P, cf. Langenus symb. 187* a te *A*

quid ais tu, Sceledre? SCEL. Hanc rem gero. habeo auris, loquere quidvis.
PAL. Credo ego istoc extemplo tibi esse eundum actutum extra portam,
dispessis manibus, patibulum quom habebis. SCEL. Quamnam ob rem?
PAL. Respice dum ad laevam: quis illaec est mulier? SCEL. Pro di immortales,
eri cóncubinast haec quidem. PAL. Mihi quoque pol ita videtur.
age nunciam, quando lubet — SCEL. Quid agam? PAL. Perire propera.
PHIL. Vbi iste ést bonus sérvos, qui probri me maxumi innocentem
falso insimulavit? PAL. Em tibi, hic mihi dixit tibi quae dixi.
PHIL. Tun me vidisse in proxumo hic, sceleste, ais osculantem?
PAL. Atque cum álieno adulescentulo dixit. SCEL. Dixi hercle vero.
PH. Tun me vidisti? S. Atque his quidem hercle oculis. PH. Carebis, credo,
qui plus vident quam quod vident. SCEL. Numquam hercle deterrebor
quin viderim id quod viderim. PHIL. Ego stulta et mora multum,
quae cum hoc insano fabuler, quem pol ego capitis perdam.
SCEL. Noli minitari: scio crucem futuram mihi sepulcrum;
ibi meí sunt maiores siti, pater, avos, proavos, abavos.
non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi exfodiri.
sed paucis verbis te volo, Palaestrio. opsecro te,
unde exit haec? PAL. Vnde nisi domo? SCEL. Domo? PAL. Mé viden? SCEL. Te video.

---

358 ais tu *A:* astu *B*, asstas *D*, astas B^2, stas *C* 359 istuc *P* exemplo AB^1: extemplo CDB^2 eundum (-dem *B*) actutum *P:* eundum *Gellius 15, 15, 4*, perfundum (*i. e.* pereundum) *A versum quidem praebens sed sermonem minus plenum et lepidum quam P* extra poṛṭ[am] *A, Gellius:* si extra portam est *P* 360 dispessis *Gellius eam formam testatus:* dispensis *A*, dispersis *P* habebis *CD*, *Gellius:* habet uis B^1, habetis B^2, uidetịs *A; fort.* subieris 361 *sic AP cum vitio metrico sed verbis ex usu compositis; corruptela gravior. cf. Dziatzko Jen. Litt.-z. 1877, 655* 363 peṛire propẹra *A:* peripe propero B^1, peri perpropere CDB^2 364 est *om. P* probri *A:* prodit *CD*, prodiuit *B* maximị *A:* maxume *P* 365 instimulauit *A* *sq. ut s. A:* PH. em (hem *CD*) tibi. P. hic mihi (mi *CD*) id dixit PH. tibi quem dixit (dixti CDB^2) *P* 366 tune *A*, tute me *P, corr. Ribbeckius, cf. 368* sceleste aịs *A:* scelestem B^1, sceleste CDB^2 367 atque *AP, cf. ad Epid. 522* 368 tun me *P:* tune *A* hercle *om. P* crebro *A* 369 deterrebor AB^2: deterebo *CD*, dat••erebo• B^1 370 et mora AB^1: moror CDB^2 371 fabuler *A:* fabulet B^1, fabulem CDB^2 373 sunt maịorịs *A*, maiores sunt *P* 374 possunt mihi *B:* mihi possunt *ACD* minaciis *P:* minis *A* oculis AB^1 exfodiri *A:* fodiri *P* *cf. Baierus de Pl. fab. rec. 172 sq.* 375 te *in fine om. P* 376 haec *A:* hac huc *P; cf. Lindsay class. rev. 1892, 2* SC. *P: spatium om. A* modo *A* PA. *P: spatium om. A* uidente uideo (*sed tantum* uiden *sequente rasura* B^1) *P*, uidente † uideo *A*

nimis mírumst facinus, quo modo haec hinc huc transire potuit;
nam certo neque solariumst apud nós neque hortus ullus
neque fénestra nisi clatrata; nam certe ego te hic intus vidi.
PAL. Pergin, sceleste, intendere hanc arguere? PHIL. Ecastor ergo
mi hau falsum evenit somnium, quod noctu hac somniavi.
PAL. Quid somniasti? PHIL. Ego eloquar. sed amabo advortite animum.
hac nocte in somnis mea soror geminast germana visa
venisse Athenis in Ephesum cum suo amatore quodam;
ei ambo hóspitio huc in proxumum mihi devortisse visi.
PAL. Palaestrionis somnium narratur. perge porro.
PHIL. Ego laeta visa, quia soror venisset, propter eandem
suspicionem maximam sum visa sustinere.
nam arguere in somnis me meus mihi familiaris visust,
me cum alieno adulescentulo, quasi nunc tu, esse osculatam,
quom illa osculata mea soror gemina esset suompte amicum.
id me insimulatam perperam falsum esse somniavi.
PAL. Satin eadem vigilanti expetunt quae in somnis visa memoras?
eu hércle praesens somnium. abi intro et comprecare.
narrandum ego istuc militi censebo. PHIL. Facere certum est,
neque me quidem patiar probri falso impune insimulatam. —
SCEL. Timeo quid rerum gesserim, ita dorsus totus prurit.
PAL. Scin te periisse? SCEL. Nunc quidem domi certo est. certa res est

---

377 nimis *A:* nis *D*, nisi *BC hic non aptissime* miserum est *A* hinc huc *A:* hic *P* potu[it] *A:* potuerit *P* 378 solarium est *A:* solarius (-um B^2) *P* 379 nisi *P:* neque *A* clarata *AP, corr. Scutarius* certe *A:* certo *P* hic *om. A* 380 intenderet B^1, intendere et CDB^2 ego *P* 381 haut *P* (aut B^1) eueniat *P* nocte *A* 382 somniauisti *AP* aduortit B^1, aduortito CDB^2 383 geminast *A:* gemina et *CD*, gemina *B* 384 quom suo *A:* cum eo B^1D^1, cum meo CB^2D^2 385 ei *Ritschelius:* et *A*, hi *P* hospitium *A* deuertisse *A:* deuortis B^1, diuorti (deu. B^2) sunt CDB^2 386 *Sceledro priora*, perge p. *Palaestrioni dantur* (*spat. ante* perge *A*), *corr. Acidalius* Palaestrioni *AP, corr. Dousa* 389 meus mihi familiaris uisust *A:* familiaris meus mihi uisus est (uisu sedetis B^1) *P* 390 tu es ausculatam *A*, est osculatam esse CDB^2, est auscultata est B^1, *corr. Camerarius, Hermannus* 391 ausculta AB^1 suumpte *A:* sumptu B^1, suum CDB^2 392 id *A:* item B^1, ita CDB^2 falsum (*AP*) *scil.* id 393 uigilantis *P* 394 eu *A:* heus *P* praesens somnium *A:* perdent somnium B^1, praesentia omnia CDB^2 *ante* abi *spat. A* 395 est *A: om. P* 396 probi *A*, prodi CDB^2, prout B^1 (*i. e.* proui), *corr. Camerarius* 397 gesserim *A, Nonius 203:* gesserit *P* dorsus totus *BC, Nonius formam testatus:* dorsum totus *D*, dorsum totum *A* 398 periisse *CD:* perisse *AB* (*ex* perisses *B*) sc. nunc *Acidalius:* sed nunc *B*, nunc *CD, post spat.* num *A* certo est *A:* certo sc. *P*

nunc nostrum observare ostium, ubi ubist. PAL. At, Sceledre, quaeso,
ut ad id exemplum somnium quam simile somniavit
atque ut tu suspicatus es eam vidisse osculantem.
SCEL. Nescio quid credam egomet mihi iam, ita quod vidisse credo
me id iam non vidisse arbitror. PAL. Ne tu hercle sero, opinor,
resipisces: si ad erum haec res prius + devenerit, peribis pulchre.
SCEL. Nunc demum experior, mi ob oculos caliginem opstitisse.
PAL. Dudum edepol planum est id quidem, quae hic usque fuerit intus.
SCEL. Nihil habeo certi quid loquar: non vidi eam, etsi vidi.
PAL. Ne tu edepol stultitia tua nos paene perdidisti:
dum te fidelem facere ero voluisti, absumptu's paene.
sed fores vicini proxumi crepuerunt. conticiscam.
PHIL. Inde ignem in aram, ut Ephesiae Dianae laeta laudes II 5
gratesque agam eique ut Arabico fumificem odore amoene,
quom me in locis Neptuniis templisque turbulentis
servavit, saevis fluctibus ubi sum adflictata multum.
SCEL. Palaestrio, o Palaestrio. PAL. O Sceledre, Sceledre, quid vis?
SCEL. Haec mulier, quae hinc exit modo, estne erilis concubina
Philocomasium, an non est ea? PAL. Hercle opinor, ea videtur.
sed facinus mirum est, quo modo haec hinc huc transire potuit,
si quidem east. SCEL. An dubium tibi est eam esse hanc? PAL. Ea videtur.

---

399 ubi ubist *Bothius et fort. A:* ubisset B^1, ubi isset CDB^2 400 quam *A:* quia B^1, quasi CDB^2 401 es *om. A*, est B^1 402 *om. P* 403 me id iam *A:* sc. meeam (meam B^1) *P* arbitri B^1, arbitraris CDB^2 hercle opinor obsecro *P* 404 resipisceṣ si *A:* respicis (-tis *D*) si CDB^2, resipisci B^1 deuenerit *A:* ob oculos (*cf. 405*) peruenit CDB^2, ob oculos creuerit B^1 peribis AB^2*:* peruis *P. duo testimonia tantum in forma verbi medii discedunt; substitui potest* ueniet; *aptum in hac sententia* prius 405 ṃịḥị *A, schol. Aen. 1, 233:* prius *P* oḅstitisse *A, schol. Aen.:* obtigisse CDB^2, optingessint B^1 406 + edepol *A* est id *A:* hic *P* hinc *P* 407—466 *deest A* 407 uidi eam *Camerarius:* uideam uidit B^1 408 nostra (nos B^2) poene perdidit, *corr. Camerarius* 409 ero *om.* B^1 absumptu st B^1, absumptus es CDB^2 410 foris B^1D concrepuerunt *CD* conticiscam philocomasium *B*, conticescam *CD* 411 PHILOCOMASIVM MVLIER SERVI II *BC*, PHILOCOMATIVM PALESTRIO SCELEDRVS D^2 laeta *Pareus:* lata B^1, latas CDB^2 412 arabio B^1 *cf. Serv. georg. 2, 115* Plautus: Arabico ture odorem *B* 413 qui B^1CD, quae B^2, *correxi; cf. Brixius ad Trin. 823* neptunis B^1, nepituniis *D* 414 seruabit B^1 at flictatam B^1 415 palestrios o palestrios PA. os B^1 *animo vehementer moto Sceledrus clamat, cum mimice imitatur alter; inutiliter eho substituerunt* 416 euexit B^1 417 est ei B^1 418 haec hic nunc transire potuerit, *corr. Ritschelius* (hinc *ς*) 419 si quid demeast S. an dubium id est eamessa et hec P. eam uidetur *B* (*partim corr.* B^2)

SCEL. Adeamus, appellemus. heus, quid istúc est, Philocomasium?
quid tibi istic in istisce aedibus debetur, quid negotist?
quid nunc taces? tecum loquor. PAL. Immo edepol tute tecum;
nam haec nil respondet. SCEL. Te adloquor, viti probrique plena,
quae circum vicinos vagas. PHIL. Quicum tu fabulare?
SCEL. Quicum nisi tecum? PHIL. Quis tu homo es, aut mecum quid est negoti?
SCEL. Mé rogas homo qui sim? PHIL. Quin ego hoc rogem quod nesciam?
PAL. Quis ego sum igitur, si hunc ignoras? PHIL. Mihi odiosus, quisquis es,
et tu et hic. SC. Non nos novisti? PH. Neutrum. SC. Metuo maxume,
PAL. Quid metuis? SCEL. Enim ne ⟨nos⟩ nosmet perdiderimus uspiam;
nam nec te neque me novisse ait haec. PAL. Persectari hic volo,
Sceledre, nos nostri an alieni simus, ne dum quispiam
nos vicinorum imprudentis aliquis immutaverit.
SCEL. Certe equidem noster sum. PAL. Et pol ego. quaeris tu, mulier, malum.
tibi ego dico, heus, Philocomasium. PHIL. Quae te intemperiae tenent,
qui me perperam perplexo nomine appelles? PAL. Eho,
quis igitur vocare? PHIL. Diceae nomen est. SCEL. Iniuria es,
falsum nomen possidere, Philocomasium, postulas;
ἄδικος es tu, non δικαία, et meo ero facis iniuriam.
PHIL. Egone? SCEL. Tu⟨ne⟩. PHIL. Quaé heri Athenis Ephesum adveni vesperi
cum meo amatore, adulescente Atheniensi? PAL. Dic mihi,

---

420 at eamus philomasium B^1 421 in istisce *Seyffertus:* insce B^1, in hisce CDB^2 423 nihil est respondit, *corr.* B^2D^2 adloquar B (*cum CD Nonius 467*) probrique *Nonius* (probarique L^1H^1)*:* propinque plenus *Nonius* 424 qui *Nonius* uagas B^1 *Nonius:* uaga es CDB^2 425 est B^1D^1 negotist *Ritschelius* 426 homo *Acidalius:* hem (rogassem B^1) quid sit B quot B^1, quae CD 427 hunc *Pylades:* tu huc B^1, tu hunc CDB^2 429 ⟨nos⟩ *Reizius* 430 te BD^2*:* tete CD^1 nequem B^1 me BD^2*:* meme CD^1 nouisset B^1 perscrutari *Merula; ad persectandi verbum, quod falsum esse non persuadet Langenus symb. 246, apte accedit* hic (hoc *Bothius*) 431 clam *Bothius;* dum *relinquere ausus sum, cum expectetur adverbium temporale quale interim. cf. Rud. 779* 433 quaeres tum B^1 434 ego *om. CD* intemperiae tenent periae B^1 436 dicere, *corr. Spengelius, cf. ad Cas. 799* es *Dousa:* est 437 possideret B^1 438 a dice testu non dicat ei et meo, *corr. Spengelius* ero non facis, *corr.* ς 439 ⟨ne⟩ *Ritschelius* ath•s B^1 uesperis B 440 mea CD atheniensis B^1 PAL. ς, *Dziatzko:* SC.

quid hic tibi in Epheso est negoti? PHIL. Geminam germanam meam
hic sororem esse indaudivi, eam veni quaesitum. SCEL. Mala es.
PHIL. Immo ecastor stulta multum, quae vobiscum fabuler.
abeo. SCEL. Abire non sinam te. PHIL. Mitte. SCEL. Manifestaria es
non omitto. PHIL. At iam crepabunt mihi manus, malae tibi,
nisi me omittis. SCEL. Quid, malum, astas? quin tenes altrinsecus?
PAL. Nil moror negotiosum mi esse tergum. qui scio
an ista non sit Philocomasium átque alia eius similis sit?
PHIL. Mittis me an non mittis? SCEL. Immo vi atque invitam ingratiis,
nisi voluntate ibis, rapiam te domum. PHIL. Hosticum hoc mihi
domicilium est, Athenis domus est Atticis; ego istam domum
neque moror neque vos qui hómines sitis novi neque scio.
SCEL. Lege agito: te nusquam mittam, nisi das firmatam fidem,
te huc, si omisero, intro ituram. PHIL. Vi me cogis, quisquis es.
do fidem, si omittis, isto me intro ituram quo iubes.
SC. Ecce omitto. PH. At ego abeo missa. — SC. Muliebri fecit fide.
PAL. Sceledre, manibus amisisti praedam. tám east quam potis
nostra erilis concubina. vin tu facere hoc strenue?
S. Quid faciam? P. Ecfer mihi machaeram huc intus. S. Quid facies ea?
PAL. Intro rumpam recta in aedis: quemque hic intus videro
cum Philocomasio osculantem, eum ego óbtruncabo extempulo.
SCEL. Visanest ea esse? PAL. Immo edepol plane east. SCEL. Sed quo modo

---

441 est negotii est PH. age ninam germana mea B^1 442 inaudiui *CD*, audiui *in ras.* B^2 uenio B^1 443 etcastor B^1 fabulem B^1 *in ras.*, *CD* 444 auiret B^1 manifestaria res est, *corr. Ritschelius* 445 iam crepabunt mihi *Bothius:* mihi iam crepabunt *B*, iam crepabunt *CD* 446 qui detenes B^1, qui detines *CD*, quid tetenes B^2, *corr. Bentleius* (quin retines *Pylades*) alteris insecus B^1 447 sico B^1 448 istas B^1 sunt B^1, siet *Ritschelius* 449 Mitti B^1, mittin *Fleckeisenus* inuitam ς: uita ingratis *B* 450 uoluptate (-em *B*) ibi, *corr. Camerarius* hostium *B*, ostium *CD*, *corr. Lipsius* hoc mihi: hombist B^1 451 est domicilium *CD* athene• B^1 domus est ac herus (erus *CD*) ego, *correxi Herm. 18, 580; item qui editionis Camerarii exemplar Gottingense adnotavit ascripsit* ἴσως atticis 452 homini sitis nouim neque sio B^1 453 firmata B^1 454 sino miseret B^1 uim me B^1 est B^1 455 itura iubes B^1 456 feci B^1, fecisti CDB^2, *corr. Ritschelius;* egisti *Seyffertus* 457 ⟨e⟩ manibus *Fleckeisenus* tam — concubina *Sceledri*, *corr. Pontanus* ea sique ampotis, *corr. Camerarius* 459—463 *turbatum in servorum nominibus*, *corr. Acidalius* 459 hęc fer•• maceram *B* (mihi *add.* B^2) 460 rupam B^1 461 plicomasio B^1 obstruncabo me *B* extemplo 462 est CB^2: s•st B^1, *om. D* esset B^1 plane east B^2: planete ast B^1, planeast *D*, east *C*

dissimulabat. PA. Abi, machaeram huc ecfer. SC. Iam faxo hic erit. —
PAL. Neque eques neque pedes profectost quisquam tanta audacia,
qui aeque faciat confidenter quicquam quam mulier facit.
ut utrubique orationem docte divisit suam,
ut sublinitur os custodi cauto, conservo meo.
nimis beat quod commeatus transtinet trans parietem.
SCEL. Heus, Palaestrio, machaera nihil opust. PAL. Quid iam, aut quid est?
S. Domi eccam erilem concubinam. P. Quid, domi? S. In lecto cubat.
PAL. Edepol ne tu tibi malam rem repperisti, ut praedicas.
SCEL. Quid iam? PAL. Quia hanc attingere ausu's mulierem hinc ex proxumo.
SCEL. Magis hercle metuo. PAL. Sed numquam quisquam faciet quin soror
istaec sit gemina huius: eam pol tu osculantem hic videras.
SCEL. Id quidem palam est eam esse, ut dicis; quid propius fuit,
quam ut perirem, si elocutus essem ero? PAL. Ergo, si sapis,
mussitabis: plus oportet scire servom quam loqui.
ego abeo a te, ne quid tecum consili commisceam,
atque apud hunc ero vicinum; tuae mihi turbae non placent.
erus si veniet, si me quaeret, hic ero: hinc me arcessito. —

SCELEDRVS II 6

Satin abiit ille neque erile negotium
plus curat, quasi non servitutem serviat?

---

463 etfaer *B* 464 profectos B^1, praefectus *CD*, profecto B^2, *corr. Kampmannus* 465 qui aeque: que B^1 quiquam B^1CD mulieres (-ris *CD*) faciunt, *corr. Luchsius* 466 ut *in fine antecedentis versus* utrobique CDB^2, ut ubique B^1 ductae diuit uttuam *CD*, ducta•du it intuam *B* (docte edidit B^2), *corr. Lucianus Muellerus* 467 *accedit A* [sub]ḷịnitur os AB^2: subliniturus *CD*, sublimiturus B^1 custodi *A*: custodiit *CD*, custodi ut (ut *in ras.* B^2) *B* 468 quot *P* 469 opusṭ *A*: opus *P* aut quiḍ st *A*, haud quid opus est *P* 471 reperisti *BD* 472 hinc ex *A*: hic in *P* 473 *sq. ut s. distribuit A*, sed — (*474*) huius *Sceledro*, eam — (*475*) dicis *Palaestrioni*, quid — (*476*) ero *Sceledro tribuit P* 473 quin soror *A*: qui soror CDB^2, quis•••• sit B^1 474 ista sit germana huius *P* oscultaṇṭẹm *A*, osculantem A^2? 475 id *A*: et *P* 476 locutus *P* essem AB^2: essem et B^1, fuissem *CD* 477 musitabis CDB^2, music•••• B^1 478 a te *A*: te B^1, *om.* CDB^2; aps te *Studemundus* 479 ero *om. P* 480 quaereṭ *A*: quaerit *P* hic me accersito *P* 481 SCELEDRVS PERIPLECTOMENOS (C *supra v.*) *A*, SCELEDRVS SERVVS PERIPLECTOMENVS SENEX *P* abit *ACD*, *eras.* B^1, abut *D ante corr.* herilem B^1; erile *producta ultima in AP admissum ut eodem versus loco face Pers. 399; cf. ad Asin. 250* erili negotio *Brixius*, *quod rectum esset, si Palaestrionem miles rebus suis praefecisset; fort.* neque eri hilo negotium plus curat, *cf. Truc. 560* 482 quasi AB^1: quam si CDB^2 seruitute *AB*, seruite *CD*, *corr. Scutarius*

certo illa quidem hic nunc intus est in aedibus,
nam egomet cubantem eam modo offendi domi.
certum est nunc observationi operam dare.

PERIPLECTOMENVS

non hercle hisce homines me marem, sed feminam
vicini rentur esse servi militis:
ita me ludificant. meamne hic invitam hospitam,
quae heri huc Athenis cum hospite advenit meo,
tractatam et ludificatam, ingenuam et liberam?
SCEL. Perii hercle, hic ad me recta habet rectam viam.
metuo, illaec mihi res ne malo magno fuat,
quantum hunc audivi facere verborum senem.
PER. Accedam ad hominem. tun, Sceledre, hic, scelerum caput,
meam ludificavisti hospitam ante aedis modo?
SCEL. Vicine, ausculta quaeso. PER. Ego auscultem tibi?
SCEL. Expurigare volo me. PER. Tun te expuriges,
qui facinus tantum tamque indignum feceris?
an quia latrocinamini, arbitramini
quidvis licere facere vobis, verbero?
SCEL. Licetne? PER. At ita me di deaeque omnis ament,
nisi mihi supplicium virgeum de te datur
longum diutinumque, a mane ad vesperum,
quod meas confregisti imbricis et tegulas,
ibi dum condignam te sectatu's simiam,
quodque inde inspectavisti meum apud me hospitem
amplexum amicam, quom osculabatur, suam,
quodque cóncubinam erilem insimulare ausus es

---

483 quidem illa *P* 484 egomet cubantem eam modo *A*: ego et cubante mea domo *B*, ego excubantem ea domo *CD* offendam *A*, ostendi B^1 486 hicse *A* hominis *P* 488 meanne *A*, mea (me *C*) mane *P* inuitam *A*: inuita *P*; in uia *Camerarius* hospitam AB^2: hospita *CD*, hospi B^1 489 eri B^1D 490 tractata (tracta *CD*) et ludificata ingenua et libera *P* 491 peri *A* recta uia *P* 494 accedam ad h. *Sceledri P* 497 expurgare *AP* tune te *P* expurges mihi *AP*, *corr. Ritschelius* 501—538 *deest A* 501 me: ma B^1 amet B^1 502 uirgarum, *corr. Guietus* batur B^1 505 condignum B^1 *Servius georg. 4, 296* (Plautus) ait 'fregisti imbrices meas, dum te dignam (*sic Vat.*, dictam *Servi codd.*) sectaris simiam'; sectarus *Ribbeckius* 507 *expectamus* amplexus (*Guietus*) quo o. sua B^1 508 quod *C contra huius enuntiati naturam continuo cursu in hypotaxi defluentis, donec v. 511 in v. 502 fortius repetendo pausa facta in apodosin excurrit; cf. et alia et v. 614. 1072. Skutschius Plaut. u. Rom. 153* est B^1

probri pudicam meque summi flagiti,
tum quod tractavisti hospitam ante aedis meam:
nisi mihi supplicium stimuleum de ⟨te⟩ datur,
dedecoris pleniorem erum faciam tuom,
quam magno vento plenumst undarum mare.
SCEL. Ita sum coactus, Periplectomene, ut nesciam
utrum me postulare prius * tecum aequom siet;
nisi ⟨si⟩ istaec non est haec neque ⟨haec⟩ istast, mihi
me expurigare tibi videtur aequius;
sicut etiam nunc nescio quid viderim:
itast ista huius similis nostrai tua,
siquidem non eadem est. PER. Vise ad me intro, iam scies.
SCEL. Licetne? PER. Quin te iubeo; et placide noscita.
SCEL. Ita facere certum est. — PER. Heus, Philocomasium, cito
transcurre curriculo ad nos, ita negotiumst.
post, quando exierit Sceledrus a nobis, cito
transcurrito ad vos rursum curriculo domum.
nunc pol ego metuo ne quid infuscaverit.
si hic non videbit mulierem — aperitur foris.
SCEL. Pro di immortales, similiorem mulierem
magisque eándem, ut pote quae non sit eadem, non reor
deos fácere posse. PER. Quid nunc? SCEL. Commerui malum.
PER. Quid igitur? eanest? SCEL. Etsi east, non est ea.
PER. Vidistin istam? SCEL. Vidi, et illam et hospitem,

---

510 tractabisti hospitem *B* meas, *correxi* 511 mihi *Lambinus:* tibi *CD*B^2, te B^1 de *om. B* ⟨te⟩ *Lambinus* 513 uentum plenus (plenust B^2, *corr. Pylades*) B^1*CD* 514 suúm B^1 515 aequom sit B^2, aequumst *CD*, aequo sit B^1 *sine exemplo; item* postulare tecum, *nisi forte hic in analogiam verbi* orare *abiit. sed utrumque facturus est, nescit utrum prius faciat; ut sic sententia supplenda videatur:* utrum me postulare prius ⟨ut satis duis, an ueniam ut des orare⟩ tecum aequom siet. 516 ⟨si⟩ *Acidalius* ista hec *B* ⟨haec⟩ *adsumpsi ex versu sequente secutus Ritschelium sic pergit: sed si quae tuae domi est non est ea quae nostrae domi, neque haec ista, potius me purgabo. tum dubitationem excusat* 517 mea B^1 expurgare [huc] *Fleckeisenus, vide ad v. 516* 519 itast ista *CD*B^2*:* istas B^1 nostrae 520 uise ad *CD*B^2*:* qui sedeat B^1 521 quin *Lipsius:* nequin iuueo et: i *Ritschelius* (ei) 522 heius *B*, *item 469* 523 transcurrere c. at nos B^1*CD* negotiust B^2, negotiis B^1*CD* 524 postquam *B* 525 rusum *D* 526 quit 527 fobis B^1*CD* 528 immortalis 529. 530 non B^2*:* no reo B^1*CD* 531 quit *CD* conmeru B^1*CD* 532 eam st B^1 east: aest B^1*CD* 533 uidisti inistam *CD*, uidistin eam *B* et illam et hospitem *διὰ μέσου positum non impedit quominus* complexam *v. sq. ad* istam *pertineat*

complexam atque osculantem. Per. Eanest? Scel. Nescio.
Pe. Vin scire plane? Sc. Cupio. Pe. Abi intro ad vos domum
continuo, vide sitne istaec vostra intus. Scel. Licet,
pulchre admonuisti. iám ego ad te exibo foras. —
Per. Numquam edepol hominem quemquam ludificarier
magis facete vidi et magis miris modis.
sed eccum egreditur. Scel. Periplectomene, te opsecro
per deos atque homines perque stultitiam meam
perque tua genua — Per. Quíd opsecras me? Scel. Inscitiae
meae et stultitiae ignoscas. nunc demum scio
me fuisse excordem, caecum, incogitabilem.
nam Philocomasium eccam intus. Per. Quid nunc, furcifer?
vidistin ambas? Scel. Vidi. Per. Erum exhibeas volo.
Scel. Meruisse equidem me maxumum fateor malum,
et tuae fecisse me hospitae aio iniuriam;
sed meam esse erilem concubinam censui,
cui me custodem erus addidit miles meus.
nam ex uno puteo similior numquam potis
aqua aquai sumi quam haec est atque ista hospita.
et me despexe ad te per impluvium tuom
fateor. Per. Quid ni fateare, ego quod viderim?
et ibi osculantem meum hospitem cum ista hospita
vidisti? Scel. Vidi (cur negem quod viderim?),
sed Philocomasium me vidisse censui.

---

535 uim B^1CD abit B^1CD at B^1CD^2 536 ista haec B^1CD uostra *Bothius:* domum uostra (uos tram *D*)   537 iam *corr. D:* si iam *BC,* siam *D*   atte *CD,* ate *B*   539 *accedit A*   fac[et]e *A, e corr.* B^2*:* facite *CD*   uidi et AB^2*:* uidet B^1, uidit et *CD*   540 te *ex* toe *corr. A*   541 stultitia mea B^1CD 542 genua *A:* gea *P*   543 demum AB^2*:* dem *CD,* idem B^1 544 excorde B^1CD 545 quis B^1CD 546 uidisti *P*   exibeas *P*   547 equidem me *A:* te quidem et (et *eras.*) *B*, tequideme *CD*   facior *P*   548 fecisset B^1CD hospitiae *A*   aio iniuriam AB^2*:* al• iniuria B^1, alo mi uiria *CD*   551 umo B^1CD potest *A*   *Varro de l. l. 5, 24* (umor) unde sumi pote, puteus   552 aqua AB^2*:* atquam *P*   aquae A^2CDB^2, *corr. Bentleius:* aeque A^1B^1; *cf. Men. 1089 et Bergkius op. 1, 34*   sumi AB^2*:* summis *P*   atque ista AB^2*:* atquem histham *C*, at quaem histuam *D*, a *et post 6 litt. ras.* ist B^1 553 meo *A*   despexi *P*   atte *CD*, *eras. B*   554 ni *P:* nunc *A*   fateare ego ς*:* fatear et ego et *P* (et *utrumque del.* B^2), fateare ergo *A* (et ego *pro* ergo *t. Loewio*); *cf. 335 et 1171, auditur* fatearis uiderit B^1CD 555. 556 *om. P propter homoeoteleuton*   555 istac *A* (ista *t. Loewio*)   557 uidisset B^1CD

PER. Ratun istic me hominem esse omnium minimi preti,
si ego me sciente paterer vicino meo
eam fieri apud me tam insignite iniuriam?
SCEL. Nunc demum a me insipienter factum esse arbitror,
cum rem cognosco; at non malitiose tamen
feci. PER. Immo indigne; nám hominem servom suos
domitos habere oportet oculos et manus
orationemque. SCEL. Egone si post hunc diem
muttivero, etiam quod egomet certo sciam,
dato excruciandum me: egomet me dedam tibi;
nunc hoc mi ignosce quaeso. PER. Vincam animum meum,
ne malitiose factum id esse aps te arbitrer.
ignoscam tibi istuc. SCEL. At tibi di faciant bene.
PER. Ne tu hercle, si te di ament, linguam comprimes
posthac, etiam illud quod scies nesciveris
nec videris quod videris. SCEL. Bene me mones,
ita facere certum est. sed satine oratu's? PER. Abi.
SCEL. Numquid nunc aliud me vis? PER. Ne me noveris.
SCEL. Dedit hic mihi verba. quam benigne gratiam
fecit, ne iratus esset. scio quam rem gerat:
ut miles cum extemplo a foro adveniat domum,
domi cómprehendar. una hic et Palaestrio
me habent venalem: sensi et iam dudum scio.
numquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam;
nam iam aliquo aufugiam et me occultabo aliquot dies,
dum haec consilescunt turbae atque irae leniunt.

---

558 ratusne *AP* me istic *P* minimum B^1CD praetei *A* 559 scientem patere B^1CD 560 eam AB^2: em *P* tam AB^2: itam *P* insignitam *A* ininria B^1CD 561 a me ς: a me tam *A*, me *P* arbitror *AB*: arbitro *CD* 563 homine B^1CD seruom B^2: seruo *P*, seruos *A* suo *CD*, *eras.* B^1 565 egone *AP*, *cf. M. Warren Amer. journ. 2, 51* hunc AB^2: huc *P* 566 egomet AB^2: ego mes B^1, ego me *CD* scio *A* 567 dato excruciatum me ego medidam (egomet dedam B^2) tibi *P* 568 ignoscam *P* (ignoscas B^2) 569 malitiosum *A* 570 ti istuc A^1, tibi istut A^2 di *om.* *P* (at di tibi B^2) 571 ni *A* amant *CD*, *cf. ad Bacch. 1172* comprimes *A*: comprimis *P* 572 post haec *P*; *ad verbum quod est* comprimes *necessario pertinet*, *auditur etiam ad sequentia* 573 nec *A*: ne *P* 574 ita pacere (parcere B^1, facere B^2) certum esset satine oratus abit *P* 576 gratia *P* 577 scio quam AB^2: socios qua B^1, so dos qua *CD* 578 exemplo B^1D 579 comprehendat *P* 581 hercule *Festus 169*, *om. Paulus* nassa *A*, *Festus s. v.*: massa CDB^2, *eras. praeter* m B^1 hodie ego *Festus* escam petam *A*, *Festus*: capetam *CD*, capiam *B* 582 aliquot AB^2: aut aliquot (-od B^1) *P*

nam uni satis populo impio merui mali. —
[verum tamen dé me quidquid est, ibo hinc domum.]
Per. Illic hínc abscessit. sat edepol certo scio,
occisam saepe sapere plus multo suem:
quoin id adimatur ne id quod vidit viderit.
nam illius oculi atque aures atque opinio
transfugere ad nos. usque adhuc actum est probe;
nimium festivam mulier operam praehibuit.
redeo in senatum rusum; nam Palaestrio
domi nunc apud me est, Sceledrus nunc autemst foris:
frequens senatus poterit nunc haberier.
ibo intro, ne, dum absum, alter sorti defuat. —

PALAESTRIO III 1

Cóhibete intra limen etiam vos parumper, Pleusicles,
sinite me prius pérspectare, ne uspiam insidiae sient
concilium quod habere volumus. nam ópus est nunc tuto loco,
unde inimicus ne quis nostri spolia capiat consili.
nam bene consultum inconsultum est, si id inimicis usuist,
neque potest quin, si id inimicis usuist, obsit tibi;

---

584 uni *A:* nunc *P* *hoc dicit: tantum mali merui quantum uni populo impio satis sit, cf. Poen. 226, Woelfflini arch. 9, 165, Palmerus Hermath. 20, 64* 585 *spurium esse vidit Ribbeckius* (*cf. Alazon 71*); *cf. 593 et 816 sq.* tamendem *A*, tamen deme, *sed* deme B^2 *in ras.*, *B; cf. ad Merc. 595* hinc AB^2*:* hic *P* 588 quin id *A*, quod in *CD*, quod•• B^1, quod ei B^2, *corr. Ribbeckius, cf. Madvigius adv. 2, 9* id adimatur *scil.* quod uidit, *quae verba ἀπὸ κοινοῦ posita sunt* 589 auris *P* 590 adhunc actum est *P* (*corr.* B^2), adhuc tum est *A* 591 festiua *AP, corr. Gulielmius* opera *P* praehibuit *A:* peribunt *P* 592 senatum *B:* sinuatum *CD*, senatu *A* rusum *A:* rursus *P; cf. 702. 773* *quoniam primo negotio perfecto nova deliberatione opus est, rursus se redire ait in senatum* 593. 594 *ita turbati in P, ut se excipiant* 594^a 593^b 593^a 594^b 593 est *om. P* autem foras *P* 595 mulṭaẹ sortiṭaẹ fiaṭ *A*, multi sortito fuam *P* (multis B^2, fortita *D*), *correxi. sortitio inter duos, qui omnem rem adhuc egerunt, quasi inter consules* 596 SERVVS SENEX ADVLESCENS *A*, PALESTRIO SERVVS PERIPLECTOMENVS SENEX PLEVSICLES ADOL. *BC*, PLEVSIDES ADO. PERI D^2 pleussicles *B*, pleusides *CD* 597 pṛiu[s p]ẹrspec[ta]re *A:* prius perspectari *D*, prius prospectare *B* (*cf. 609*), per prius spectari *C; cf. Most. 815 Cas. 755* sint *P* 598 uoliṃus *A* nunc *om. A* 599 nequi *A* nostri *A:* nostris CDB^2, nostra B^1 (*v. i. dittographiam*) captat *A* consili B^1*:* consilii *an* consiliis *incertum A*, consiliis CDB^2 *sequitur in P* (*non A*)*:* unde inimicus nequis nostra (nostra *om. CD*) spolia capiat auribus 600 est *om. P* id AB^1*:* sit B^2, fit *CD* ịnịmịcusuist *A*, inimicis usus *P* 601 quin ṣ[i i]d *A:* qui nisi *P* (quin nisi *B e corr.*) usui st *B:* su est *CD*, *A n. l.* tibi *Acidalius:* mihi *P, A. n. l.; cf. 604*

[nam bene ⟨consultum⟩ consilium surripitur saepissime,
si minus cúm cura aut cautella locus loquendi lectus est.]
quippe qui, si rescivere inimici consilium tuom,
tuopte tibi consilio occludunt linguam et constringunt manus,
atque eadem quae illis voluisti facere, illi faciunt tibi.
sed speculabor, ne quis aut hinc aut ab laeva aut dextera
nostro consilio venator adsit cum auritis plagis.
sterilis hinc prospectus usque ad ultumam est plateam probe.
evocabo. heus Periplectomene et Pleusicles, progredimini.

PERIPLECTOMENVS

Ecce nos tibi oboedientes. PAL. Facilest imperium in bonis.
sed volo scire: eodem consilio, quód intus meditati sumus,
gerimus rem? PER. Magis nón potest esse ad rem utibile. PAL. Immo *
quid tibi, Pleusicles?

PLEVSICLES

Quodne vóbis placeat, displiceat mihi?
quis homo sit magis meus quam tu es? PAL. Loquere lepide et commode.
PER. Pol ita decet hunc facere. PL. At hoc me facinus miserum macerat

---

602. 603 *dittographiam agnovit Weisius* 602 consultum *Bothius: om. AP* 603 aut cațęlla (u *supra*) locọs *A*, aut catalogos B^1, aut catalogo CDB^2 lect* est B^1, lectum est *CD* 604 quippe qui *Tyrrellius Hermath. 7, 7, Vssingius:* quippe hị *A*, quippe *P* si ṛẹsciụẹṛẹ *A*, scire siuere *P* tuum *A:* suum *P* 606 illi *om. P* 607 aut a[b l]aeua *A:* aut aleua *B*, a leua *CD* dextera *B:* [ạ] dextera *A*, adextra *CD* *in A fuisse posse* speculandum ne quis hinc *dicit Studemundus* 609 [ultima]ṃ ẹst plạṭea[m] *A:* ultumam (*eras. praeter* ltu B^1) plateamst *P* 610 [pleusicle]ṣ AB^2*:* plesicles B^1, pleusides *CD* 611 bo]nis *AP*, bonos *Acidalius* 612–680 *deest A* 613 ad rem non potest esse *CD* ut sibile B^1 PA. Immo *v. 614 incipit CD; sufficiat* optume (optumumst *nuper Schoellius*) 614 tibi: *intellegi* placet *responsum docet* pleusides *CD* quodne *cf. ad 508* 615 *suum proprio sensu servum dicit* (*cf. 1367*), *arguto lusu* meus *quasi dicat* ego; *quod genus ut in dialectis sic in genetivis* mei nostrorum *valet et in talibus:* noui tuom. *cf. Cic. pro Marc. 21* qui magis sunt tui quam quibus tu salutem reddidisti? tu es *ς:* uis *B*, us CD^1, tus D^2 PAL. *et sq.* PER. *nescio quis: om.* (PAL. *pro* PER. *D*) lepide mee commode *B* 616 ded** B^1 hanc PL. *ς:* PER *P* me *om.* B^1 miseram macera B^1 *intus consilium haberi vel incipi* (*cf. 592 sq.*) *et foris repeti vel continuari, in eo quidem non offendimus; sed nec praeparatio v. 598 sq. nec continuatio v. 765 sq. satis quadrat ad ea quae leguntur inde a v. 612. quibus tamen rem peractam esse ostendit senex obsonatum iturus 738. cf. F. Schmidtius in Fleckeiseni ann. suppl. 9, 338 sq. sed qui intercedunt versus 616ᵇ–764 neque exsolvi* (*cf. Ribbeckius ad v. 611*) *neque a Plauto aut ab exemplari attico abiudicari possunt*

meumque cor corpusque cruciat. PER. Quid id est quod cruciat? cedo.
PLEVS. Me tibi istúc aetatis homini facinora puerilia
obicere, neque te decora neque tuis virtutibus;
ea te expetere ex opibus summis mei honoris gratia
mihique amanti ire opitulatum atque ea te facere facinora,
quae istaec aetas fugere facta magis quam sectari solet:
eam pudet me tibi in senecta obicere sollicitudinem.
PAL. Novo modo tu homo amás, siquidem te quicquam quod faxis pudet;
nihil amas, umbra es amantis magis quam amator, Pleusicles.
PLEVS. Hancine aetatem exercere ⟨mei⟩ me amoris gratia?
PER. Quid ais tu? itane tibi ego videor oppido Acheruntícus?
tam capularis, tamine tibi diu videor vitam vivere?
nam équidem haud sum natus annos praeter quinquaginta et quattuor,
clare oculis video, pernix sum manibus, pedibus mobilis.
PAL. Si albicapillus hic, videtur neutiquam ab ingenio senex.
inest in hoc emussitata sua sibi ingenua indoles.
PLEVS. Pol id quidem éxperior ita esse ut praedicas, Palaestrio;
nam benignitas quidem huius oppido adulescentula est.
PER. Immo, hospes, magis cúm periclum facies, magis nosces meam
comitatem erga te amantem. PLEVS. Quid opus nota noscere?

---

617 *cf. 783* PER. ς: PLEVS. cruciant cedent (ent *eras.*) *B*, cruciat te *CD*, *corr. Camerarius* 618 PLEVS. ς: PER. 619 atque te B^1 620 ea te *CD*: aetate *B* ex *Bothius*: te ex; *cf. Merc. 111, ad v. 323* mihi, *corr. Pylades sententiae membra praemissis* me, te *et versu 623 conexa* (obicere *et* expetere *quasi de pecorum pabulis, cf. Curc. 531*) mei ⟨te⟩ *Bothius, ac possis*: et ea expetere ex opibus summis mei te honoris gratia 621 iret B^1 ea te: ate B^1 622 ista haec B^1 623 obiceret (obueccere *D*) sollicitudine B^1D 624 PAL. *B*: PER. *CD* taxis, *corr.* B^2 625 est B^1 amantum, *corr. Niemeyerus* pleusides *CD* 626 hacine *B* ⟨mei⟩ *Camerarius, Lindemannus* gratiam *B* 627 tu itane: totam *i. e.* tu? tam *Nonius 4* hac(h)eruntius *Nonius* 628 copularis B^1 tamine *CD*: tam me *B* uita, *corr. Camerarius* uidere B^1 629 aut B^1 annos natus *Camerarius; cf. 660. 721. 897, ad 507* 630 claris oculis uideor *B* pedibus *B*: sum pedes *CD*, *cf. ad 323* pedibus manibus *Guietus, cf. Servius ad Aen. 4, 180 Vergilium epitheta convertisse dicens* 631 albus capillus BD^2, albet capillus *Nonius 457* ab *Nonius*: ibi CDB^2, *om.* B^1 senes *Nonius* uidetur *ἀπὸ κοινοῦ, cf. ad Capt. 690* 632 emussitata *Nonius 9*: emusitata *codd.*, emeus sietas *Noni 457 codd. fere;* emussitata *testantur Paulus et Placidus* 633 PL. ς: PER. esset B^1 634 adolescentules B^1, adolescentule CDB^2, *correxi* 635 PER. *om.* hospis *B* periculum mea 636 comitante merce te (merced·· B^1, mearce te *D*), *corr. Camerarius* nostam scire B^1 *ante 637 talem sententiam intercidisse probabiliter coniecit Ritschelius*: nam ipsum amasse oportet, si amanti ire opitulatum uoles

PER. Vt apud ⟨te⟩ exemplum experiundi hábeas, ne quaeras foris;
nam nisi qui ipse amavit, aegre amantis ingenium inspicit:
et ego amoris aliquantum habeo umorisque etiam in corpore,
neque dum exarui ex amoenis rebus et voluptariis.
vel cavillator facetus vel conviva commodus
item eró, neque ego oblocutor sum alteri in convivio:
incommoditate abstinere me apud convivas commodo
commemini et meae orationis iustam partem persequi
et meam partem itidem tacere, quom aliena est oratio;
minime sputator, screator sum, itidem minime mucidus:
post Ephesi sum natus, non enim in Apulis; non sum Animulas.
PAL. O lepidum senem, in se si quas memorat virtutis habet,
atque equidem plane educatum in nutricatu Venerio.
PER. Plus dabo quam praedicabo ex me venustatis tibi.
neque ego úmquam alienum scortum subigito in convivio,
neque praeripio pulpamentum neque praevorto poculum,
neque per vinum umquam ex me exoritur discidium in convivio:
si quis ibi est odiosus, abeo domum, sermonem segrego;
Venerem, amorem amoenitatemque accubans exerceo.
PAL. Tu quidem edepol omnis moris ad venustatem + vacet;

---

637 te *om.* B^1CD experiundi *vindicavit Vssingius, cf. quae dixi ad Culicem p. 52* ne quaeras *Luchsius:* neiţas B^1, ne eas B^2, negis *CD* 638 nam ipsi quod ipse *B*, nam qui ipse *CD, corr. Gruterus* 639. 640 humorisque me etiam 641 amenis *B:* amoris *CD* 642 cauilator B^1 643 idem *Vssingius* ego *om. B* oblecutor CD^1, obliuiscor B^1 644 conuiuias B^1CD quomodo, *corr. Ritschelius* (commode ς) 645 commeminit *fort.* meam parem *CD* 646 taceret 647 minimis putatur scrahator muccidus *cf. Epid. 494* 648 *in marg. B* Animulas (*formatum ut Ravennas Fidenas*) *inter alia Scioppius:* in imula *cf. Paulus 25* Animula urbs paruarum opum fuit in Apulia; *schol. Verg. georg. 2, 134* tum in Apulis non sum natus, non sum animula (*ad δυσωδίαν oris referens*) noenum in Apulis, noenum Animulae (*sive, quod ratione caret,* Aminulae) *vulgo post Buechelerum et Ribbeckium; sed sic segregatur Animulanus ab Apulo, quod ut recte fiat et Verrius Flaccus in interpretando loco erraverit, non recte tamen cum gente componitur oppidulum cum hoc sermone cf. frg. inc. 61 G.* 649 *cf. 725* o lepidum semine (semi semne *CD*) si, *correxi* uirtutes *Scutarius:* ur tuis 650 eductum, *corr. Bentleius* 651 uenustas B^1 652 numquam *Merula* subigito min *CD*, sub digito meo B^1 conuiuium *CD* 653 pulmentum B^1 peruorto *CD* copulum, *corr.* B^2 654 mea in *om. B* 655 sibi odiosus est *B* habeo secreto B^1 656 amoram amonitatem quae accubas 657 tui *Camerarius probabiliter* uenustate uicet *CD;* ualent *Camerarius*, uigent *Ribbeckius*, tu — uocas *Vssingius; cogitari potest de adiectivo quale v. 660* lepidiorem, *puta* utiles

cedo tris mi hominis aurichalco contra cum istis moribus.
PLEVS. At quidem illúc aetatis qui sit non invenies alterum
lepidiorem ad omnís res nec qui amicus amico sit magis.
PER. Tute me ut fateare faciam esse adulescentem moribus,
ita apud omnis comparebo tibi res bene factis frequens.
opusne erit tibi advocato tristi, iracundo? ecce me;
opusne leni? leniorem dices quam mutum est mare,
liquidiusculusque ero quam ventus est favonius.
vel hilarissimum convivam hinc indidem expromam tibi,
vel primarium parasitum atque obsonatorem optumum;
tum ad saltandum non cinaedus malacus aequest atque ego.
PAL. Quid ad illas artis optassis, si optio eveniat tibi?
PLEVS. Huius pro méritis ut referri pariter possit gratia,
tibique, quibus nunc me esse experior summae sollicitudini.
at tibi tanto sumptui esse mihi molestumst. PER. Morus es.
nam in mala uxore atque inimico si quid sumas, sumptus est,
in bono hospite atque amico quaestus est quod sumitur
et quod in divinis rebus sumptumst, sapienti lucrumst.
deum virtute est te unde hospitio accipiam apud me comiter:

---

658 cedo tris *CD:* ceteris *B* hominibus B^1 auricalco *codd.*, orichalco *Serv. Aen. 12, 87* contramtum histis B^1CD 660 at nec magis quid amicus amicos sint magis, *corr. ς; cf. Merc. 385* 661 fatear et adulescente B^1CD 662 ad (ego ad *Ritschelius*) *Dousa* conparabo B^1 bona factis 663 opus nec B^1 tris furacundo 664 dicis, *cf. 843 Pseud. 360. 1323 Trin. 606 Most. 559, ad Bacch. 41* quantum e amare *B*, tutum *in marg.* B^2 665 liquidiusculusque *Nonius 334* (-uscultusque *Lugd. et Guelf.*)*:* liquidius cuiusque fabonius *Nonius*, faonius CD^1, facinus *B* 666 *mire ad convivia rursum redit, neque tamen satis post v. 662 virtutum exprompsit, cf. Ribbeckius et Lorenzius* hilarissimus *CD* conuiuium hinc indidam 667 obsotorem B^1, obsonat oram *CD* 668 at *CD* saltandum *Nonius 5:* salutandum malacus aeque est (atque ego *add. Pithoeus*) *Nonius:* maiacus equestant (egestant B^1, ęque stat *in mg.* B^2) que ego 669 qui *B* at tillas *CD*, *unde* attollas B^1 optissi, *corr. Camerarius* (optassi B^2) optio *notione insolita positum* (*cf. Langenus stud. Pl. 326 sq.*) *propter lusum verborum, item Cas. 190* 670 huic *Guietus* referet, *corr.* B^2 671 esset experio, *corr.* B^2 sollicitudine *ante corr. CD* 672 PER. *praemittunt, ante* morus *spat. vac. relinquentes* sumptu B^1 molestum st *B:* molestus *CD* est 673 quit *CD* sumat, *corr. Camerarius* 674 quaetus 675 sumptumst *Ritschelius:* sumas sumptu (sumptus B^2); sumas *Camerarius* lucrost, *correxi* *versum del. Ribbeckius* 676 te unde *Hauptius:* eundem *Nonius 415*, tasenunde *codd.* accipiem (-am *Nonius*) me commitas *B*, me est comitas *CD* (*quod servatum obtundit magis quam acuit sententiam*), *corr. Ritschelius*

es, bibe, animo obsequere mecum atque onera te hilaritudine.
liberae sunt aedis, liber sum autem ego: mei volo vivere.
nam mihi, deum virtute dicam, propter divitias meas
licuit uxorem dotatam genere summo ducere;
sed nolo mi oblatratricem in aedis intro mittere.
PAL. Cur non vis? nam procreare liberos lepidumst onus.
PER. Hercle vero liberum esse tete, id multo lepidiust.
PAL. Tu homo et alteri sapienter potis es consulere et tibi.
PER. Nam bona uxor suave ductust, si sit usquam gentium
ubi ea possit inveniri; verum egone eam ducam domum,
quae mihi numquam hoc dicat 'eme, mi vir, lanam, unde tibi pallium
malacum et calidum conficiatur tunicaeque hibernae bonae,
ne algeas hac hieme' (hoc numquam verbum ex uxore audias),
verum prius quam galli cantent quae me e somno suscitet,
dicat 'da, mi vir, kalendis meam qui matrem munerem,
da qui faciam + condiat, dá quod dem quinquatribus
praecantrici, coniectrici, hariolae atque haruspicae;
flagitiumst, si nil mittetur quae supercilio spicit;
tum plicatricem clementer non potest quin munerem;

---

677 est bibe *CDB²*: bono *B¹*, siue *Noni codd. 120* onerata h. *B¹* hilaritudine *Nonius s. v.*: hilaritus me *CD*, hilarissime *B* 678 met, *correxi; cf. Most. 194, Lachmannus Lucreti p. 246* uuolo *CD*, uo uolo *B¹* libere *B¹CD*, bibere *in mg. B²*, *corr. Hauptius* *cf. Ter. Ad. 865, Lucr. 5, 961, Hor. ep. 1, 18, 107, Sen. de brev. vit. 4, 2* 679 uirtutem *CD* 680 sumo *CD* 681 *accedit A* oblatraticem *P* introducere *A* (*cf. 680*) 682 qur *ACD* lepidum est opus *A*, lepidus sonus *P; cf. Truc. 470* 683 tẹtẹ (*probabilius quam* ten) *A*: *om. P* id *AB²*: it *C et ex corr. D*, ut *B¹ et ante corr. D* lepidius est *A*, est lepidius *P* 684 es cons]uler[e *AB²*: est consulere (-et *B¹*) *P* 685 ṣuauẹ ḍuç[tu]st sị sịṭ usquam *A*: sua deductust situs quam *CD*, sua deducta est quam *B¹*, su deducta sit usquam *B²*; suaue *i. e.* suauis 686 PER. *praem. P* possi *CD*, possim *B* 687 ianam *A*, tanam (*eras. B*) *P*, *corr. ς* u]nde [ti]ḅị *AP;* tibi *om. Bothius*, mihi *om. Baierus de Pl. fab. rec. 61; cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 74 sq.* 688 malamcum *P* hibernae *A*: **ibernae *B*, mihi bernae *CD* 690 e *om. P* 691 da [mi] *A*: da (dat *CD*) mihi *P* calendis *P*, *A. n. l.* munerem *A*: uenerit *P* (iuuerit *B²*) 692 facia — *A*, faciat *P*, *corr. Ritschelius* condi atdan *CD*, condiat da *B²*, conclamando *B¹*, — ọṇ — *A; expectamus inter Kalendas et quinquatrus diem festum, velut* Nonis cenam, *scil. Caprotinis, sive* genio natae dem *AB²*: det *P* 693 praec[antr]ici *A*: preccatrici *B¹*, precat atrici *CD* (precatrici *B²*, praecantatrici *ς*) conlectrici *P*, cọçṭ[ri]çị *A*, *corr. Camerarius* ḥariolae *et* haruspi[ca]e *A*: ariolae *et* aruspicae *P* 694 flagitium est si *CDB²*, *Festus 330*: flagitium si *B¹*, flagitiumsṭ *A* superclio *Festus, qui testatur* spicit; *res obscura* 695 plicat — *A* (*supplevit Studemundus*), patricam *P* poṭẹst quin munere[m *A*: pota est (potest esse *B¹*, potest *B²*) hinc quam (quin *B²*) munerem *P*

iam pridem, quia nihil abstulerit, suscenset ceriaria;
tum opstetrix expostulavit mecum, parum missum sibi;
quid? nutrici non missuru's quicquam, quae vernas alit?'
haec atque horum similia alia damna multa mulierum
me uxore prohibent, mihi quae huius similes sermones serat.
PAL. Di tibi propitii sunt, nam hercle si istam semel amiseris
libertatem, haud facile in eundem rusum restitues locum.
PLEVS. At illa laus est, magno in genere et in divitiis maxumis
liberos hominem educare, generi monumentum et sibi.
PER. Quando habeo multos cognatos, quid opus est mihi liberis?
nunc bene vivo et fortunate atque ut volo atque animo ut lubet.
mea bona in morté cognatis didam, inter eos partiam.
[ei apud me aderunt, me curabunt, visent quid agam, ecquid velim.]
prius quam lucet adsunt, rogitant noctu ut somnum ceperim.
[eos pro liberis habebo, qui mihi mittunt munera.]
sacrificant: dant inde partem mihi maiorem quam sibi,
abducunt ad exta; me ad se ad prandium, ad cenam vocant;
ille misérrumum se retur, minimum qui misit mihi.
illi inter se certant donis, egomet mecum mussito:
bona mea inhiant, me certatim nutricant et munerant.
PAL. Nimis bona ratione nimiumque ad te ⟨te⟩ et tuam vitam habes:

---

696 ceriaria *A:* ceraria *P; cf. Aul. 510, Epid. 233, sed nec de veritate lectionis nec de interpretatione constat* 697 opsetrix *A*, obstrex B^1CD 698 quid *A:* quii *P* 699 horum *Ritschelius:* huius *AP* 700 prohibenti *P* similes sermones serant *A*, similis (-le *B*) sermoniserant *P, corr. Lambinus* 701 propiti *A* sunt *om. A* nam hercle *A:* hercle nam *P; fort.* nam si hercle (*Muellerus*) ista *P* 702 haud AB^2*:* aut *P* in *A:* in te *P* rursum *B* restituis locum *A*, restitues uocum (uccum B^1, iocum B^2) *P* 703 maximis *A*, masumis *P* 704 homines *A* educaret *P* monimentum *A* 705 est *Goetzius post Ritschelium:* fit *P, om. A* liberis *om. A* 706 PE. *praem. CD* et AB^2*:* ei *P* fortunato *P; cf. Epid. 243* atquam animo ut lubet (libaet *CD*) *P*, atque ut animo ut uolet *A* 707 in *Lindemannus:* mea *AP; cf. Men. 411, Cic. pro Caec. 10 (ad v. 323)* cognatim *CD*, cognati• *B* diḍam *A:* dicam *P* partim *P* 708 hi AB^2, li *CD*, licet B^1, *corr. Buechelerus* ederunt *P* uisant *CD*, uisam *B* ecquid *ς:* hic quid *P*, quid *A* uelint *B*, uelit CD^1 709 so]mnum *A:* somnium *P* caeperiam *P* 710 *ut s. A:* habeo quam mittunt *P* *v. 708 (del. Brixius) et 710 (del. Guietus) loco versuum 709–715 facti* 711 dant AB^2*:* dent *CD*, dus B^1 malorem *A* 712 at *P* se ad AB^2*:* se *P* uocant AB^2*:* uocat *P* 714 ego et mucum (mecum B^2) musito *P* 715 me *om. P* nutricunt et munera *P* 716 PA. *non huic sed sq. versui praem. P* ad te et tuam uitam ḥabes *A*, atte (ate B^1, ad te B^2) et tua multam (multa *B*) uides *P*, *ubi* uides (*cf. Ter. Phorm. 189*) *non sufficit sententiae; supplevi ad exemplum Petroni 38* liberti scelerati qui omnia ad se fecerunt (*similiter*

et tibi sunt gemini et trigemini, si te bene habes, filii.
Per. Pol si habuissem, satis cepissem miseriarum e liberis:
continuo excruciarer animi: si ei forte fuisset febris,
censerem emori; cecidissetve ebrius aut de equo uspiam,
metuerem ne ibi diffregisset crura aut cervices sibi.
Pal. Huic homini dignum est divitias esse et diu vitam dari,
qui et rem servat et se bene habet suisque amicis usui est.
Plevs. O lepidum caput. ita me di deaeque ament, aequom fuit
deos paravisse, uno exemplo ne omnes vitam viverent;
sicut merci pretium statuit qui est probus agoranomus:
quae probast mers, pretium ei statuit, pro virtute ut veneat,
quae improbast, pro mercis vitio dominum pretio pauperat,
itidem divos dispertisse vitam humanam aequom fuit:
qui lepide ingeniatus esset, vitam ei longinquam darent,
qui improbi essent et scelesti, is adimerent animam cito.
si hoc paravissent, et homines essent minus multi mali
et minus audacter scelesta facerent facta, et postea,
qui homines probi essent, esset is annona vilior.
Per. Qui deorum consilia culpet, stultus inscitusque sit,

Schoellius in praef. Goetzii p. 23), cf. 717. 724. apte ς *Vssingius verbo non Plautino* 717 triticemini (tricemini *B*[2]) *P* habeṭ filiạ *A* 718 per. *om. P, praem. v. 721* habuisset satis cepisse *P* e *om. P* 719. 720 *om. P* *cf. Ter. Ad. 35 sq.;* continuo *raro exemplo significat continenter, cf. Serv. georg. 1, 60* *de numero cf. ad Asin. 66* si ei: ·stet 721 cecidissetne *AP, corr. Ritschelius* ebrius aut *sic AP* dequo suspiam (suscipiam *B*) *P* 722 defregisset *AB*[2]*:* defrigisset *P, corr. Ribbeckius* aut *A:* ad *P* 723 pa. *ς: om. P* esse et *AB*[2]*:* esset *P* dare *P* 724 se *A:* qui *P* usui est *A:* uult *CB*[2], uule *D, om. B*[1] 725 pa. *D*[1] me di deaeque ament *AB*[2]*:* medietaque (media eaque *C,* media eaeque *D*) amet *P* 726 parauisset *P* ụnọ uno, *priore* uno *ut vid. antiquitus eraso A* omnis *P* 727 *sq.* sicuti *P, cf. Lachmannus ad Lucr. 2, 536* qui est probus agoranomus / quae probast mers pretium ei statuit *om. P;* mers pretium ei statuit pro uirtute ut ueneat / quae improbast *om. A; defectum sarcit Nonius 415 s.* uirtus *adferens* quae inproba est mers pretium eis statuis pro uirtute ut neuiant. *rem expedivit Klotzius suorum annal. 64 (1852) 202, cf. Spengelius T. Macc. Pl. 37 sq.* 728 ueniat *P* (neuiant *Nonius, om. A*) 729 *Nonius 157* (*s.* pauperat) *ut P* inprobast *Nonius:* inproba si *P* (*om. A*) pauperat *Nonius:* pauperet *A,* pauper erit *P* 730 disperdisset *P* aequm *A* 731 ingenuatus *P* ei *om. P* longinguam *A* 732 essent et scelesti is *A:* est (•stet *B*) scaelẹs hisus *P* (et scaelesti his *B*[2]) adhimerant (-ent *B*[2]) *P* animum *A* 733 parauisset (-ent *B*[2]) hominis esset *P* 734 faceret *P* 735 hominis *P* iis *A* 736 concilia culpe *P* insictusque *P*

quique eos vituperet. nunc istis rebus desisti decet.
nunc volo opsonare, ut, hospes, tua te ex virtute et mea
meae domi accipiam benigne, lepide et lepidis victibus.
PLEVS. Nihil me paenitet iam quanto sumptui fuerim tibi;
nam hospes nullus tám in amici hospitium devorti potest,
quin, ubi triduom continuom fuerit, iam odiosus siet;
verum ubi dies decem continuos sit, east odiorum Ilias:
tam etsi dominus non invitus patitur, servi murmurant.
PER. Serviendae servituti ego servos instruxi mihi,
hospes, non qui mi imperarent quibusve ego essem obnoxius:
si illis aegrest mihi quod volup est, meo remigio rem gero,
tamen id quod odiost faciundumst cum malo atque ingratiis.
nunc, quod occepi, opsonatum pergam. PLEVS. Si certumst tibi,
commodulum obsona, ne magno sumptu: mihi quidvis sat est.
PER. Quin tu istanc orationem hinc veterem atque antiquam amoves?
[nam] proletario sermone nunc quidem, hospes, utere;
nam ei solent, quando accubuere, ubi cena adpositast, dicere:
'quid opus fuit hoc, ⟨hospes⟩, sumptu tanto nostra gratia?
insanivisti hercle, nám idem hoc hominibus sat erat decem.'
quod eorum causa obsonatumst culpant et comedunt tamen.
PAL. Fit pol illud ad illud exemplum. ut docte et perspecte sapit.

---

737 quidque *P* uṭụpẹṛet (uitipeṛet *t. Loewio*) *A* nunc *A:* nunciam *B,* nuntiam *CD; cf. Capt. 266* isti *P* 738 opsonare ut *A:* obsonare uelut *B,* obsonoraetlut *CD* tua te *A:* tuam te *CD* tua *B* 739 domi B^2 *et fortasse A:* doṇị *A,* demi *P* 740 quantum sumptum *A,* quanto sumptum *P, corr.* B^2 (sumptu), *Camerarius* tibi *P:* ihibi *A* 741 hospes nullus *A:* hospis nullus *D,* hoc pis nullus *C,* hoc pusillus *B* in amici *A:* inimici *P* deuorti *CD:* diuorti *B,* deuerti (*sed* t *sup. scr.*) *A* 742 sit *P* 743 sit eạ est odiorum ilias *A:* ite astodorum illas *P; cf. com. frg. adesp. 753 K.* 744 inuitus partitur *A,* uitus (uitiis *B*) sit patitur *P* murmurat *P* 745 seruienti seruitute *P* introuxi *C,* introduxi *BD* 746 inpararent quibus ego *P* essem *A:* aessae *CD, om. B* 747 si illis aegre est mihi ịḍ quod uolup est meo remigio rem gerunt *A,* si illius egressi mihi incit (inicit *B*, meit *D*, *om.* ς) quod uolupis me horem remigio rem gero *P;* meo — gero *διὰ μέσου posita* 748 odiosṭ *A:* odiose *P et fort. A* faciendumst *A* malum *P* atquem *CD, om. B* ingratis *P* 749 certus *P* 750—788 *deest A* 750 commodolum *D,* cum modolum *C* nemo agnum sumptum (suptu *C*, subtu *D*) sata est, *cf. 755* 751 quin ς: quan uerem 752 [nam] *Bentleius* ploletario *B* hospis 753 ii *CD,* hi *B* accubueret 754 ⟨hospes⟩ *Camerarius* tanta *B* 755 sata erant 756 obsonatu (-ante *D*) si culpante et *versum fort. recte Goetzius positum putat pro v. 757—764* 757 i. at i. *B,* illut at illut *D,* illut *C,* illuc ad illuc *Bothius* perspecie (-tie *D*) *CD,* perspeciem *B*

PER. Sed eidem homines numquam dicunt, quamquam adpositumst ampliter:
'iube illud demi; tolle hanc patinam; remove pernam, nil moror;
aufer illam offam porcinam, probus hic conger frigidus,
remove, abi aufer' neminem eorum haec adseverare audias,
sed procellunt se et procumbunt dimidiati, dum appetunt.
PAL. Bonus bene ut malos descripsit mores. PER. Haud centesimam
partem dixi atque, otium rei si sit, possum expromere.
PAL. Igitur id quod agitur, + hic primum praeverti decet.
nunc hoc animum advortite ambo. mihi opus est opera tua,
Periplectomene; nám ego inveni lepidam sycophantiam,
qui admutiletur miles usque caesariatus atque uti
huic amanti ac Philocomasio hanc ecficiamus copiam,
ut hic eam abducat habeatque. PER. Dari istanc rationem volo.
PAL. At ego mi anulum dari istunc tuom volo. PER. Quam ad rem usui est?
PAL. Quando habebo, igitur rationem mearum fabricarum dabo.
PER. Vtere, accipe. PAL. Accipe a me rusum rationem doli,
quam institui. PLEVS. Perpurigatis damus tibi ambo operam auribus.
PAL. Erus meus ita magnus moechus mulierum est, ut neminem
füisse aeque neque futurum credo. PLEVS. Credo ego istuc idem.
PAL. Isque Alexandri praestare praedicat formae suam,
itaque omnis se ultro sectari in Epheso memorat mulieres.
PER. Edepol qui te de isto multi cupiunt + non mentirier,
sed ego ita esse ut dicis teneo pulchre. proin, Palaestrio,
quam potis tam verba confer maxime ad compendium.
PAL. Ecquam tu potes reperire forma lepida mulierem,

---

758 idem hominis umquam *B* atpositumst *CD*, appositum *B* 759 denui tolli *B* perdam *B* 760 portinam *CD* hinc concer 761 aufert *CD* nemine *B* hac atseuerare *CD* 762 *post v. 777 repetitur talis:* sed procumbunt in mensam dimidiati petunt *cf. Anaxippus com. frg. 3, 6 (p. 299 K.)* 763 descipsit *CD*, decepsit *B* centesima 764 reis istit *CD*, resistit *B*, *corr. Pylades* (rei *vel* re) 765 hic*:* huic *Scaliger*, ei rei *Seyffertus* 766 huc *B* 767 lepidem, *corr. Camerarius* 768 atmutiletur usque *Camerarius:* que 769 philocomasium, *corr. Camerarius* et fitiamus *C*, efficiamus *B* 770 abducit dare 771 quam ad rem *Camerarius:* quamatre 772 earum 773 PAL. *ς:* PLE. rusum *D:* rufum *C*, rursum *B* 774 institi *Fleckeisenus* perpurgatis ambo damus tibi, *corr. Fleckeisenus* 775 PAL. *om.* moeccus *CD*, cecus *B* 776 fuisset atque credo *sq. iniuria seni tribuuntur (contra codices), qui quae scit v. 780 dicit; Pleusicles credit illud expertus ipse* istunc 777 isque *L.*: itaque *codd.*, atque is *Ritschelius* formam *BD*, forma *C*, *corr. Guietus* 778 omni 779 PER. *om.* nunc *Acidalius* mentier *B*, metier *CD* 780 palesirio 782 PL. *B* et quam (quan *D*) tu potis

cui facetiarum cor pectusque sit plenum et doli?
PER. Ingenuamne an libertinam? PAL. Aequi istuc facio, dum modo
eam des quae sit quaestuosa, quaé alat corpus corpore,
cuique sapiat pectus; nam cor non potest, quod nulla habet.
PER. Lautam vis an quae nondum sit lauta? PAL. Sic consucidam,
quam lepidissimam potis quamque adulescentem maxume.
PER. Habeo eccillam meam clientam, meretricem adulescentulam.
sed quid ea usus est? PAL. Vt ad te eam iam deducas domum
itaque eam huc ornatam adducas, ex matronarum modo,
capite compto, crinis vittasque habeat, adsimuletque se
tuam esse uxorem: ita praecipiundum est. PLEVS. Erro quam insistas viam.
PAL. At scietis. séd ecquae ancillast illi? PER. Est prime cata.
PAL. Ea quoque opus est. ita praecipito mulieri atque ancillulae,
ut simulet se tuam esse uxorem et deperire hunc militem,
quasique hunc anulum faveae suae dederit, ea porro mihi,
militi ut darem, quasique ego ⟨ei⟩ rei sim interpres. PER. Audio;
ne me surdum esse arbitrare, si audes. ego recte meis
auribus utor * PAL. *
ei dabo, ⟨aps⟩ tua mi uxore dicam delatum et datum,
ut sese ad eum conciliarem; ille eiusmodi est: cupiet miser,

---

783 cor pectusque *Dziatzko:* corpusque (cor corpusque *Camerarius ut 617, sed cf. 786*) 784 ingenuumne hanc libertinam. PA. atque istuc (-nc *D*) faciomdum (faciundum *B*) modo, *corr.* ς, *Lambinus* (*'nostri libri veteres'*) 786 iam 787 PER. *om. B* am *B* lautam 788 quamquem *CD*, quamquam *B* 789—791 *habet A in mg. superiore manu diversa sed coaeva ascriptos* 789 PER. *om. B* eccillam clientam meam meretricem *A*, hec illam meam dientame letricem (dicenta meletricem *D*, clientem electricem *B*) *P* 790 quid ea usus *A:* quite ausus *CD*, te quid ausus *B* ut *P:* aut *A sine spatio personae, qua de re v. Studemundi apogr. praef. XXIX* 791 ex *om. P* 792—804 *versuum initia leguntur A* 792 at simul etque (eque *B*) 793 ṭụ[a]ṃ *A:* tam *P* [esse u]x̣ọṛ[em *ACD:* uxorem esse *B* itta (*altera* t *sup. scr. C, expuncta D*) praecipiendum *CD* erro *oppositum insistendi verbo* 794 sed haecqua *A*, set (sed *D*) haecque *P, cf. Seyffertus Berl. phil. wochenschr. 1887, 44* primicata, *corr. Salmasius* 795 praecipio, *corr. Saracenus* 796 perire *B* huc *CD* 797 hunc ς*:* hoc *AB*, huc *CD; cf. 931* faueae suae *Scaliger:* famęsę ancille *CD*, famose ancille *B; incisio qualis v. 787* 798 ⟨ei⟩ *Ritschelius* sum interpes *B* 799 nẹ ṃe ṣ[ur]ḍ — *A*, ne me surdum ueruerat uit (uerberauit *B*) si audis *P*, ne me surdum esse arbitreris sodes *Seyffertus* meas *Seyffertus; v. ad v. sq.* 799a *om. P; in A legitur* auṛis uṭ —, *quarum litterarum quintam non videri* b *fuisse Studemundus adnotat; sed cf. 336. 1308 Epid. 5 (Langenus stud. Pl. 388 et in Woefflini arch. 3, 329 sq.)* 800 ⟨ei⟩ dabo *A* (*suppl. Ribbeckius*)*:* dabo *P* ⟨a⟩ *Camerarius* uxorem 801 sese ad *A:* sese at (aut *C*) eum *CD*, sedeat mecum *B* conciliare *CD*

qui nisi adulterio studiosus rei nulli aliaest improbus.
PER. Non potuit reperire, si ipsi Soli quaerendas dares,
lepidiores duas ad hanc rem quám ego. hábe animum bonum.
PAL. Ergo adcura, sed propere opus est. nunc tu ausculta, Pleusicles.
PLEVS. Tibi sum oboediens. PAL. Hoc facito, miles domum ubi advenerit,
memineris ne Philocomasium nomines. PLEVS. Quem nominem?
PA. Diceam. PL. Nempe eandem quae dudum constitutast. PA. Pax, abi.
PLEVS. Meminero. sed quid meminisse id refert, ⟨rogo⟩ ego te tamen.
PAL. Ego enim dicam tum quando usus poscet; interea tace,
ut nunc etiam hic agat ac tu tum partis defendas tuas.
PLEVS. Ego eo intro igitur. — PAL. Et praecepta sobrie ut cures face.

quantas res turbo, quantas moveo machinas. III 2
eripiam ego hodie concubinam militi,
si centuriati bene sunt maniplares mei.
sed illúm vocabo. heus Sceledre, nisi negotiumst,
progredere ante aedis, te vocat Palaestrio.

LVCRIO

Non operaest Sceledro. PAL. Quid iam? LVC. Sorbet dormiens.
PAL. Quid, sórbet? LVC. Illud, stertit, volui dicere.
sed quia consimile est, quom stertas, quasi sorbeas —
PAL. Eho an dórmit Sceledrus intus? LVC. Non naso quidem,

---

802 alia est *versus additicius videtur* 803 potui *P, paulo maius post* p]o *spatium A, corr. Pylades* reperiri *B* 804 lepidioris *P, A. n. l.* at hanc aeram *B* ego ⟨dabo⟩ *Luchsius* habe: ab *B* 805—818 *pauca in versuum finibus leguntur A* 805 set properam opus est *B*, properas opust *CD, corr. Brixius* pleu]sicles *AB:* mi pleusides *CD* 806 hoc (huc *B*) facito (facto *CD*) PA. miles, *pers. corr. Palmerius* 807 que[m *AB:* quam *CD* 808 *v. ad v. 436 sq.* abis, *corr. Camerarius* (-bes *A t. St.*) 806—808 *non faciunt ad sequentem fabulae partem, cf. Schmidtius p. 363 sq.* 809 quid *B:* qui *CD* ⟨rogo⟩ *Brixius post Hauptium* 810 poscit qua[m tace *A* 811 nunc *B:* cum *CD* agit, *correxi (cf. 770. 852 Rud. 592); in A aliquid quale* ita *scriptum fuisse Studemundus dicit* actutum *habet etiam A cf. Herm. 18, 579; v. 1175 sq.* 812 ego eo *ς:* ego ego ei *Gulielmius* adcures *Ritschelius* 813 Palestrio Lucrio, *deinde* PALESTRIO SERVVS LVCRIO PVER *B*, PALESTRIO LVCHRIO PVER *D. puer Λοχρίων nominari videtur (v. 843), cf. Λοχρίς Pers. 624 sq. (notat fere* LV *B*, P *i. e. puer CD)* 815 manipulares (-is *B*) 816 heius *B* negotium *P, corr. Ritschelius* (-tium[st] *A*) 817 uoca *B*, uoco *CD, corr. ς, cf. Brixius Fleckeiseni ann. 101, 770* 818. opera est *CD*, opere est *B* d[or]miens *ACD:* dormes *B* 819 sterterit *CD*, steterit *B* 820—839 *initia fere versuum leguntur A* 820 quod, *corr. Acidalius* stercas *BD* 821 eo *B* nonaso *B*

nam eo mágnum clamat. tetigit calicem clanculum,
dum misit nardum in amphoram, cellarius.
PAL. Eho tu sceleste, qui illi suppromu's, eho —
LVC. Quid vis? PAL. Qui lubitum est illi condormiscere?
LVC. Oculis opinor. PAL. Non te istuc rogito, scelus.
procede huc. periisti iam, nisi verum scio.
prompsisti tu illi vinum? LVC. Non prompsi. PAL. Negas?
LVC. Nego hercle vero, nam ille me vetuit dicere;
neque equidem heminas octo exprompsi in urceum
neque illic calidum éxbibit in prandium.
PAL. Neque tu bibisti? LVC. Di me perdant, si bibi,
si bibere potui. PAL. Quid iam? LVC. Quia enim obsorbui;
nam nimis calebat, amburebat gutturem.
PAL. Alii ebrii sunt, alii poscam potitant.
bono subpromo et promo cellam creditam.
LVCR. Tu hércle idem fáceres, si tibi esset credita:
quoniam aemulari non licet, nunc invides.
PAL. Eho an umquam prompsit antehac? responde, scelus.
atque ut tu scire possis, ⟨ego⟩ dico tibi:
si falsa dices, Lucrio, excruciabere.
LVCR. Ita vero? ut tu ipse me dixisse delices,
post ⟨e⟩ sagina ego eiciar cellaria,

---

823 domi sitam ardimi nam amphoram *CD*, dormis ita arcliminam phoram *B* (pr— *A?*), *corr. Vssingius* (nardini *ς*) cellararius *CD* 824. 825 eoh *B*, *A n. l.* seho *B*; L. eho *Ribbeckius* 826 qui *Beroaldus:* q[ui]d *AP* 827 istic *B* 828 LV *praem. P* 829 PA. *praem. B* 830 me uetuit *CD:* metuit *B* 831 feminas 832 illic *Bothius:* ille hic calidas *Niemeyerus stud. Plaut. 9*, *sed* calidum *quaesitius* exuiuit *BD*, exiuit *C* *coniunge* calidum in prandium 833 bi]bi[sti *AB:* biuisti *CD* biui *CD*, bini *B*[1] 834 si bere *CD* potuisti *commentator Lucani 4, 100* Plautus 'quid enim absorbui' *verbum testatus* 835 calebat adurebat *Nonius 207*, c]ale[b — *A*, caleuit (caluit *B*) ambureuat *P* 836 PAL. *om.* ebri *ACD* alia postcam *D*, potest cam *C*, postquam *B*, *corr. Lambinus* potaitam *CD*, potatam *B*, *corr. Lipsius* 837 suppr[omo et prom]o *A:* subpremo et promo *B*, subpromo *CD* *v. 836 post 837 cum Acidalio ponit Ribbeckius et 837 Palaestrioni, 836 Lucrioni tribuit* 838 L. *om.* idem *ς:* id — *A*, diem *P*; itidem *Bergkius* sit 841 P. *om.* prompsit *A:* promsit *D*, promisit *BC* 842 possis *P*, *A n. l.*, possies *Ribbeckius, cf. Bacch. 762*; ⟨ego⟩ *Pylades* 843 palsa *P*, *A n. l.* dicis, *corr. Ritschelius* Lucrio *Gronovius:* uotio *BC*, uocio *D*; *cf. Hauptius op. 3, 457* (*et 2, 138*), *hiatus facile removendus* excruciaberet 844–854 *extremi fere versus leguntur A* 844 itan uero *Ritschelius*, *quae solet quinquisyllaba esse interrogatio* 845 ⟨e⟩ *Ritschelius* eicia

ut tibi, si promptes, alium subpromum pares.
PAL. Non edepol faciam. age eloquere audacter mihi.
LVCR. Numquam edepol vidi promere. verum hoc erat:
mihi imperabat, ego promebam postea.
PAL. Hoc illi crebro capite sistebant cadi.
LVCR. Non hercle tam istoc valide cassabant cadi;
sed in célla erat paulum nimis lóculi lubrici,
ibi erat bilibris aula sic propter cados,
ea saepe deciens complebatur: vidi eam
plenam atque inanem fieri, plenam maxume;
ubi bacchabatur aula, cassabant cadi.
PAL. Abi, abi intro iam. vos in cella vinaria
bacchanal facitis. iam hercle ego erum ádducam a foro.
LVCR. Perii, excruciabit mé erus, domum si venerit,
quom haec facta scibit, quia sibi non dixerim.
fugiam hercle aliquo atque hoc in diem extollam malum.
ne dixeritis, obsecro, huic, vostram fidem.
PAL. Quo té agis? LVCR. Missus sum aliquo: iam huc revenero.
PAL. Quis misit? LVCR. Philocomasium. PAL. Abi, actutum redi.
LVCR. Quaeso tamen tu meam partem, infortunium
si dividetur, me absente accipito tamen. —

---

846 promtis *B*, proptis *CD; i. e. si promus sis* su]bpromum *A:* subpromis (supr. *C*) *P* paris *P et fort. A* 847 aget 848 p]ro[mer]e *AP, cf. 1316, ad Asin. 250* 849 inperauat *CD*¹, imperauit *B* 850 hic, *corr. Brixius* illecebro *B*, illi celebro *CD, corr. Lindemannus* si]stebant *A:* sistebat *B*, sistebas *CD* 851 *om. A* cassauat *CD*, cessauit *B*, *corr. Pylades* 852 erit paulum erat *Brixius; cf. Bacch. 220 Pers. 456 al.* 853 uilibris auilis hic, *corr. Ritschelius* (bil. ς) 854 deiciens *B* compleuatur (-etiatur *D*, -etur *B*) *fort.* complebatur, deciens uidi eam | plenam *L.:* die | ea plenam *P*, — | i— (ea — *t. Loewio*) *A;* in die *Ritschelius cum Scaligero, deleto versu sequenti* 855 -nem [fi]er[i *etiam A* plena maxuma *P*, ope]ra ma[xi]m — *A* *quod posui non plane sufficit; mea coniectura est, transpositis in finem primis vocabulis pristinam hanc versus formam obscuratam esse* plenam ex inani, ex plena inanem fieri 856 [bacchabatur a]ull[a ca]s[sa]bant *A:* baccabatur auia cassabat *P* 857 abi [abi] *A*, abi abl *CD*, abi *B* 858 illum adducam a foro *A*, erum adducata (-cta *B*) fore *P* 859 *sq. cf. 582 sq., F. Schmidtius p. 380* 859 excruciauit *P*, *A n. l.* 860 quom *CD:* cum *A*, quomodo *B* sciuit *P*, *A n. l.* dixerim *A:* dixerit *P* 861—994 *deest A* 861 die, *corr. Camerarius* extollat 862 ne huic *Kellerhofius* uostra 863 quo te agis *testatur Isidorus orig. 9, 3, 64 aut de hoc loco aut de Poen. 333* (*Lindemannus*)*:* quot (quod *B*) tu agis alio, *corr. Hauptius* ian *CD* 865 infortinum, *corr. Sverdsioeus, Spengelius* 866 si id uidetur *B*

PAL. Modo intellexi quam rem mulier gesserit:
quia Sceledrus dormit, hunc subcustodem suom
foras áblegavit, dum ab se huc transiret. placet.
sed Periplectomenus quam ei mandavi mulierem
nimis lépida forma ducit. di hercle hanc rem adiuvant.
quam digne ornata incedit, haud meretricie.
lepide hoc succedit sub manus negotium.

PERIPLECTOMENVS III 3

Rem omném tibi, Acroteleútium, tibique úna, Milphidíppa,
domi démonstravi in ordine. hanc fabricam fallaciasque
minus sí tenetis, denuo volo percipiatis plane;
satis si íntellegitis, aliud èst quod potius fabulemur.

ACROTELEVTIVM

Stultitia atque insipientia mea istaec sit, ⟨mi patrone,⟩
me ire in opus alienum aut ibi meam operam pollicitari,
si ea in ópificina nesciam aut mala esse aut fraudulenta.
PER. At melius est monerier. ACR. Meretricem commoneri,
quam sane magni referat, nihil clam est. quin egomet ultro,
postquam adbibere auris meae tuae oram orationis,
tibi dixi, miles quem ad modum potis sit deasciari.
PER. At nemo solus satis sapit. nam ego multos saepe vidi
regionem fugere consili prius quam repertam haberent.
ACR. Si quid faciendum est mulieri male atque malitiose,
ea síbi immortalis memoriast meminisse et sempiterna;
sin bene quid aut fideliter faciundum eisdem veniat,

---

867 qua *CD* 868 huc 869 foris, *corr. Lambinus* a dum ab *B* transire 871 adiuuat *B*, atuiuat *C*, ut uiuat *D*, *corr. Camerarius* 872 aut 874 PERIPLECTOMENVS SENEX MILPHIDIPPA ANC. ACROTELANIVM PALESTRIO *B*, Periplecto menus milphidippa acrotelantum palest *CD* tibi Acroteleutium *Studemundus post Camerarium:* acretele tibi ut ium (ut unum *B*) 875 ordine *Pylades; exempla dabit Beckerus in Studem. stud. 1, 299 sq.* 876 netetis *B* percipiatisuplane *CD* 877 quid *CD* 878 stultitiaque (*corr. ς*) insipientiam falsta haesit (falsa hesit *B*), *i. e. idem quod supra legis, cf. vind. Plaut. 9 sq.;* istaec, *quam dicis; suppleri potest etiam* Periplectomene 879 mei rei *B* tibi, *correxi* mea opera *B* 880 eam opificinam, *corr. Camerarius* nesciat 881 meliust *CD*, melius *B* commoueri *B* 882 egomet ultro *Acidalius:* ego mfustro *CD*, ego insustro *B* 883 adhibere *B* mea et *D*, meae et *C* tuam moram, *corr. Gulielmius, cf. Fest. 182; Lucr. 1, 936 sq.* 884 at *CD* potisset, *correxi* deasdarei *CD*, assecla rei *B*, *corr. Palmerius* 886 reperta habere, *corr. Pylades, Lambinus* 888 meminisset et 889 aut quid aut, *corr. Camerarius* eisdem ueniat *L.:* si eadem (siadem *C*) ueniunt; *cf. 891*

obliviosae extempulo fiunt, meminisse nequeunt.
PER. Ergo istuc metuo, quom venit vobis faciundum utrumque:
nam id proderit mihi, militi male quod facietis ambae.
ACR. Dum nescientes quod bonum faciamus, ne formida.
PER. Mala mulier mers est. ACR. Ne pave, peioribus conveniunt.
PER. Ita vos decet. consequimini. PAL. Cesso égo illis obviam ire?
venire salvom gaudeo, lepide hercle ornatus incedis.
PER. Bene opportuneque obviam es, Palaestrio. em tibi adsunt
quas me iussisti adducere et quo ornatu. PAL. eu, noster esto.
Palaestrio Acroteleutium salutat. ACR. Quis hic amabo est,
qui tam pro nota nominat me? PER. Hic noster architectust.
ACR. Salve, architecte. PAL. Salva sis. sed dic mihi, ecquid hic te
oneravit praeceptis? PER. Probe meditatam utramque duco.
PAL. Audire cupio, quem ad modum; ne quid peccetis paveo.
PER. Ad tua praecepta de meo nihil his novom adposivi.
ACR. Nempe lúdificari militem tuom erum vis? PAL. Exlocuta es.
ACR. Lepide et sapienter, commode et facete res paratast.
PAL. Atque huius uxorem volo ⟨te esse⟩ adsimulare. ACR. Fiet.
PAL. Quasi militi animum adieceris, simulare. ACR. Sic futurum est.
PAL. Quasique ea res per me interpretem et tuam ancillam ei curetur.

---

890 obliuiose (obliulose *CD*) extemplo ut fiant meminisse nequeunt (neque eunt *CD*), *correxi. de transitu a singulari ad pluralem vid. ad Curc. 495 cf. Truc. 465 sq.* 891 metu *CD* quo, *corr. Muellerus* faciendum *CD* 892 militia, *corr. Acidalius* 893 nescientis quid bonum faciemus *CD hoc dicit: dum* (*faciamus*) *nescientes bonum nos facere; cf. ad Asin. 52* 894. 895 mala milla mer est *CD*, mala mulier est *B*, *corr. Bentleius* pauet *v. ad v. 890; hoc dicit: nulla mulier tam mala est, qua non quaevis alia peior sit; quasi extenuatura convicium auget.* ne paue *cf. ad Cas. 392* 896 PAL. *ς*: A 897 uenere incedit, *corr. Acidalius. cf. Capt. 447 cf. ad Asin. 405* 898 PER. *om.* obuia *B* palestrid *B*, plestrid *CD* atsunt *CD* 899 ne *B* iusisti *CD* adduceret et equo esio 900 ac roteleuticum qui sic ambo est, *corr. Camerarius* 901 quid *B* notam minat (mittat *B*) notam PE. ehic (PE. hic *B*, pere ęhic *D*), *corr. ς* (me *Pylades*, *Guietus*) arcitectust (-eciust *D*) *CD* 902 arcitecte *CD* saluasissiet *CD*, salua si sis et *B* haecquid (-it *CD*) 903 ducam *B* 904 nequit paueuo *CD*, paueno *B* 905 at nouomat posui *CD*, posui *B*, *corr. ς*, *Camerarius* 906 est *C*, st *BD* 907—910 *pers. notae om.* 907 facite paratae (-te *BC*), *corr. Camerarius* 908 huis *CD* uxorem tu uolo, *supplevit Camerarius*, *qui scripsit* esse te uolo: uolo te esse *propter versum probabilius;* tu uolo *i. e.* uuolo, *cf. 678* adsimulari fiat, *corr. Beroaldus* 909 adieris *CD* 910 quasique aeres (heres *D*) aest per *CD*, quasi que res est per *B*, *corr. ς*, *Ritschelius* interpetem e. t. ancilla *CD* ei coeretur *Ribbeckius:* eieceretur *B*, ceretur *CD*

ACR. Bonus vátes poteras esse, nam quae sunt futura dicis.
PAL. Quasique anulum hunc ancillula tua abs té detulerit ad me,
quem ego militi ⟨porro⟩ darem tuis verbis. ACR. Vera dicis.
PER. Quid istís nunc memoratis opust quae commeminere? ACR. Meliust.
nam, mi patrone, hoc cogitato, ubi probus est architectus,
bene lineatam si semel carinam conlocavit,
facile esse navem facere, ubi fundata, constitutast.
nunc haec carina satis probe fundata, bene statutast,
atque architecto adsunt fabri ad eam rem haud imperiti.
si non nos materiarius remoratur, quod opus qui det
(novi indolem nostri ingeni), cito erit parata navis.
PAL. Nempe tú novisti militem meum erum? ACR. Rogare mirumst.
populi odium quidni noverim, magnidicum, cincinnatum,
moechum unguentatum. PAL. Num ille te nam novit? ACR. Numquam vidit:
qui noverit me quis ego sim? PAL. Nimis lépide fabulare;
eo +potiuerim lepidius pol fieri. ACR. Potin ut hominem
mihi des, quiescas cetera? ni ludificata lepide
ero, cúlpam omnem in me imponito. PAL. Age igitur intro abite,
insistite hoc negotium sapienter. ACR. Alia cura.
PAL. Age, Periplectomene, has nunciam duc intro; ego ad forum illum
conveniam atque illi hunc anulum dabo, atque praedicabo
a tua uxore mihi datum esse eamque illum deperire.
hanc ad nos, quom extemplo a foro veniemus, mittitote,

---

911 uatis num, *corr. Camerarius* qui 912 ancillulam tuam aome *D*, ame *BC* 913 quarem ego *B* ⟨porro⟩ *Reizius*, *Brixius*, *cf. 960. 1049* 914 PE. *B*: PA. *CD*², *om. D*¹ opus est comminere *B* melius est *B* 916 liniatam 918 hic, *corr. Camerarius* satis profundata bene et statutast, *corr. Acidalius* (et bene); *participia quo consilio ex versu priore repetat, ostendunt augmenta eis accedentia* 919 atque architecto adsunt fabri *L.*: atsunt eabri (muliebria *B*, *corr.* ς) architectique ad eam rem haud *Pylades*, *Weisius*: ate amea ut (ama ut *D*, amant *B*) 920 materarius opust *Lambinus* 922 mirum st *B*: mirus *CD* 923 quinni *CD*, qum *B* nouerint *B*, nouerit (-at *D ante corr.*) *CD* magni dicunt *CD* 924 menechmum guentatum *B* illa et aenam *CD*, illa eam *B*, *corr. Bothius* 925 sum *BD* 926 potiuerim (-riin *C*, -run *D*): *fort.* pote quod gerimus; *opposita videntur fuisse* fabulare *et* fieri 927 ludificata lepido ero *Nonius 476 s.* ludificata ero hominem; ludificata ero lepide, | culpam *Brixius*; *cf. Appuhnius quaest. Pl. 51 sq.* (*Most. 799*) 928 inponit *Nonius* age igitur *CD*: agite *B* 930 has ς: as *CD*, ad *B* nuntiam *BC* egom *CD* 931 hoc *B*, *cf. 797* atquem 932 at tua esset eamquam 933 hec ad *B*, hoc ad *D*, haoit *C* quam, *corr. Camerarius* mittito, *corr. Bothius*

quasi clanculum ad ⟨eum⟩ missa sit. Per. Faciemus. alia cura.
Pal. Vos modo curate, ego illúm probe iam oneratum huc acciebo. —
Per. Bene ambula, bene rem geras. egone hoc si efficiam plane,
ut concubinam militis meus hospes habeat hodie
atque hinc Athenas avehat, ⟨si⟩ hodie hunc dolum dolamus,
quid tibi ego mittam muneris! Acr. Datne ab se mulier operam?
Per. Lepidissume et compsissume. Acr. Confido confuturum.
ubi facta erit conlatio nostrarum malitiarum,
haud vereor ne nos subdola perfidia pervincamur.
Per. Abeamus ergo intro, haec uti meditemur cogitate,
ut accurate et commode hoc quod agendumst exsequamur,
ne quid, ubi miles venerit, titubetur. Acr. Tu morare. —

PYRGOPOLINICES IV 1

Vólup est, quod agas, si id procedit lepide at⟨que ex⟩ sententia;
nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum,
ut latrones quos conduxi hinc ad Seleucum duceret,
qui eius regnum tutarentur, mihi dum fieret otium.

PALAESTRIO

Quin tu tuam rem cura potius quam Seleuci, quae tibi
condicio nova et lúculenta fertur per me interpretem.
Pyrg. Immo omnis res posteriores pono atque operam do tibi.
loquere: auris meas profecto dedo in dicionem tuam.
Pal. Circumspice dum, ne quis nostro hic auceps sermoni siet.
nam hoc negoti clandestino ut agerem mandatumst mihi.
Pyrg. Nemo adest. Pal. Hunc arrabonem amoris primum a me accipe.

934 ⟨eum⟩ *Pylades* 935 oneratur hunc aciebo (acibo *B*); *cf. ad Asin. 360* 936 gerat, *corr. Seyffertus* egone *B:* ego nec *CD* 937 concubina militis *om. B* hospis 938 habeat, *corr. Dousa* ⟨si⟩ *Camerarius, Gruterus* 939. 940 quit *CD* mita *CD* ab si; eapse *Acidalius* 941 lepidi sum et (*corr. Gruterus*) comisumet (commissum *B*); comsissime (*sic fere codd.*) *ex Mil. gl. adfert glossarium Plaut., cf. Hertzius ad Prisc. 2, 59, 2* cumfuturum, *corr. Camerarius* 942 militiarium 943 aut 944 habemus, *corr. Camerarius* cogitate *cf. Reitzensteinius qu. Verr. 59* 945. 946 *inverso ordine, corr. Gulielmius* 945 PE. *praem. CD* accurrate huc agendum *B* 947 PIRGOPOLINICIS MILES PALESTRIO SERVVS *B*, PIRGO PAL. D^2, *om.* CD^1 *militis verbis* PV *praemittere solet C* uoluptas est *B* it *CD suppl. ς, Ritschelius* 948 hodi *CD* seleuticum *B*, *item v. sq.* 949 ducere 950 que regnum *om. B* 951 tu tuam: tuta uam *CD*, tuam *B* seleuti *B*, seleutici *C* *cf. schol. Aen. 4, 608* 953 posterioris *C, D ex corr.* 954 dido 955 circumspicito cum, *corr. ς, Guietus* sit 956 agere mandatus, *corr. ς, Camerarius* 957 PA. D^1, *om. B* at est *CD* PA. *om.* arabonem *B* moris accepi

Pyrg. Quid hic? unde est? Pal. A luculenta átque festiva femina,
quae te amat tuamque éxpetessit pulcram pulcritudinem;
eius nunc mi ánulum ad te ancilla porro ut deferrem dedit.
Pyrg. Quid ea? ingenuan an festuca facta e serva liberast?
Pal. Vah, egone ut ad te ab libertina esse auderem internuntius,
qui ingenuis satis résponsare nequeas quae cupiunt tui?
Pyrg. Nuptan est an vidua? Pal. Et nupta et vidua. Pyrg. Quo pacto potis
nupta et vidua esse eadem? Pal. Quia adulescens nuptast cum sene.
Pyrg. Euge. Pal. Lepida et liberali formast. Pyrg. Cave mendacium.
Pal. Ad tuam formam illa una dignast. Pyrg. Hercle pulchram praedicas.
sed quis east? Pal. Senis huius uxor Periplectomeni ex proxumo;
ea demoritur te atque ab illo cupit abire: odit senem.
nunc te orare atque obsecrare iussit, ut eam copiam
sibi potestatemque facias. Pyrg. Cupio hercle equidem, si illa volt.
Pal. Quae cupit? Pyrg. Quid illá faciemus concubina, quae domist?
Pal. Quin tu illam iube abs te abire quo lubet: sicut soror
eius huc gémina venit Ephesum et mater, accersuntque eam.
Pyrg. Eho tu, an venit Ephesum mater eius? Pal. Aiunt qui sciunt.
Pyrg. Hercle occasionem lepidam, ut mulierem excludam foras.
Pal. Immo vin tu lepide facere? Pyrg. Loquere et consilium cedo.
Pal. Vin tu illam actutum amovere, a te ut abeat per gratiam?
Pyrg. Cupio. Pal. Tum te hoc facere oportet. tibi divitiarum adfatimst:

---

958 py. *om. CD* atque *cf. 367* pa. *B:* pv *CD* 959 tuamque *Pius:* tumque *CD,* cumque *B* expetisset 960 eis *CD* nunc *cf. Bachius p. 247* atte *CD* deferret 961 ingenua, *corr. Acidalius* an ϛ: ac *BC,* hac *D* e serua *Dousa:* seruare libera ast *B* 962 uuah *B* ad te ϛ*:* abste audere (audeam *Luchsius*) 963 responsaret *CD,* responderet *B* quae *om. B* cupit uti *CD,* capiti uti *B, corr. Scioppius* 964. 965 pyrg.: a *CD* nuptan istanuida *CD,* nuptanst uidua *B, corr. Ritschelius* pa. *B:* pv. *CD* quo ϛ*:* quid (qui B^a) 966 uidua et nupta *CD* adem *C*, asdem *D*, idem *B* qui nupta si *CD*, nupta *B* 967 lepide *B* *fort.* euge lepide. pal. liberali, *cf. 241* 968 at *BC* pulchrum, *corr. Pius* 969 ea: haec *B* periplectomensi pi. proxumo, *corr. Bachius in Studemundi stud. 2, 197* 970 pa. *praem.* abilo *CD* cipit *CD*, incipit *B*, *corr. Acidalius* 971 cupiam *B*, capiam *CD* 972 *cf. 1149* 973 illam *B* concubinam quando mist *CD*, quando misit *B* 974 quod iubet 975 ug geminam (ungg. *D*), *corr.* ϛ, *Gruterus* uenite 976 eon tu (eon ti *D*, ain tu ϛ) aduenit, *corr. Ritschelius, Goetzius; probabilius illud quam* eho an aduenit, *licet verbum post* uenit *v. 975 non impediat, cf. Curc. 339 Epid. 628 Most. 10. 376. 1123 sq.* eius ϛ*:* aeuius *BC,* aeui uis *D* 977 *cf. 1124 ubi quod legitur* extrudam *hoc loco ineptum sit; cf. Langenus symb. 251* 978 faceret pi. loquerit et 979 habeat (-ant *B*) 980 cupio tum pa. te

nilitem Pyrgopolynicem. PYRG. Satin haec quoque me deperit?
neam laudat speciem. edepol huius sermo haud cinerem quaeritat.
PAL. Quo argumento? PYRG. Quia enim loquitur laute et minime sordide.
PAL. Quippini? istaec de te loquitur: nihil attrectat sordidi.
PYRG. Tum autem illa ipsa est nimium lepida nimisque nitida femina.
ercle vero iam adlubescit primulum, Palaestrio.
PAL. Priusne quam illam oculis tuis ⟨videas⟩? PYRG. Video id quod credo tibi.
sum haec celocula autem absentem subigit me ut amem. PAL. Hercle hanc quidem
nil tu amassis; mi haec desponsast: tibi si illa hodie nupserit,
ego hanc continuo uxorem ducam. PYRG. Quid ergo hanc dubitas conloqui?
PAL. Sequere hac me ergo. PYRG. Pedisequos tibi sum. MILPH. Vtinam, cuius causa foras
sum egressa, ⟨eius⟩ conveniundi mihi potestas evenat.

PAL. Erit, ét tibi exoptatum óptinget, bonum habe ánimum, ne formida;
homo quidamst qui scit, quód quaeris ubi sít. MILPH. Quem ego hic audívi?
PAL. Sociúm tuorum concíliorum et partícipem consiliorum.
MILPH. Tum pól ego id quod celo haú celo. PAL. Immo et célas et non célas.

999 hoc *B* deperii *B* 1000 ut meam *Ribbeckius*, *fort.* meam ut ...am *AP*) sermonis, *corr. Gruterus* aut emerem *B* 1001 PY. *om. P* ...*fine habuit A* —tat sord—, *ergo errore sequentis v. ultima verba prae*... *eadem suo loco iteraturus* 1002 PAL. *Bothius: om.* quippini *L.*: ... ait *B*, quid ad *CD*, quid *A* istaec *A*: ista hec *P*; *neutri gen.* de ... quae teteq(ue) *A* (quae de te *t. Loewio*) sordide, *corr. Ritschelius* (*A* ... *A hanc versus formam commendat:* quidni istaec quae de te loquitur? ... *sine verbo repetito* (loquatur laute) *non usurpasse videtur* 1003 PY. ... *AD*: tu *BC* lepidam nimisque itidem *B*, *A n. l.* 1004—1013 *non* ...*sima v. 1010—1012*, -redo tibi *1005*) 1004 *cf. Naevi com.* ... ⟨uideas⟩ *Pylades, Ritschelius* ideo *B* 1006 tum *ς*: ...*us*: elocutam *CD*, locuta *B* autem *L.*: illam autem; *ascrip*... 797 me ut *CD*: metuit *B* PA. *ante* amem (amen *B*) ... tibi *om. B* nubserit *CD* 1008 ergo hac *B* ...uis *B*, pedis sequus *CD* foras *sq. versum* ...ngelius *T. Macc. Pl. 226* eueniat ...iliorum *ς*: consiliarium *P*, —q·[u]m *A*, ...t ce]l[a]s et non celas *A* (*quod ex* ...immo etiam (et etiam *B*) sed non

iube sibi aurum atque ornamenta, quae illi instruxti mulieri,
dono habere, auferre * abs te quo lubeat sibi.
Pyrg. Placet ut dicis; sed ne ⟨et⟩ istam amittam et haec mutet fidem
vide modo. Pal. Vah delicatu's, quae te tamquam oculos amet.
Pyrg. Venus me amat. Pal. St tace, aperitur foris, concede huc clanculum.
haec celox illiust, quae hinc egreditur, internuntia,
[Pyrg. Quae haec celox? Pal. Ancillula illiust, quae hinc egreditur foras.]
quae anulum istunc attulit quem tibi dedi. Pyrg. Edepol haec quidem
bellulast. Pal. Pithecium haec est prae illa et spinturnicium.
viden tu illam oculis venaturam facere atque aucupium auribus?

MILPHIDIPPA IV 2

Iam est ante aedis circus ubi sunt ludi faciundi mihi.
dissimulabo, hos quasi non videam néque esse hic etiamdum sciam.
Pyrg. Tace, subauscultemus ecquid de me fiat mentio.
Milph. Numquis nam hic própe adest qui rem alienam potius curet quam suam,
qui aucupet me quid agam, qui de vesperi vivat suo?
eos nunc homines metuo, mihi ne obsint neve opstent uspiam,
domo si bitat, dum huc transbitat, quae huius cupiens corporist,
quae ámat hunc hominem nimium lepidum et nimia pulchritudine,

---

981 iubi *B* quae *om. B* instruxit, *corr. Camerarius* 982 auferet ⟨abireque⟩ *Bergkius; possis* ⟨et illa et se⟩ quod *CD* iubeat *BC* 983 ⟨et⟩ *Brixius* et *om. B* *expectatur* et hanc am. et istaec 984 uido *B* que etiam oculos meos *B* 985 st *Camerarius:* ast tacet *B* aperiuntur, *corr. Bentleius* fores *B* hunc *B* 986 illius est *CD,* illius *B* hic, *corr. Beroaldus* egredietur *B* 987 *dittographiam notavit Seyffertus* illius est quae hinc *Beroaldus:* quae hic *D,* hic *B* (int. — egr. *om. C*) foris *B* 988 dedit, *corr. B*[2] 989 belluas *B* phitecium 990 uenaturam *Nonius 230:* uae naturam *B,* ut naturam *CD* 991 MILPHIDIPPA ANCILLA · MILES IDEM · SERVVS *B*, *om. CD* (*nomina D*[2]) tam (iam *ad* faciundi *pertinet*) ludificandi mihi, *corr. Camerarius* 993 hęc quid *B,* ec qui *CD* 994 nam *del. Reizius;* numquis *bibreve?* properat est *B* 995—1000 *in initiis quaedam leguntur A* 995 agam *A:* aquam *P* qui de *Camerarius:* quidem 996 obstent *ς:* obtet *CD,* opte *B* 997 d[o]ṃ — *et* ạṇ *et* çọṛ *suis locis A,* domosibit (domus ibit *C*) ac dum huc transiuit adque (atque *C*) huius, *quae recte tradita esse ostendimus. Rhen. 38, 23sq.; consilium mutatur demum v. 1166* *in A mg. sup. manus coaeva ascripsit versum* [er]a mea cuius propter amorem cor nunc miser çọ— (*vel* ẹgọ—; miserae contremit *Goetzius*), *quem post hunc versum inserere possis, nisi quod et quaesitas sermonis ambages non apte incidit et fortiora verba habet quam v. 998; cf. Studemundi apogr. praef. XXVIII* (*ubi non apte inter v. 996 et 997 inseritur*) 998 nimiam pulchritudinem *B*

militem Pyrgopolynicem. PYRG. Satin haec quoque me deperit?
meam laudat speciem. edepol huius sermo haud cinerem quaeritat.
PAL. Quo argumento? PYRG. Quia enim loquitur laute et minime sordide.
PAL. Quippini? istaec de te loquitur: nihil attrectat sordidi.
PYRG. Tum autem illa ipsa est nimium lepida nimisque nitida femina.
hercle vero iam adlubescit primulum, Palaestrio.
PAL. Priusne quam illam oculis tuis ⟨videas⟩? PYRG. Video id quod credo tibi.
tum haec celocula autem absentem subigit me ut amem. PAL. Hercle hanc quidem
nil tu amassis; mi haec desponsast: tibi si illa hodie nupserit,
ego hanc continuo uxorem ducam. PYRG. Quid ergo hanc dubitas conloqui?
PAL. Sequere hac me ergo. PYRG. Pedisequos tibi sum. MILPH. Vtinam, cuius causa foras
sum egressa, ⟨eius⟩ conveniundi mihi potestas evenat.

PAL. Erit, ét tibi exoptatum óptinget, bonum habe ánimum, ne formida;
homo quidamst qui scit, quód quaeris ubi sít. MILPH. Quem ego hic audívi?
PAL. Sociúm tuorum concíliorum et partícipem consiliorum.
MILPH. Tum pól ego id quod celo haú celo. PAL. Immo et célas et non célas.

999 hoc *B* deperii *B* 1000 ut meam *Ribbeckius, fort.* meam ut (meam *AP*) sermonis, *corr. Gruterus* aut emerem *B* 1001 PY. *om. P in fine habuit A* —tat sord—, *ergo errore sequentis v. ultima verba praecepit, eadem suo loco iteraturus* 1002 PAL. *Bothius: om.* quippini *L.*: quid ait *B*, quid ad *CD*, quid *A* istaec *A:* ista hec *P; neutri gen.* de te *P:* quae ṭeteq(ue) *A* (quae de te *t. Loewio*) sordide, *corr. Ritschelius* (*A n. l.*) *A hanc versus formam commendat:* quidni istaec quae de te loquitur? *sed* quidni *sine verbo repetito* (loquatur laute) *non usurpasse videtur* 1003 PY. *C: om.* tum *AD:* tu *BC* lepidam nimisque itidem *B, A n. l.* 1004—1013 *non legitur A* (*paucissima v. 1010—1012*, -ṛẹḍọ ṭibi *1005*) 1004 *cf. Naevi com. v. 137* 1005 illam ⟨uideas⟩ *Pylades, Ritschelius* ideo *B* 1006 tum *ς:* cum celocula *Buggius:* elocutam *CD*, locuta *B* autem *L.:* illam autem; *ascriptum erat* ancilla *ut v. 797* me ut *CD:* metuit *B* PA. *ante* amem (amen *B*) *BD* 1007 desponsatast *CD* tibi *om. B* nubserit *CD* 1008 ergo hac *B cf. Cas. 68 sq.* 1009 pedis equis *B*, pedis sequus *CD* foras *sq. versum incohat;* fori *B* 1010 ⟨eius⟩ *Spengelius T. Macc. Pl. 226* eueniat 1011 et *om. B* habet *B* 1013 consiliorum *ς:* consiliarium *P*, —ọ·[u]m *A*, *corr. Bothius* 1014 hau [cel]o ịṃṃọ ẹ[t ce]![a]ṣ ẹṭ ṇọṇ celas *A* (*quod ex coniectura restituit Luchsius*): haud celo PA. immo etiam (et etiam *B*) sed non celas *P, cf. Brixius Fleckeiseni ann. 115, 337*

MILPH. Quo argúmento? PAL. Infidós celas: ego súm tibi firme fidus.
MILPH. Cedo sígnum, si harunc Bácchارum es. PAL. Amat múlier quaedam quéndam.
MILPH. Pol istúc quidem multae. PAL. At nón multae de dígito donum míttunt.
MILPH. Enim cógnovi nunc, fécisti modo mi éx proclivo plánum.
sed hic númquis adest? PAL. Vel adést vel non. MILPH. Cedo té mihi solae sólum.
PAL. Brevin án longinquo sérmoni? MILPH. Tribus vérbis. PAL. Iam ad te rédeo.
PYRG. Quid ego? híc astabo tántisper cum hac fórma et factis frústra?
PAL. Patere átque asta, tibi ego hánc do operam. PYRG. Propera, ⟨éxpecta⟩ndo excrúcior.
PAL. Pedetémptim (tu hoc scis) tráctari satiúst hasce huius modi mércis.
PYRG. Age age út tibi maxume cóncinnumst. PAL. Nullúmst hoc stolidius sáxum.
redeo ád te. quid me vóluisti? MILPH. Quo pácto hoc Ilium accédi
velis, út ferrem abs te consilium. PAL. Quasi hunc déperreat — MILPH. Teneo ístuc.
PAL. Conlaúdato formam ét faciem et virtútis commemoráto.
MILPH. Ad eám rem habeo omnem aciém, tibi uti dudúm iam demonstrávi.
PAL. Tu cétera cura et cóntempla et de meís venator vérbis.
PYRG. Aliquám mihi partem hodie óperae des deníque, tandem ades, remelígo.
PA. Adsum, ímpera, si quid vís. PY. Quid illaec narrát tibi? PA. Lamentári

---

1015 *personas om. P* (*A n. l.*) fir[me] fidus *A*: firme fidelis *CD*, firma fides *B* 1016 [e]s— *A*: est *P* 1017—1026 *pauca in initiis leguntur A* 1017 didigito domum *B* 1018 planum *Gulielmus*: patrem 1019 uel est *B* solae solum esse *CD*, sisoluē *B*, *corr. ς* 1020 breuęm *A* sermone (—ę *B*), *corr. Ritschelius* 1021 quom *B* formam *B* frustra *Guietus*: sit frustram *B*, si sic frustram *CD* 1022 [at]que ạṣṭ— *A*, aeque ast abi *B*, atque sta tibi *CD* properando, *suppl. Ritschelius, cf. Epid. 320* excruciet *B* 1023 hec, *correxi* tractare, *corr. Pylades* satiust *L.*: soleeṭs *D*, soles *C*, sole *B* hasce *om. B* 1024 concinnus, *corr. Camerarius* nullus est *B* 1025 hoccilium accepi (cce *e corr. B*, apeli *CD*), *corr. Gertzius* 1026 uelis [ut] ạ— *A*, uelis ut (uaeli sit *CD*) fero ad te *P*, *correxi* huc depereant *B* 1027—1031 *pauca servata A* 1028 at faciem *CD*, matiem *B*, *corr. Camerarius*; materiem tibi ut dudum dem. *Seyffertus* ut clam *B* 1030 tan[de]m *A*: iam tandem *P* adest *B*, *A n. l.* remeligo *L.*: ilico *P*, *A n. l.* (*Cas. 804* remiligines *A*) 1031 illa haec *CD*, haec *B* PA. *Pylades*: te *CD*, *om. B*

ait illam, miseram crúciari et lacrimántem se adflictáre,
quia tis egeat, quia té careat. ob eám rem huc ad te míssast.
PYRG. Iube adíre. PAL. At scin quid tú facias? facitó fastidi plénum,
quasi nón lubeat; me inclámato, quia síc te volgo vólgem.
PYRG. Memini ét praeceptis párebo. PAL. Vocon érgo hanc quae te quaérit?
PYRG. Adeát, si quid volt. PAL. Sí quid vis, adi, múlier. MIL. Pulcher, sálve.
PYRG. Meum cógnomentum cómmemoravit. di tíbi dent quaecumque óptes.
MILPH. Tecum aétatem exigere út liceat — PYRG. Nimium óptas. MILPH. Non me díco,
sed erám meam, quae te démoritur. PYRG. Multae aliae ídem istuc cúpiunt,
quibus cópia non est. MILPH. Écastor haud mírum, si te habes cárum,
hominém tam pulchrum et praéclarum virtute et forma ⟨et⟩ factis.
deus dígnior fuit quisquam hómo qui esset? PAL. Non hércle humanust érgo —
nam vólturio plus húmani credo ést. PYRG. Magnum me fáciam
nunc quom íllaec me sic cónlaudat. PAL. Viden tu ígnavum, ut sese ínfert?
quin tu huíc responde, haec íllaec est ab illá quam dudum ⟨dixi⟩.
PYRG. Qua ab íllarum? nam ita me óccursant multaé: meminisse haud póssum.
MILPH. Ab illá quae digitos déspoliat suos ét tuos digitos décorat.
nam hunc ánulum áb tui cupienti huic détuli, hic ⟨ad te⟩ pórro.

1032—1039 *pauca in primis et extremis versibus leguntur A* 1032 PA. *praem. P* 1033 tis *CD:* scis *B* ad te *CD:* ate ate *B* 1034 sin *B* facite *B,* face te ς fastili *B* 1035 sic te *Pylades:* sic tam; *cf. 1058;* tam te *Baierus comm. phil. Hertz. 275* 1036 uoco, *corr. Ritschelius* quae te *ACD:* ut *B* 1037 adi *om. B* 1038 commemorauit *CD:* quis commerauit *B; cf. ad Asin. 501, Buechelerus ad carm. epigr. 56, 3* 1039 exire *B* 1040—1121 *deficit A, nisi quod usque ad v. 1058 paucissima in primis et extremis versibus leguntur* 1040 te demeritur *CD,* dete moritur *B, corr. Pius* aliae multae *Brixius* 1041 haud: ut *B* 1042 praeclara *CD,* praeclaram *B, corr. Ritschelius* uirtutem et formam *B* ⟨et⟩ *Camerarius; cf. v. 57* 1043 deus *Brixius:* heus *CD,* heuis *B* quam *B* humanum stergeo, *corr. Camerarius, Hauptius* 1044 me *om. B* 1045 quo *B,* q̄m (*i. e.* quoniam) *D, om. C, corr. Ritschelius* illic sic *Ritschelius:* illic uiden tu *CD:* uident *B* inferat *CD,* inferant *B, corr. Acidalius* 1046 MIL. quin praesipondi *B* PAL. haec illaec *Pylades:* illic (illinc *Seyffertus*) illam *B* ⟨dixi⟩ *Reizius* 1047 quam *B,* quanam *Camerarius* occursat *B* aut *B* 1048 suo set uos *B* 1049 huc *B* ab tui *om. B; scribendum sit* a *vel* abs tui; ab ⟨illa⟩ tui *Buggius; cf. Langenus symb. 333* cupientis (-es *C ante corr.*) huc *CD* hic ad te *Ritschelius:* huic *CD, om. B*

PYRG. Quid núnc tibi vis, muliér? memora. MILPH. Vt quae té cupit, eam ne spérnas,
quae pér tuam nunc vitám vivit: sit nécne sit, spes in te úno est.
PYRG. Quid núnc volt? MIL. Te compéllare et complécti et contrectáre.
nam nísi tu illi fers súppetias, iam illa ánimum despondébit.
age, mí Achilles, fiat quód te oro, serva íllam pulchram púlchre,
exNote: exprómе benignum ex te íngenium, urbícape, occisor régum.
PYRG. Eu hercle ódiosas res. quótiens hoc tibi, vérbero, ego interdíxi,
meam né sic volgo póllicitere operám? PAL. Audin tu, múlier?
dixi hóc tibi dudum, et núnc dico: nisi huic vérri adfertur mérces,
non híc suo seminió quemquam porclénam impertitúrust.
MILPH. Dabitúr quantum ipsus pretí poscet. PAL. Talentúm Philippi huic opus aúri est;
minus áb nemine accípiet. MILPH. Eu ecastór nimis vilest tándem.
PYRG. Non míhi avaritia umquam ínnatast: satis hábeo divitiárum,
plus mi aúri mille est módiorum Philippí. PAL. Praeter thensaúros.
tum argénti montes, nón massas habet, Aetna mons non aeque altos. +
MILPH. Eu ecástor hominem périurum. PAL. Vt ludó? MILPH. Quid ego? ut sublécto?
sed amábo, mitte me áctutum. PAL. Quin tu huíc respondes áliquid,
aut fácturum aut non fácturum? MILPH. Quid illám miseram animi excrúcias,

1050 memorat *B* qui 1051 perpetuam *B* uiuit *Pius:* uult si *B* nec ne *CD:* nec *B;* necne *bibreve vel monosyllabum, cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 153* 1052 conpellaret et *B* contractare *B, C ante corr.* 1054 mi Ach. *et sq. v.* age exprome *Fleckeisenus praef. Goetzii p. 23* achillis *B* *fort.* fuat, *cf. Baierus in comm. phil. Hertzianis 277* puichram pulcher *Pius* 1055 PA. *praem.* ubi cape *B*, iniuirbicape *CD, corr. Camerarius* 1056 eu *D:* bu *C*, heu *B*, ḥ— *A t. Loewio* 1057 ne *om. B* pollicitare *B*, polliciteres *CD, corr. Bentleius;* pollicitarere *Muellerus cum caesurae detrimento; possis* operam ⟨tu⟩ 1059 uerri affertur *Priscianus 1, 149:* uerriant fertur *CD*, uerreant uel tu *B* mercis *B* 1060 porculenam *Merula, Ribbeckius:* porculae nam *Priscianus*, proculem *codd.*, porcellam *Reizius* inpertitu st *B* 1061 ipsius pretiist *B* philippium, *corr. Seyffertus;* Philippum *Merula* 1062 nemini *B; fort.* ab nemine minus eu *CD:* neu *B* uilest *i. q.* uilis est 1063 nata est *B* 1064 mille *om. B* mosidium *B* praeter thesaurus *B*, praecertens aurus *CD, corr. Ritschelius* 1065 montis *B* ęthna mons *CD: om. B* Aetna (Aetina *Loewius gl. nom. 226, atque errat Lachmannus ad Lucr. p. 406*) non aeque alta est *Camerarius* 1066 castor *B* ego ui, *corr. Camerarius* sublectos PA. scite, *corr. Acidalius* 1067 mittite me *C; cf. 1084* respondis *B* 1068 M. *Buggius: om.* miseram et amicam crucias *B*

quae númquam male de té meritast? Pyrg. Iube eámpse exire huc ád nos.
dic me ómnia quae volt fácturum. Milph. Facis núnc ut ⟨te⟩ facere aéquom,
quom, quaé te volt, eandém tu vis, Pal. Non ínsulsum huic ingénium.
Milph. Quomque me óratricem haud sprévisti sistíque exorare éx te.
quid est? út ludo? Pal. Nequeo hércle equidem risú meo moderari.
Milph. *
ob eám causam huc abs te ávorti. Pyrg. Non édepol tu scis, múlier,
quantum égo honorem nunc ílli habeo. Milph. Scio, et ístuc illi dícam.
Pal. Contra aúro alii hanc vendére potuit operám. Mil. Pol istuc tibi crédo.
Pal. Meri béllatores gígnuntur, quas híc praegnatis fécit,
et púeri annos octíngentos vivónt. Milph. Vae tibi, nugátor.
Pyrg. Quin mílle annorum pérpetuo vivónt, ab saeclo ad saéclum.
Pal. Eo mínus dixi, ne haec cénseret me advórsum se mentíri.
Milph. Perií, quot hic ipse annós vivet, cuius fílii tam diu vívont?
Pyrg. Postríduo natus sum égo, mulier, quam Iúppiter ex Ope nátust.
Pal. Si hic prídie natus forét quam ille est, hic habéret regnum in caélo.
Milph. Iam iám sat, amabo, est. sínite abeam, si póssum, viva a vóbis.
Pal. Quin érgo abis, quando résponsumst? Milph. Ibo átque illam huc addúcam,
proptér ⟨quam⟩ opera est mihi. númquid vis? Pyrg. Ne mágis sim pulcher quám sum,
ita mé mea forma habet sóllicitum. Pal. Quid hic núnc stas? quin abis?
Milph. Ábeo.
Pal. Atque ádeo, audin [tu]? dicíto docte et cordáte, ut cor ei sáliat —
Philocómasio dic, si ést istic, domum ut tránseat: hunc hic ésse.

1069 meritast *CD:* dixerit at *B* p. *Scioppius: om.* iubeam ipse, *corr. Rittershusius* 1070 mihi m. *om.* ut *om. B* ⟨te⟩ facere aequomst *Ritschelius* 1071 quom quae te *Lambinus, Gruterus:* quodte *D*[1] (que *sup. scr. D*[2]), quodipte *C,* quodque *B* eadem *B* pal. *ς:* pyrg. non hoc insulsum hinc, *corr. Ritschelius* (ingeniumst) 1072 cumque *CD:* quoniam (qm̄) *B* haud *Camerarius:* hic *CD,* hii *B* exste *D*[2] (*recte*)*:* ixste 1073 neque *B* quidem, *corr. Bothius* r. m. *CD:* risum ac *B* moderarier mi. *versu sq.; deest velut* ed⟨epol⟩ 1077 bellatoris cinguntur *B* pregnantis *CD* 1078 m.: pyrg. *CD,* pa. *B* ue 1079 P. *om.* qui *codd., Nonius 499* absacio (-tio *CD*) adseclum *P,* ad saeculo pro ad saeculum *Nonius* 1080 censerit *B* 1081 quod *BC*[1] cui *B* diu sunt *B* 1082 natos *B* ex ope natus est *CD,* ex optuma est *B* 1083 natus *om. CD* 1084 abea nisi possum adiuua uobis *B* 1085 abeis *B* atque: at *B* 1086 ⟨quam⟩ *ς, Bentleius* pulchra quam suam *B* 1087 habent nunc hic *B* 1088 [tu] *Reizius* dicito ut docte et cordate curas aluit *B* 1089 si *om. B* istic *Brixius:* hic hunc: huc *B*

MILPH. Hic cúm ⟨mea⟩ era est, ⟨hinc⟩ clám nostrum hunc sermónem sublegérunt.
PAL. Lepidé factumst: iam ex sérmone hoc gubernábunt doctius pórro.
MILPH. Remoráre, abeo. — PAL. Neque té remoror neque tángo neque te — táceo.
PYRG. Iube máturare illam éxire huc. iam istíc rei praevortémur.

PYRG. Quid nunc mi es auctor ut faciam, Palaestrio, IV 3
de concubina? nam nullo pacto potest
prius haec in aedis recipi quam illam amiserim.
PAL. Quid me consultas quid agas? dixi equidem tibi
quo id pacto fieri possit clementissime.
aurum atque vestem muliebrem omnem habeat sibi,
quae illi instruxisti: sumat, habeat, auferat;
dicasque tempus maxume esse, ut eat domum:
sororem geminam adesse et matrem dicito,
quibus cóncomitata recte deveniat domum.
PYRG. Qui tu scis eas adesse? PAL. Quia oculis meis
vidi hic sororem esse eius. PYRG. Convenitne eam?
PAL. Convenit. PYRG. Ecquid fortis visast? PAL. Omnia
vis optinere. PYRG. Vbi matrem esse aiebat soror?
PAL. Cubare in navi lippam atque oculis turgidis
nauclerus dixit, qui illas advexit, mihi.
is ad hos nauclerus hospitio devortitur.
PYRG. Quid is? ecquid fortis? PAL. Abi sis hinc, nam tu quidem

---

1090 ⟨mea⟩ *Camerarius* fera *B* ⟨hinc⟩ *Muellerus post* hunc; *cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 158* sublegerunt sermonem *CD;* quae etiam nostrum hunc sermonem sublegerat *schol. Verg. buc. 9, 21* 1091 PA. *Pylades: om.* factum sciam *B* 1092 PA. rememorare MIL. abeo neque te remoro (neque temoro *B*), *corr. Gruterus, Bothius* neque tango *Hermannus:* neque et ago *B,* neque te tango *CD; unde quod* te tago *sumpserunt, hoc Pacuvium decet* 1094 MILES SERVVS *B,* PIRG. PAL. *D²*, *om. CD¹* quis *CD* mihi nunc est (es *ς*), *corr. Ritschelius* 1096 haec *om. B* obmiserit, *corr. Scaliger* 1098 pacto id *B, cf. Amph. 592 Curc. 650 Rud. 1194 Pseud. 567; Amph. 915 sim.* 1099 omnem muliebrem *CD* tibi *B* *post hunc v. repetitur v. 1097 B* 1101 maxumum, *corr. Scaliger* sedeat *B* 1102 geminat *B* esse, *corr. Camerarius* 1103 quibus cum comita (commita *B*, comitata *ς*), *corr. Acidalius* 1104 quid ea satissem *B* 1106 et quid *B, Nonius 306* fortis *Nonius:* fortius 1107 optinare *B*, opinare *CD, corr. Camerarius* aleuat *B,* agebat *D* 1108 innabel *B* (*i. e.* innauei) oculi turgredis *B* 1109 namclerus *B* quia *B* 1110 his *B* uos, *corr. Pylades* diuortitur *CD,* deuortetur *B* 1111 his *B* ecqui abisis *CD:* abhis *B* hic, *corr. Saracenus*

ad equas fuisti scitus admissarius,
qui consectare qua maris qua feminas.
hoc age nunc. PYRG. Istuc quod das consilium mihi,
te cum illa verba facere de ista re volo;
nam cum illa sane congruos sermo tibi.
PAL. Qui potius quam tute adeas, tuam rem tute agas?
dicas uxorem tibi necessum ducere;
cognatos persuadere, amicos cogere.
PYRG. Itan tu censes? PAL. Quid ego ni ita censeam?
PYRG. Ibo igitur intro. tu hic ante aedis interim
speculare, ut, ubi illaec prodeat, me provoces.
PAL. Tu modo istuc cura quod agis. PYRG. Curatum id quidemst.
quin si voluntáte nolet, vi extrudam foras.
PAL. Istuc cave fáxis; quin potius per gratiam
bonam abeat abs te. atque illaec quae dixi dato,
aurum, ornamenta quae illi instruxisti ferat.
PYRG. Cupio hercle. PAL. Credo te facile impetrassere.
sed abi intro. noli stare. PYRG. Tibi sum oboediens. —
PAL. Numquid videtur demutare alio atque uti
dixi esse vobis dudum hunc moechum militem?
nunc ad me ut veniat usust Acroteleutium aut
ancillula eius aut Pleusicles. pro Iuppiter,
satine ut Commoditas usquequaque me adiuvat?
nam quos videre exoptabam me maxume,
una exeuntis video hínc e proxumo.

1112 at *B* at missarius *B*, emissarius *CD* 1113 marisque, *corr. Lipsius* 1114 PI. *praem. B, om. CD, corr. Ritschelius* 1115 PA. *praem.* 1116 illa: alio *B* congruus (-is *D*) sermo *CD*, conseruo *B*, congruit s. *ς*, congruost s. *Ritschelius* 1117 quam *B:* cum *CD* tute adeas *Bothius:* tute ades *CD*, tu sed est *B* 1118 necessum (-us *CD*) esse ducere, *corr. Scaliger* 1120 itane 1122 *accedit A* il[laec] *ACD:* illa haec *B* 1123 quot *B, A. n. l.* 1124 qui *A* foris *P, A n. l., corr. Reizius* 1126 abeat *AC:* habeat *D*, habeatis *B* illa (*sequente* c *vel* q *t. Loewio*) *A*, illa haec (hae *B*) *P* 1127 que *B*, q— *A*, que qu(a)e *CD* 1128 cupio hercle *militi tribuit A:* cupio PI. hercle *P* 1129 PYRG. *om. P: spat. A* obedies *B, A n. l.* 1130 uidetur *A:* quidetur *P* alio atque uti *Lachmannus ad Lucr. p. 250* (*cf. v. 1291*)*:* aut utique *P, A n. l.* 1131 hunc moechum *A:* huc mecum *P* 1132 aut *A: om. P; item in enumeratione* et *Rud. 1169* 1134 *scilicet ex quibus uno opus fuerat, una omnes exeunt* 1135 me *om. A* me exoptabam *Bentleius* 1136 uideo exeuntis *Acidalius* e *om. P*

ACROTELEVTIVM IV 4

Séquimini, simul círcumspicite, né quis adsit árbiter.

MILPHIDIPPA

Neminem pol video, nísi hunc quem volumus conventum. PAL. Et ego vos.
MILPH. Quid agis, noster architecte? PAL. Egone architectus? vah.
MILPH. Quid est?
PAL. Quia enim non sum dignus prae te, ut figam palum in parietem.
ACR. Heia vero. PAL. Nimis facete nimisque facunde malast.
ut lepide deruncinavit militem. MILPH. At etiam parum.
PAL. Bono animo es: negotium omne iam succedit sub manus;
vos modo porro, ut occepistis, date operam adiutabilem.
nam ipse miles concubinam intro abiit oratum suam,
ab se ut abeat cum sorore et matre Athenas.

PLEVSICLES

Eu, probe.
PAL. Quin etiam aurum atque ornamenta, quae ipse instruxit, mulieri
omnia dat dono, a se ut abeat: ita ego consilium dedi.
PLEVS. Facile istuc quidemst, si et illa volt et ille autem cupit.
PAL. Non tu scis, quom ex alto puteo sursum ad summum escenderis,
maxumum periclum inde esse ab summo ne rusum cadas?
nunc haec res apud súmmum puteum geritur: si praesenserit

A[CRỌTE]LE[VTI]VM MILPHID[IPP]A [P]LEVSIC[LES P]ALA— *A*, ACROTELEVTIVM MERETRIX MILPHIDIPPA ANC. PLEVSICLES ADOL. PALESTRIO SERVVS *B*, *om. CD* 1138 pol *om. A: cf. Baierus de Pl. fab. rec. 18* *post pers. spat.* et *A: sine pers.* est et *P; atque personas per hanc scaenam raro notat P* 1139 quidst *A* 1140 quia *Dousa:* qui *P*, q— *A* indignus *B ante corr.*, *A n. l.* —ạẹṭẹ-[pa]l— *A*, *i. e.* prae te, palum ut figam pal hum *CD*, pallium *B ante corr.*; *sic v. 1151* cadhas *CD* 1141 *personas notavit Camerarius* fa]cete *A:* facite *B*, fatite *CD* faciunda *B*, fẹcun[de *A*, fecunden *CD*, *corr.* ς malast *P:* m]ala es *A; ac fort. aptius* heia uero *Milphidippae datur, ut haec ipsi respondeantur, sequentia reliquis narrentur* 1142 denunciauit *B*, *A n. l.* MI. *add.* ς (*spat. A*) parúm *P:* rogas *A* 1143 est *P*, *A n. l.* 1144 porro ut ς*:* porro ue *P*, [ụṭ p]ọ[rro *A* adiutabilem *A:* atiuit abilem *CD*, uitabilem *B* 1145 abiit *B:* abit *A*, habiit *CD* 1146 habeas *P*, *A n. l.* PL. *Bothius: spat. A*, *om. P* 1147 instruxi mulieri *A*, instruxit mulier *P* 1148 don a se ut abeat *A*, dono se ut habeat *P* consilium *A:* consilium tum *P* 1149 *fort.* si et ille uolt et illa autem cupit 1150 descenderis *P* 1151 periculum *P* inde esse *A:* indie esset *CD*, in dono esset *B* ab *P:* a *A* r[usu]m *A:* rursum *CD*, sursum *B* 1152 haec *A:* hanc *P* prosenserit *AP* (*diversa* prouideram *Asin. 450*, prodicere; *cf. Fest. 229* prodigia quod praedicunt futura)

miles, nihil ecferri poterit huius: nunc cum maxume
opust dolis: domi esse ad eam rem video silvai satis,
mulieres tres, quartus tute es, quintus ego, sextus senex;
quod apud nos fallaciarum sex situmst, certo scio
oppidum quodvis, si detur, posse expugnari dolis.
date modo operam. ACR. Id nos ad te, si quid velles, venimus.
PAL. Lepide facitis. nunc hanc tibi ego impero provinciam.
ACR. Impetrabis, imperator, quod ego potero, quod voles.
PAL. Militem lepide, et facete ⟨et⟩ laute ludificarier
volo. ACR. Voluptatem mecastor mi imperas. PAL. Scin quem ad modum?
ACR. Nempe ut adsimulem me amore istius differri. PAL. Tenes.
ACR. Quasique istius causa amoris ex hoc matrimonio
abierim, cupiens istius nuptiarum. PAL. Omne ordine.
nisi modo unum hoc: hasce esse aedis dicas dotalis tuas,
hinc senem aps te abiisse, postquam feceris divortium:
ne ille mox vereatur intro ire in alienam domum.
ACR. Bene mones. PAL. Sed ubi ille exierit intus, istinc te procul
ita volo adsimulare, prae illius forma quasi spernas tuam
quasique eiús opulentitatem reverearis, et simul
formam, amoenitatem illius, faciem, pulchritudinem

1153 nihil ecferri poterit *A:* nihil hac (hac nihil *B*) ferre potuit *P; scil. neque puella neque res* maxume *A:* maximi *CD,* maximo *B* 1154 opust *CD:* opus est *A,* opus *B* *ante* domi *pers. spat. A,* PL. *ς; Pleusicles non quartum dixisset Palaestrionem, sed primum* esset at *P* siluaẹ *A,* silue *CD,* salue *B* 1155 mul[ieres tre]s *A:* mulieres st (est *B*) res *P* tutes *P, A n. l.* eg[o *A:* sego *P* 1156—1162 *tantum priores partes leguntur A* 1156 falatiarum *P, A n. l.* sex situmst *Klotzius:* sextum st *CD,* sexitum *B* 1157 si detur *Luchsius:* uidetur *P et fort. A* po]ss[e *A:* poset *CD,* poscet *B* expugnare ⟨eis⟩ dolis *Ritschelius* 1159 lapide (lepidis *CD*) tacitis *P* hanc t. e. *Gruterus:* hoc tibi ego *P,* tibi ego ḥa — *A* (tibi hanc — *t. Loewio*) 1160 quot ego *BD* 1161 fac[ete] l[aute] *AP,* ⟨et⟩ *Camerarius* 1162 uolup[tatem] *A:* uoluntatem *BC,* uolutatem *D* scin *Bothius:* et scin tu *B,* et scintur scin *D ex corr.*) *CD* 1163 adsimilem *P* am — *A,* amorem *P* differre (-eret *D*) titenis (dittenis *C*) *P,* —ẹṣ *A, corr. Camerarius, Kochius* (*scil.* differrei) 1164 causa *A:* causam *B,* cauam *CD* 1165 istius nup[ti]ạru[m + omne]ṃ [ordin]ẹṃ *A* (s *in fine t. Loewio*), istius omne ordinis nuptiarum *P, corr. Bentleius* 1166 asce esset *P* aedes *A* d[ica]s *A:* dicat *P* dotalẹs *A* 1167 abisse *A,* abisset *BD,* abiesset *C* 1168 domum *A:* damnum *P* 1169 istic *P* 1170 tuas *P* 1171 opulentitate *Nonius 146* reuerearis *A, Nonius:* reuearis *CD,* reueris *B* et *A:* ret *CD, om. B* 1172 formam amoenitatem *A:* forma moenitatis *CD,* formam bonitatis *B*

conlaudato. satin praeceptumst? Acr. Teneo. satinest, si tibi
meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas?
Pal. Sat habeo. nunc tibi vicissim quae imperabo ea discito.
quom extemplo hoc erit factum, ubi intro haec abierit, ibi tu ilico
facito uti venias ornatu húc ad nos nauclerico;
causeam habeas ferrugineam, et scutulam ob oculos laneam,
palliolum habeas ferrugineum (nam is colos thalassicust),
id conexum in umero laevo, exfafillato bracchio,
praecinctus aliqui: adsimulato quasi gubernator sies;
atque apud hunc senem omnia haec sunt, nam is piscatores habet.
Plevs. Quid? ubi ero exornatus quin tu dicis quid facturus sim?
Pal. Huc venito et matris verbis Philocomasium arcessito,
ut, si itura sit Athenas, eat tecum ad portum cito,
atque ut iubeat ferri in navim si quid imponi velit.
nisi eat, te soluturum esse navim: ventum operam dare.
Plevs. Satis placet pictura. perge. Pal. Ille extemplo illam hortabitur
ut eat, ut properet, ne morae sit matri. Plevs. Multimodis sapis.

1173—1179 *extrema fere leguntur A* 1173 sain *B* praeceptust 1174 meus *B* 1175 uisscisim *CD,* uis *B* [ea] discito *A:* non discitos *P* 1176 quam, *corr. Lindemannus* [ibi t]u ilico *A, Ritschelius:* tibi tuilico (uilico *B,* taulico *D*) *P* 1177 ut ueniat [ornatu h]uc ạḍ nos *A, Goetzius:* ornatus (-os *CD*) huc *P* na]ucler[ico *A:* nauclerioco *P* 1178 causiam *Pius* cause hanc; *cf. Pers. 155* ferrugenas (-es *CD*), *corr. Scutarius* habeas ferr. *interpolatori tribuit Ribbeckius proponens* portes in capite; *fort. sq. v.* palliolum itidem ferrugineum et scutulam *A:* cultura *P* ob *A:* ab *P* lanea *P* *scutula oculis tuendis ad ornatum nauticum pertinuisse videtur; de qua iocatur 1306 sq.* 1179 *ut s. Nonius 549:* ferrugeneum *P,* -ug- *A* is *A, Nonius:* isis *CD,* sic *B* thalassicus est *Nonius,* —al[ass]icus[ṭ] *A:* talassicus *P* 1180 id conexum *Nonius 103:* id— *A,* id conixum *B,* it (et *D*) comixum *CD* in numero *Nonius* exfafillato *P cum testimonio Pauli 83* (effafilatum) *et Placidi c. gl. 5, 21, 7; 63, 25* (*item*) *cf. 67, 3* (exfabillauero): expapillato *Paulus 79, Nonius,* ẹx . . . . ạto *A t. St.* (*cui quadrare visum est non* expapillato, *sed fort.* expalliolato, *cf. Vssingius*), exp . . . . (.)llato *t. Loewio; cf. Buechelerus Vmbricorum 132 ad Vmbrorum* sufafiaf 1181 precintus *B,* pretinctus *C, A n. l.* ṣịes *A:* sis *P* 1182 hunc *fort. om. A* piscatoris *P* 1183 qu[id ubi er]o *A:* quid abiero *B,* quit ubi ero *CD* sum *A* 1184. 1185 accersito *P* 1186 si ịṭ[ura] siet at[henas eat t]ecu[m *A,* si itura est etthena se tecum *B,* si itura esiam (sutupraesia *C*) ethena se atecum *CD* [ad p]ortum *A:* at portuum *P* 1187 [ut] iube[at] *A, Camerarius:* adiubeat *B,* adiuuet *CD* nauịm *ACD:* nauem *B, item v. sq.* imponi uelit *A:* inponunt *B,* impono *CD* 1188 eat *A:* ea *P* 1189 pictura *AP:* fictura *Goellerus* 1190—1284 *deest A, nisi quod 1257—1284 paucissima in primis et extremis versibus supersunt* 1190 nescit (ne sit ς) matri more, *corr. Taubmannus;* ne matri mora sit *Brixius* multis modis *CD*

PAL. Ego illi dicam, ut me adiutorem, qui onus feram ad portum, roget.
ille iubebit me ire cum illa ad portum. ego adeo, ut tu scias,
prorsum Athenas protinus abibo tecum. PLEVS. Atque ubi illo veneris,
triduom servire numquam te, quin liber sis, sinam.
PAL. Abi cito atque orna te. PLEVS. Numquid aliud? PAL. Haec
ut memineris.
PLEVS. Abeo. — PAL. Et vos abite hinc intro actutum; nam illum
huc sat scio
iam exiturum esse intus. ACR. Celebre apud nos imperium tuomst. —
PAL. Agite abscedite ergo. ecce autem commodum aperitur foris.
hilarus exit: impetravit. inhiat quod nusquam est miser.

PYRGOPOLINICES IV 5

Quod volui ut volui impetravi, per amicitiam et gratiam,
a Philocomasio. PAL. Quid tam intus fuisse te dicam diu?
PYRG. Numquam ego me tam sensi amari quam nunc ab illa muliere.
PAL. Quid iam? PYRG. Vt multa verba feci, ut lenta materies fuit.
verum postremo impetravi ut volui: donavi dedi
quae voluit, quae postulavit; ⟨te⟩ quoque ⟨ei⟩ dono dedi.
PAL. Etiam me? quo modo ego vivam sine te? PYRG. Age, animo
bono ⟨es⟩,
eidem ego te illim liberabo. nam si possem ullo modo
impetrare ut abiret, ne te abduceret, operam dedi;
verum oppressit. PAL. Deos sperabo teque. postremo tamen
etsi istuc mi acerbumst, quia ero te carendum est optimo,

1191 PAL. ς: ACR. adiutore onus facerem adphortu rogitet *B* 1192 iubebit: iussit *B* 1193 protinam *Bentleius; cf. Capt. 508* 1194 liber sis: liberis *B* 1195 orna te ς: orare 1196 huc *Luchsius:* hinc *BC, om. D* 1197 iam *Merula:* nam *B*, non *CD* esset *B* cęledre est *B*, sceledre *CD, corr. Camerarius* 1198 peritur 1199 hilarius inhiat quod: mihi atque *B* 1200 MILES. SERVVS *B, om. CD* (PY PA D^2) ut uolo, *corr. Guietus* 1201 quid nam tam intus fuisset et (fuisse *CD*) dicam diu, *corr. Vssingius* 1202 me tam *Camerarius:* mittam *B*, quid tam (tuam *D*) *CD* 1203 fecit, *corr. Muellerus* 1204 inpetrauit *B ante corr., CD* uoluit *CD* dedi *Brixius:* dere 1205 quodque *CD* *supplevit Pylades* 1206 sinite *BD* bono animo *B* ⟨es⟩ ς 1207 et idem (illem *ante correcturam 1 m. factam*) agotelli illibera bonam *B*, et idem ago telliberabo nam *CD*, idem ego te liberabo, nam ς, illim *posui post Ribbeckium* (et idem *cf. Cas. 461;* ago *cf. 1308*) posset, *corr. Acidalius* 1208 inpetraret *B* ut haberet *B, corr. Camerarius, om. CD* nec *Salmasius* abducere *B* 1209 sperabo *B, schol. Aen. 1, 543:* spero *CD* 1210 istud *CD* optime *B*

saltem id volup est, quom ex virtute formae évenit tibi
mea opera super hac vicina, quam ego nunc concilio tibi.
PYRG. Quid opust verbis? libertatem tibi ego et divitias dabo,
si impetras. PAL. Reddam impetratum. PYRG. At gestio. PAL. At modice decet:
moderare animo, ne sis cupidus. séd eccam ipsam, egreditur foras.

MILPHIDIPPA IV 6

Era, éccum praesto mílitem.

ACROTELEVTIVM

Vbi est? MILPH. Ad laevam. ACR. Video.
MILPH. Aspicito limis [oculis], ne ille nos se sentiat videre.
ACR. Video. edepol nunc nos tempus est malas peioris fieri.
MILPH. Tuomst principium. ACR. Obsecro, tute ipsum convenisti?
ne parce vocem, ut audiat. MILPH. Cum ipso pol sum locuta,
placide, ipsi dum libitum est mihi, otiose, meo arbitratu [ut volui].
PYRG. Audin quae loquitur? PAL. Audio. quam laeta est, quia ted adiit.
ACR. O, fortunata mulier es. PYRG. Vt amari videor. PAL. Dignu's.
ACR. Permirum ecastor praedicas, te adiisse atque exorasse;
per epistulam aut per nuntium, quasi regem, adiri eum aiunt.
MILPH. Namque edepol vix fuit cópia adeundi atque impetrandi.
PAL. Vt tu inclitu's apud múlieres. PYRG. Patiar, quando ita Venus volt.
ACR. Veneri pol habeo gratiam, eandémque et oro et quaeso,
ut eius mihi sit copia quem amo quemque expetesso
benignusque erga me ⟨ut⟩ siet, quod cupiam ne gravetur.

1211 saltim id uoluptas est quoniam (qm̄) *B* forme uenit, *corr. Camerarius. cf. Most. 173* 1212 hac uicina *testatur Festus 305* (*s.* super): hanc uicinam qua *Festus* tibi *Festus:* mihi 1213 opus 1214 imperatum, *corr. Merula* gestios *B* ac modico (modo *B*), *corr. Camerarius* dice *CD* 1215 foris *CD* 1216 MILPHIDIPPA ACROTELEVTIVM PYRGOPOLINICES PALESTRIO *BD* (*C*) et cum *B* 1217 aspicite, *corr. Camerarius* [oculis] *Guietus* uidere sentiant (-ent *D*, sententiant *B*), *corr. ς, Reizius* 1218 A. *Acidalius:* PYR. est malos *CD*, *fort.* ex malis fiere *B* 1219 est initium *CD*, espa incipium *B*, *corr. Camerarius* A. *Acidalius: om.* 1220 uocem *testatur schol. Aen. 10, 532:* uoci (parce uictu audiat *B*), *cf. Most. 104, Curc. 381, Paulus s.* parcito linguam; *Bergkius symb. 162, cf. Pers. 682, s. ad v. 270* M. *Camerarius: om.* secuta, *corr. Saracenus* 1221 ipse, *corr. Bergkius; cf. mus. Rhen. 38, 10, Cas. 323 Curc. 465* me *B* arbitrii *B* [ut uolui] *Reizius; cf. Aul. 771* 1222 te adit *CD*, ad te *B; cf. Langenus symb. 101* 1223 *inter personas distribuit Pylades* (A. *Acidalius*)*:* MIL *praem. cf. Richterus Studem. stud. 1, 605* m. e.: mulieris *B* dignus est, *corr. Acidalius* 1224 p. t.: praedicasset *B* audisse orasse *BC*[1] 1225 adiri: asiria *B* 1227 quanto *B* uult st *B* 1228 gratia *B* tandemque *CD* et oro *B:* exoro *CD* 1229 expetes sunt *B* 1230 ut siet *Merula:* siet *CD*, et *B*

MILPH. Spero ita futurum, quamquam illum multae sibi expetessunt:
ille illas spernit segregat ab se omnis, extra te unam.
ACR. Ergo iste metus me macerat, quod ille fastidiosust,
ne óculi eius sententiam mutent, ubi viderit me,
atque eius elegantia meam extémplo speciem spernat.
MILPH. Non faciet, bonum animum habe. + PYRG. Vt ipsa se contemnit.
ACR. Metuo, ne praedicatio tua nunc meam formam exsuperet.
MILPH. Istuc curavi, ut opinione illius pulchrior sis.
ACR. Si pol me nolet ducere uxórem, genua amplectar
atque obsecrabo; alio modo, si non quibo impetrare,
consciscam letum: vivere sine illó scio me non posse.
PYRG. Prohibendam mortem mulieri videó. adibon? PAL. Minime;
nam tu te vilem feceris, si te ultro largiere:
sine ultro veniat; quaeritet, desideret, exspectet
sine: perdere istam gloriam vis, quám habes? cave sis faxis.
nam nulli mortali scio obtigisse hoc, nisi duobus,
tibi et Phaoni Lesbio, tam mulier sé ut amaret.
ACR. Eo intro, aut tu illum huc evoca foras, mea Milphidippa.
MILPH. Immo opperiamur, dum exeat aliquis. ACR. Durare nequeo,
quin eam intro. MILPH. Occlusae sunt foris. ACR. Exfringam. MILPH. Sana non es.
ACR. Si amavit umquam aut si parem sapientiam habet ac formam,
per amorem si quid fecero, clementi ánimo ignoscet.
PAL. Vt, quaeso, amore perditast tuo misera. PYRG. Mutuom fit.

1231 eum *Bentleius, cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 139* multa et sibi *B* 1232 ab se *ς*: hasce *CD*, hec *B* 1233 istus *CD* maceret *B vel* illic fastidiosus *B* 1234 *sententia acumen recipiat si scribas* eius ⟨animi⟩ mutent: uident *B* 1235 flagrantia *B* 1236 *cf. Amph. 545 Rud. 687;* habe animum bonum *Bothius* (*Cas. 387 Epid. 601 Pseud. 925 Truc. 525*); *fort.* ⟨modo⟩ bonum animum habe (*Cas. 381 Pseud. 866, item nuper Seyffertus*); *cf. 1325. 1357* PY. *om.* 1239 nolet *C*: ualet *B*, *om. D* 1240 quibus *B* 1241 conciscam *B* uiueret *B* 1242 *cf. 1272* mulieri uideo mulieri (-rem *CD*), *corr. Gruterus; cf. ad 323 fort.* adbitone 1243 uelim larguere *C*, largiri *B* 1244 *tria ultima verba* (*cf. 1386*) *secernenda erant a primo* 1245 sine perdere *L.*: sinon perdere *CD*, summopere *B* 1247 phaoniles uictam *B* muuete (uiuere *B*) ut, *corr. Seyffertus* (*qui scripsit* eum) *post Buggium* (mulieres ut amarent) 1248 eo intro antu illuc euocatus (-tum *CD*), *corr. Fleckeisenus* 1249 operiamur 1250 eam *Saracenus*: etiam *inter personas distribuit Pylades* effringam *CD* est, *corr. Pylades* 1251 si amauit *Camerarius*: simulauit sapientiam hic habet (hinc habent *B*), *corr. Bentleius* 1252 ignoscet animo *Reizius* 1253 perditast tuo *L.*: perdita site *B* (*i. e.* perditast te, *cf. Seyffertus Burs. ann. 84, 36, Cist. 132 P*), perdita est *CD; cf. Amph. 1066* sit *B*

PAL. Tace, ne aúdiat. MILPH. Quid astitisti obstupida? cur non pultas?
ACR. Quia non est intus quem ego volo. MILPH. Qui scis? ACR. Scio pol ego, olfacio;
nam odore nasum sentiat, si intus sit. PAL. Hariolatur.
PYRG. Quia mé amat, propterea Venus fecit eam ut divinaret.
ACR. Nescio ubi hic prope adest quem expeto videre: olet profecto.
PYRG. Naso pol iam haec quidem plús videt quam óculis. PAL. Caeca amore est.
ACR. Tene me óbsecro. MIL. Quor? ACR. Ne cadam. MILPH. Quid ita? ACR. Quia stare nequeo,
ita animus per oculos meos ⟨meus⟩ defit. MILPH. Militem pol
tu aspexisti. ACR. Ita. MILPH. Non video. ubi est? ACR. Videres pol, si amares.
MILPH. Non edepol tu illum magis amas, quam ego amem, si per te liceat.
PAL. Omnes profecto mulieres te amant, ut quaeque aspexit.
PYRG. Nescio, tu ex me hoc audiveris an non: nepos sum Veneris.
ACR. Mea Milphidippa, adi obsecro et congredere. PYRG. Vt me veretur.
PAL. Illa ad nos pergit. MIL. Vos volo. PYRG. Et nos te. MIL. Vt iussisti,
eram meam eduxi foras. PYRG. Video. MILPH. Iube ergo adire.
PYRG. Induxi in animum, ne oderim item ut alias, quando orasti.
MILPH. Verbum edepol facere non potis, si accesserit prope ad te.
dum te obtuetur, interim linguam oculi praeciderunt.
PYRG. Levandum morbum mulieri video. MIL. Vt tremit atque extimuit,
postquam te aspexit. PYRG. Víri quoque armáti idem istuc faciunt,
ne tu mirere eius mulierem. sed quid ⟨illa⟩ volt me facere?

1254 qui *B* obstupi *B* 1255 M. *Ribbeckius:* PA. pol ego, olfacio *L.:* edepol facio (olfacio *ς*) *CD*, edepol scio *B; cf. Vahlenus ind. lect. 1892, 6 sq., Fleckeisenus ann. 145, 214* 1256 nasum *om. B* hariolatur *Palaestrioni dedi, militi codd.* 1257 amat propterea: tu propter *B* 1258 properat est *B* 1259 plus *ante* haec *Luchsius* amore *Gruterus:* ore *C*, horae D^2, hora D^1, re *B* 1260 nec *B* quiadstare neque *B* 1261 ⟨meus⟩ *Hauptius* fit *B* 1262 uidere spolia mares *B* 1263 amem si per te *Camerarius* (per te), *Brixius:* mea si te per *B*, mesi aperte *CD* 1264 quoque *B* 1265 me ex, *corr. Camerarius* audieris 1266 PY. *ς: om.* 1268 eduxit foris *B* 1269 in *om. B, cf. Abrahamus stud. Pl. 231* ne odorem mutares quando honerasti *B* odorim *C* 1270 edepol *B:* hercle *CD* potis si *CD:* potuistu *B* 1271 obuietur *B*, obtinuetur *C* interim *om. CD* perierunt *B* 1272 ut tremit *Hermannus:* uiden ut tremit *CD*, iubent adirem *B* 1273 [fa]ciunt *A:* faciunt iube domum ire *P, cf. 1278* 1274 ne — mulierem *Milphidippae: corr. Gulielmius* eius *L.:* melius; *cf. Truc. 92 Cas. 338* (*Seyffertus stud. Pl. 27, apogr. Ambr. ind. s.* ii)*; exempla item singularia Ciceronis ad Att. 8, 4, 1*

MILPH. Ad se ut eas: tecum vivere volt atque aetatem exigere.
PYRG. Egon ád illam eam, quae nupta sit? vir eius me deprehendat.
MILPH. Quin tua causa exegit virum ab sé. PYRG. Qui id facere potuit?
MIL. Quia aedis dotalis huius sunt. PYRG. Itane? MIL. Ita pol. PYRG. Iube domum ire
iam ego illi ero. MILPH. Vide né sies in exspectatione,
ne illam animi excrucies. PYRG. Non ero profecto. abite. MIL. Abimus. —
PYRG. Sed quid ego video? PAL. Quid vides? PYRG. Nescio quis eccum incedit
ornatu quidem thalassico. PAL. It ad nos, volt te profecto.
nauclerus hic quidem est. PYRG. Videlicet accersit hanc iam. PAL. Credo.

PLEVSICLES IV 7

Alium alio pacto propter amorem ni sciam
fecisse multa nequiter, verear magis
me amoris causa hóc ornatu incedere.
verum quom multos multa admisse acceperim
inhonesta propter amorem atque aliena a bonis:
mitto iam, ut occídi Achilles civis passus est —
sed eccúm Palaestrionem, stat cum milite:
oratio alio mihi demutandast mea.
mulier profecto natast ex ipsa Mora;
nam quaevis alia quae morast aeque, mora
minor ea videtur quam quae propter mulieremst.

(*cf. Nonius 496*) *et Vergili Aen. 11, 126* ⟨illa⟩ *Ritschelius* me tacerit *B*, met agere *CD*, -çere *A*, *corr. Camerarius* 1275 se ut *CD:* sed *B* uiuire *B* 1276 ad *om. CD* uirum *CD* me deprehendat *Loewius* (compr. *Ribbeckius*): mę . . . . . . dat *A*, metuere hendast *CD*, metuendus est *B* 1277 qui *B* exigit a se *Merula:* assequi *CD*, obsequit *B* qui id *D:* quid *B*, quid id *C* 1278 iube *Weisius:* iubam *B*, iuuam *CD* 1279 itam *B*, ita *CD*, *corr. Bothius* mero *B* inspectatione *CD*, exspectatione *B* 1280 abire M. habimus *B* 1281 ecum *BC*[1] 1282 thalasicco *B* PA. *ς: om.* (*spat. B*) it ad nos *Brixius:* iam non te *B:* est *CD* 1283 PAL. *praem.* hanc iam. P. credo *L. post alios:* hanc — *A*, hac itam hic credo *P*, *cf. 1279* 1284 PLEVSICLES PALESTRIO (SERVVS *add. C*) PYRGOPOLINICES nesciam *B*, nescium *CD*, *corr. Gruterus* 1285 fecissem ultra *B* uear *B* 1285—1303 *pauca in initiis extant A* 1287—1289 *om. A, non sine detrimento orationis; certe ut leguntur integri sunt, ἐν ἤθει dicti: inhonestorum ante perfectam enuntiationem exempla prolaturus post primum se interrumpit* 1287 quoniam (q̄m) *B ut saepius* multo *CD* multam *B* acceperi *B*, *fort* accepimus (*cf. Luebbertus stud. gramm. 2, 137*) 1288 inhonestum propter amore *B* alienum, *corr. Gulielmius* 1289 achillis 1290 pelestrionem *CD* militi *B* 1291 allo *B*, a — *A*, illo *CD*, *corr. Camerarius* demutandas *B* 1293 qua *B* 1294 st *CD:* sibi *B*

hoc adeo fieri credo consuetudine.
nam ego hanc accerso Philocomasium. sed fores
pultabo. heus, ecquis hic est? PAL. Adulescens, quid est?
quid vis? quid pultas? PLEVS. Philocomasium quaerito.
a matre illius venio. si iturast, eat.
omnis moratur: navim cupimus solvere.
PYRG. Iam dudum res paratast. i, Palaestrio,
aurum, ornamenta, vestem, pretiosa omnia
duc adiutores tecum ad navim qui ferant.
omnia conposita sunt quae donavi: auferat.
PAL. Eó. — PLEVS. Quaeso hercle propera. PY. Non morabitur.
quid istuc, quaeso? quid oculo factumst tuo?
PLEVS. Habeo equidem hercle oculum. PYRG. At laevom dico.
PLEVS. Eloquar.
maris causa hercle hoc ego oculo utor minus,
nam si abstinuissem amare, tamquam hoc uterer.
sed nimis morantur me diu. PYRG. Eccos exeunt.

PAL. Quíd modi flendó quaeso hodie fácies?

PHILOCOMASIVM

Quid ego ní fleam? IV 8
ubi pulcherrume egi aetatem, ábeo. PAL. Em hominem tibi,

1295 *del. Guietus* 1297 et quis *B* 1298 quid *etiam A* uis *Ritschelius* (ueis): u— *A*, tu es *CD*, tu ais *B* 1299 itura sedeat *B* 1300 omni— *etiam A* nauem *B* absoluere *CD* 1301 iandu— *A* paratast i *Seyffertus:* paratas si *B*, paratast *CD* 1302 pretiosa omnia *Bothius:* preciose (-um *CD*) omne ut ferat *P*, *in fine* i *vel* a *A* 1303 duc *A:* dum *P* nauem qui pereant *B* 1304 au[ferat] *AB:* ut ferat *CD* 1306 *A n. l.* quia *B* quid oculus factus tuo *B* 1307—1322 *paucissima in extremis versibus extant* (*1308—1310 nihil*) *A* 1307 PL. *D*²: PA. *B* equidem hercle *cf. Luchsius Herm. 13, 500* *argutatur Pleusicles: interrogaverat περὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ, de amisso scilicet, respondet ἔχω ὀφθαλμόν. non recte Seyffertus ad Pers. 794 p. 166 Sch., cf. Vssingius* dica *B* 1308 maris *Merula:* mar- *A t. Loewio,* moris *P* ego ς: ago *CD*, *om. B* minus *Camerarius:* minem 1309 abstinuisset (-a et *B*) amare *Muretus, qui verborum lusum explicavit* (*cf. Ribbeckius*)*:* amorem *codd.*, *qui accusativus nominis quo quis* (*se*) *abstinet a Plauto alienus est* (*aliter Aul. 344 et* manum abstinere); *cf. Curc. 180* tamquam ς: quem tam quam utere 1310 medium *B* PY. *om.* 1311 PALESTRIO PHILOCOMASIVM PLEVSICLES PYRGOPOLINICES fendo [n]i *A:* ne *P* 1312 pulcherrume aegetatem (egaetatum *C*¹, —em *C*²) *CD*, pulcherrimam etatem *B* abeo. P. em *L. post alios:* uideo PA. ab eo *B* (*cf.* uideo *v. sq.*), abeo (habeo *D*) PA. mum *CD*; *de constructione cf. Stich. 142* hominem *CD*, —m *A:* homine *B*

qui a matre et sorore venit. PHIL. Video. PYRG. Audin, Palaestrio?
PAL. Quid vis? PYRG. Quin tu iubes ecferri ómnia quae isti dedi?
PLEVS. Philocomasium, salve. PHIL. Et tu salve. PLEVS. Materque et soror
tibi salutem me iusserunt dicere. PHIL. Salvae sient.
PLEVS. Orant te, ut eas, ventus operam dum dat, ut velum explicent;
nam matri oculi si valerent, mecum venissent simul.
PHIL. Ibo; quamquam invita facio, impietas sit nisi eam. PLEVS. Sapis.
PYRG. Si non mecum aetatem egisset, hodie stulta viveret.
PHIL. Istuc crucior, a viro me tali abalienarier,
nam tu quemvis potis es facere ut afluat facetiis;
et quia tecum eram, propterea ánimo eram ferocior:
eam nobilitatem amittendam video. PYRG. Ne fle. PHIL. Non queo,
quom te video. PYRG. Habe bonum animum. PHIL. Scio ego quid doleat mihi.
PAL. Nam nil miror, si libenter, Philocomasium, hic eras,
⟨si⟩ forma huius, mores, virtus, animum attinuere hic tuom,
quóm ego servos quando aspicio hunc, lacrumo quia diiungimur.
PHIL. Obsecro licet complecti prius quam proficisco? PYRG. Licet.
PHIL. O mi ócule, o mi ánime. PAL. Obsecro, tene mulierem,

1313 uenite PHI. uideom *B* PAL. *C*, *spat. B* audistis in *B*, àudistin *CD*, *corr. Guietus* 1314 quin tu *CD:* qui intus *B* efferri *CD:* et fori *B* isti quae *Ritschelius*, *cf. 1338* 1316 sibi dicere *cf. 848* 1317 eant uentus *CD*, aduentus *B* opheram dum dant *B* ut uelum explicent *ς:* —m [e]xplicent *A*, ut uallam (ut ut uallem *B*) explicet *P* 1318 oculis ualerent *B* moechum (haec nunc *B*) uenissent (cenissent *CD*) simul est *P*, —simul *A* 1319 inuitam *B* facio omni pietas scio (sit eo *CD*). PLEV (*spat. CD*) chant sapis *P*, —sapis *A*, *corr. Brixius* (impietas *Bothius; corruptelae initium factum per* faciom, *cf. 1312. 1324. 1332*) 1320 uiuere *B*, -ret *A* 1321 tali me abalienarier *C*, et alia aliaenarier *B* 1322 quemuis potissis *Nonius 305*, quamuis potis es (est *B*) afluat *A:* fluat *P*, *Nonius* facetis *P* 1322–1393 *deest A* 1323 propter *B* animo *Nonius:* animum (nimio *Mercerus*) ferocior *testatur Nonius:* ferotior *CD*, fortior *B* 1324 amittendam *om. CD* uide omnia hec fle (flet *B*) PHI. (*spat. CD*) nonqueo (nequeo *BC*), *corr. Camerarius* (uideo) *et Lindemannus* 1325 PYR. *Ritschelius: om.* PH. *Bothius:* PA. *B*, *spat. CD* ego inquit, *cf. 1343* 1326 hic: cum hoc *Brixius* 1327 ⟨si⟩ *Buggius* formam huius morem uirtus hic animum attinere hic tuum, *corr. Pylades*, *Camerarius* (*cf. ad 323*) 1328 cum *B*, quem *CD* lacrumum, *corr. Ribbeckius* quiadiungitur, *corr. Camerarius* 1329–1332 *nomina om. praeter* PH. *v. 1330* 1329 conpleti *CD* proficiscor *ς* (*Merc. 939. 946*) 1330 oh mihi oculi, *corr. Lorenzius* mei *CD* o meum cor *adicit Muellerus* tene *Gruterus:* te

ne adfligatur. Pyrg. Quid istuc quaesost? Pal. Quia abs te abit, animo male
factum est huic repente miserae. Pyrg. Curre intro atque ecferto aquam.
Pal. Nihil aquam moror, quiescat malo. ne interveneris,
quaeso, dum resipiscit. Pyrg. Capita inter se nimis nexa hisce habent.
non placet. labra ab labellis aufer, nauta, cave malo.
Plevs. Temptabam spiraret an non. Pyrg. Aurem admotam oportuit.
Plevs. Si magis vís, eam omittam. Pyrg. Nolo, retine. Plevs. At ultro misero.
Pyrg. Exite atque ecferte huc intus omnia quae isti dedi.
Pal. Etiam nunc saluto te, ⟨Lar⟩ familiaris, prius quam eo.
conservi conservaeque omnis, bene valete et vivite,
bene quaeso inter vos dicatis mi med absenti tamen.
Pyrg. Age, Palaestrio, bono animo es. Pal. Eheu, nequeo quin fleam,
quom abs te abeám. Pyrg. Fer aequo ánimo. Pal. Scio ego quid doleat mihi.
Phil. Sed quid hoc? quae res? quid video? lux, salve *
Plevs. Iam resipisti? * Phil. Obsecro, quem amplexa sum
hominem? perii. sumne ego apud me? Plevs. Ne time, voluptas mea.
Pyrg. Quid istuc est negoti? Pal. Animus hanc modo hic reliquerat.
+ metuoque ut timeo, ne hoc tandem propalam fiat nimis.

1331 atfligatur *CD* istuc quaepost qui abste, *corr. Seyffertus* malae *CD* 1332 miserat currit et intro (introm *C*, intrem *B*) atque certo (cereo *D*) aquam, *corr. ς, Seyffertus* 1333 PA. *ς:* PH. quiescat *Luchsius:* quot *CD*, quod *B* 1334 PYR. *praem., corr. Palmerius* respicit uexam hinc habet, *corr. Camerarius* (hisce *Fleckeisenus*, hinc *i. e.* hisc) 1335 labra (-am *BC*) ablauellis aufer *Muellerus:* fer nauta caue malum *Buggius:* inaut acemalum *CD*, admacellum *B; malo Lorenzius, v. ad Bacch. 463; ceterum* nauta (*cf. 1430*) *incerta emendatio* (aufer, nisi quaeris malum *Seyffertus*) 1336 spirarent, *corr. Camerarius* non aurem at nostam *CD*, non aut eum ad nostam *B*, *corr. Pareus; fuisse videtur* adpostam (*cf. Herm. 18, 580*), *sed apponere Plauto fere est* καταπιθέναι hoportuit *CD*, hoc oportuit *B* 1337 *nomina om., corr. Merula, Gruterus* eam omittam *Ritschelius:* amo mittam retineat flo miser, *correxi; possis* omisero, *sed cf. 444 sq. 453 sq. Poen. 1397 Rud. 1015*); *sic demum quid sequens versus sibi velit intellegitur* 1338 hec ferte isti quae *Taubmannus cf. 1314* 1339 ⟨Lar⟩ *Bothius* ero 1341 mei med *L.:* et me; *cf. ad Amph. 826, Vahlenus Herm. 17, 600* 1342 est heu, *corr. Taubmannus* neque quin (quiin *CD*) fleat 1343 *hiatus nullus est cf. 1325* 1344 queris quod, *corr. Camerarius, Seyffertus* (quid *ς*) uix *B fort. Pleusicles respondit* ⟨et tu, lux mea⟩ 1345 ⟨Philocomasium⟩ *Ritschelius; potius post interrogationem alta voce prolatam aliquid blandimenti adiecit* 1346 *talis sententia desideratur:* rediit animus qui hanc reliquerat 1347 ut: et *ς, vulgo Ritschelius aliquid ante hunc versum intercidisse coniecit; fortasse initium potius*

PYRG. Quid id est? PAL. Nos secundum ferri nunc per urbem haec omnia,
ne quis tibi hoc vítio vortat. PYRG. Mea, non illorum dedi:
parvi ego illos fácio. agite, íte cum dis benevolentibus.
PAL. Tua ego hoc causa dico. PYRG. Credo. PAL. Iam vale. PYRG. Et tu bene vale.
PAL. Ite cito, iam ego adsequar vos: cúm ero pauca volo loqui. —
quamquam alios fideliores semper habuisti tibi
quam me, tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium;
et, si íta sententia esset, tibi servire malui
multo, quám alii libertus esse. PYRG. Habe bonum animum.
PAL. Eheu, quom venit mi in mentem, ut mores mutandi sient,
muliebris mores discendi, obliscendi stratiotici.
PYRG. Fac sis frugi. PAL. Iam non possum, amisi omnem lubidinem.
PYRG. I, sequere illos, ne morere. PAL. Bene vale. PYRG. Et tu bene vale.
PAL. Quaeso memineris, si forte liber fieri occeperim
(mittam nuntium ad te), ne me deseras. PYRG. Non est meum.
PAL. Cogitato identidem, tibi quam fidelis fuerim.
si id facies, tum demum scibis, tibi qui bonus sit, qui malus.
PYRG. Scio et perspexi saepe. PAL. Verum cum antehac, hodie maxume
scies: immo hodie me tuom factum faxo post dices magis.
PYRG. Vix reprimor quin te manere iubeam. PAL. Cave istuc feceris:
dicent te mendacem nec verum esse, fide nulla esse te,
dicent servorum praeter me esse ⟨hic⟩ fidelem neminem.

---

sic restituendum est: sct surge. ut timeo propalam *Camerarius:* pro alla *CD*. proilla *B* 1350 istuc *Luchsius* uitio *om. B* 1351 paruos *B* alios *Bothius* age *Weisius, cf. ad Aul. 168* ite cum: tecum *B* 1352 credo iam uale *militis, corr. ς* 1353 uos adsequar *B* ero *ς:* ego uolo loqui *Ritschelius:* eloqui 1354 fidelioris *CD* 1355 gratia *CD* 1356 ita si *Lachmannus* maui *CD*, mauelim *ς; cf. Solmsen stud. z. lat. lautgesch. 55. perfectum quale v. 1112, Rud. 378* 1357 libertatis *B* esset habeo habeto animum bonum *Bothius, cf. Epid. 601,* habe bonum animum ⟨modo⟩ *Muellerus, cf. ad 1236* 1358 eheu *L.:* haeum; *cf. 1342* quom — sient *om. B* com moris sint 1359 moris *CD* obliuiscendi stratiosi *B*, stratiost *CD, corr. Scutarius* 1362 queso *B:* quaeso ut (ot *ante correcturas*) *CD, cf. Caesar diss. Arg. 11, 307* fieri occeperit 1363 attene me *CD*, atbene ne *B* 1364 dent idem 1365 sciuisti qui *B* 1366 PAL. *om.* ⟨tum⟩ hodie *ς* 1367 PAL. *praem.* me tuom *L.:* meorum *CD*, eorum *B; cf. 615 Poen. 1218, Herm. 18, 585* 1368 mare *CD* 1369 esset fide nulla *ς:* fidele nulla *CD*, fidelent ulla *B* 1370 dicant; *cf. Merc. 662 Rud. 1098* esset hic *adieci*

nam si honeste censeam te facere posse, suadeam;
verum non potest. cave fáxis. Pyr. Abi iam. Pal. Patiar quidquid est.
Pyrg. Bene vale igitur. Pal. Ire meliust strenue. — Pyrg. Etiam nunc vale.
ante hoc factum hunc sum arbitratus semper servom pessumum:
eum fidelem mi esse invenio. cum egomet mecum cogito,
stulte feci qui hunc amisi. íbo hinc intro nunciam
ad amores meos. sed, sensi, hinc sonitum fecerunt foris.

PVER IV 9

Ne me moneatis, memini ego officium meum,
ego + nam conveniam illum, ubi ubi est gentium;
investigabo, óperae non parcam meae.
Pyrg. Me quaerit illic. ibo huic puero obviam.
Pver. Ehem, te quaero. salve, vir lepidissime,
cumulate commoditate, praeter ceteros
duo dí quem curant. Pyrg. Qui duo? Pver. Mars et Venus.
Pyrg. Facetum puerum. Pver. Intro te ut eas obsecrat,
te volt, te quaerit, teque exspectans expetit.
amanti fer opem. quid stas? quin intro is? Pyrg. Eo. —
Pver. Ipsus illic sese iam impedivit in plagas;
paratae insidiae sunt: in statu stat senex,
ut adoriatur moechum, qui formast ferox,
qui omnis se amare credit, quaeque aspexerit
mulier: eum oderunt qua viri qua mulieres.
nunc in tumultum ibo: intus clamorem audio. —

1371 censeat 1372 abilam *CD* quitquit *CD* patiar quidquid est *Palaestrioni dedi, codd. militi* 1373 *utramque valedictionem servo, mediam adhortationem militi dedit Camerarius; mihi multo facetior codicum distributio videtur. semet ipse exhortatur, cf. e. g. Stich. 280, Ar. Ach. 485* melius est trenue 1374 huc sum 1375 fidele *CD* inuento ego et, *corr. Lambinus* 1376 fecit amisit uinciam *B* 1377 at mores sed *Acidalius:* et sensit 1378 PYRGOPOLINICES MILES. PVER *B*, *om. CD* (PVER PYRGOPO *D*²) nemini *B* 1379 *fort.* ego ecficiam, c., *cf. Pseud. 910 Truc. 711* (ego iam *Camerarius*, ego iamiam c. illunc *Ritschelius*) 1380 inbestigabo (inuestigauero *Muellerus*) parco mene *B* 1381 illic ibo huic *CD:* ilico hinc *B; neque* ilico *aptum est neque* illic *abici debet;* huic *bisyllabum* (ibo ego *Brixius*) 1382 ehm *B*, echem *D* salue *om. CD* 1384 mars et: arse *B* 1385 intra te ut ea *B* 1386 te exspectat *B* petit *CD*, *om. B*, *corr. Pareus* 1387 quin *Merula:* quid 1388 sese *Pylades:* ese *B*, se *CD* 1389 status ad senex *B* 1390 ut domatum *Nonius 305* mecum, *item Nonius* forma est *Nonius:* forma si 1391 omni *B* quemque *CD* 1392 mulieres eum *CD*, mulierem *B*, *corr. Camerarius* quasi uiri *B* mulieris

PERIPLECTOMENVS V

Dúcite istum; si non sequitur, rápite sublimén foras,
facite inter terram atque caelum ut sit ⟨situs⟩, discindite.

PYRGOPOLYNICES

Obsecro hercle, Periplectomene, te. PER. Nequiquam hercle obsecras.
vide ut istic tibi sit acutus, Cario, culter probe.

CARIO

Quin iamdudum gestit moecho hóc abdomen adimere,
ut ea iam quasi puero in collo pendeant crepundia.
PYRG. Perii. PER. Haud etiam, numero hoc dicis. CAR. Iamne in hominem involo?
PER. Immo etiam prius vérberetur fustibus. CAR. Multum quidem.

* *

PER. Cur es ausus subigitare álienam uxorem, impudens?
PYRG. Ita me di ament, ultro ventumst ad me. PER. Mentitur, feri.
PYRG. Mane, dum narro. PER. Quid cessatis? PYRG. Non licet mihi dicere?
PER. Dic. PYRG. Oratus sum, ad eam ut irem. PER. Quor ire ausu's? em tibi.
PYRG. Oiei, satis sum verberatus. obsecro. CAR. Quam mox seco?

1394 PERIPLECTOMENVS SENEX. PYRGOPOLINICES MILES. COCVS. LORARII *B*, LORALII PERIPLECTOMENVS PYRGOPO COCVS D^2, *om.* CD^1 *accedit A* sublim̄ *B*, sublimem *CD*, *A n. l.* 1395 fac[ite] inter t[err . .]am e[t c]aelum ut s— *A t. St.*, facite *usque ad* caelum *ut P t. Loewio in fine fort. A eundem defectum habuit quem P; quem explevi* descendite *B*, *A n. l.*; distendite *Scaliger, cf. 1407* 1396 periplectomen[e *ACD:* periplecto mane *B* nec quicquam *B*, *A n. l.* 1397 inde sit tibi acutus clarior culter probe '*Servius*' *in Don. gramm. l. 4, 542 contra AP* a]cutus *A*, *Servius:* actus 1398 C. *om.* meco *B*, *A n. l.* abdomo *B*, *A n. l.* 1399 ut faciam qua[si] *AP*, *correxi* pendeat *B*, *A n. l.* 1400 per[i] *A* [h]aud *A:* aut *P* hoc *delet Bachius* (*Studemundi stud. 2, 283*) *collato Cas. v. 646, probabiliter; fort.* iamne hoc (= huc) in hominem inuoco *P*, *A n. l.*, *corr.* ς 1401 P. *om.* [ue]rb[eretu]r *A:* ueretur *BC*, ferotur *D* CA. *Camerarius: spat. P* (*A n. l.*) *versum qui sequitur om. P; haec comparent:* agite . . c . . . . . ams . . . . s . . . sor . . f . . . m— *A* 1403 u[entum e]st a[d *A*, uentumst ad *CD*, uentu stat *B* 1405 *om. A* dic oratus *CD*, decoratus *B*, *corr.* ς ad eam ut irem *Ribbeckius, Seyffertus:* ad te amuttire *CD*, ad te uenirem *B* PER. D^2: PY *B*, *spat. CD* quor ire *Seyffertus:* quirere *CD*, quare *B* 1406 P. *om.* oiei *A:* olei *P; cf. Ter. Eun. 716 Phorm. 663* CA. *Camerarius:* PER. BD^2, *spat. A*, *om.* CD^1 seco *A:* ego *P*

PER. Vbi lubet: dispennite hominem divorsum et distendite.
PYRG. Obsecro hercle te, ut mea verba aúdias prius quam secat.
PER. Loquere. PYRG. Non volui nec factum est: viduam hercle esse censui,
itaque ancilla, conciliatrix quaé erat, dicebat mihi.
PER. Iura te non nociturum esse hómini de hac re nemini,
quod tu hódie hic verberatu's aut quod verberabere,
si te salvom hinc amittemus Venerium nepotulum.
PYRG. Iuro per Iovem et Mavortem, me nociturum nemini,
quod ego hic hodie vapularim, iureque id factum arbitror;
et si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia.
PER. Quid si id non faxis? PYRG. Vt vivam semper intestabilis.
CAR. Verberetur etiam, postibi amittendum censeo.
PYRG. Di tibi bene faciant semper, quom advocatus mihi venis.
CAR. Ergo des minam auri nobis. PYRG. Quam ob rem? CAR. Salvis testibus
ut te hódie hinc amittamus Venerium nepotulum;
aliter hinc non ibis, ne sis frustra. PYRG. Dabitur. CAR. Magis sapis.
de tunica et chlamyde et machaera ne quid speres, non feres.
CAR. Verberon etiam, an iam mittis? PYRG. Mitis sum equidem fustibus.
opsecro vos. PER. Solvite istunc. PYRG. Gratiam habeo tibi.

1407 P. *om.* dispennite *testatur Nonius 9:* d[ispen]ḍ[ite *AB*, distendite *CD* diuersum *Nonius, A n. l.* disṭendiṭẹ *A, Nonius:* dispendite *P;* distennite *Meursius* (*Donatus Phorm. 2, 2, 16*) 1409 loquere non dum niliblo factus *B*, loquere nondum donec factum est *CD*, loquere *et post 17 litterarum spatium* sṭ *A*, *correxi* (*haec militis esse indicavit Studemundus;* non uolui *scil.* subigitare alienam uxorem, *ad quam quaestionem respondere nondum satis potuerat; sed verbum sane incertum*) hercle *A: om. P* 1411 non *om. A* homini *A:* hominem *P* nemini *B:* nemin . *A*, neminem *CD* 1412 ḥọḍịẹ ḥịç *AP:* hic hodie *Bothius, cf. 1415* uerberabere *A:* uerberare *P* 1413 amittimus *Priscianus 1, 102*, mittemus *A*, mittimus *P, corr. Bothius, cf. 1421* 1414 iouem [et mauo]rtem *A, Studemundus:* idam (-um *B*) et martem *P* 1415 uapularim iureque id *Camerarius:* uapularim – *A*, uapularim iurequi *B*, uapulo sed mihi id eque *CD* 1416 i]ntestatus non *AP;* hinc non a. intestatus *Ritschelius* habeo *P* 1417 PY.: *spat. om. A* semper uiuam *A* 1418 LOR *B: om. CD* postibi amittendum *A:* post tibi amitte dum *P* 1419 bine *A* mihi uenis *L.:* mihi benest *A*, bene mihi es (adest *B*) *P* 1420 LOR *B:* PER. D^2, *om. CD; item sq. et 1422* 1421 *sic AP* 1422 non eibis *A:* a nobis *P* 1423 ḍẹ ṭu[n]ịçạ[ṃ] *A*, det tunicam *B* chl[a]ṃỵ[d]ẹ *A:* clamide *CD*, clamidem *B* [mac]ḥ[aer]a *A:* macra *P* 1424 LOR. *B:* PYR. D^2, *spat.* D^1, *om. C* PER. Etiam D^2 an iam mittis *Brixius et fort. A:* anim amittis *B*, animam amittis *CD* mitissime quidem *B et Noni 343* (*s.* mitis) *codicum pars; A n. l.* 1425 PER. *praem.* istunc *A:* istuc *B*, istum *CD* gratiam *AP, cf. Capt. 373*

PER. Si posthac prehendero ego te hic, carebis testibus.
PYRG. Causam haud dico. PER. Eamus intro, Cario. — PYRG. Servos meos
eccos video. Philocomasium iam profecta est? dic mihi.

SERVVS

Iam dudum. PYRG. Ei mihi. SER. Magis dicas, si scias quod ego scio.
nam ille qui lánam ob oculum habebat ⟨laevom⟩, nauta non erat.
PYRG. Quis erat igitur? SER. Philocomasio amator. PYRG. Qui tu scis? SER. Scio.
nam postquam porta exierunt, nil cessarunt ilico
osculari atque amplexari inter se. PYRG. Vae misero mihi,
verba mihi data esse video. scelus viri Palaestrio,
is me in hanc inlexit fraudem. iure factum iudico;
si sic aliis moechis fiat, minus hic moechorum siet,
magis metuant, minus has res studeant. eamus ad me. plaudite.

1426 carebis testibus *A:* arebo cestibus *P* 1427 haud *A:* aut *P* ca]r[io *A:* carios *P* 1429 *servo Sceledro nomen dedit D*[2], *nullum CD; in B hic nota est* E, *in sequentibus nulla* magis id *Bentleius* 1430 illic *A, cf. 262* lanam ob oculum habebat *P:* ob oculum habebat l— *A;* laeuom *adieci* 1431 S. *D*[2]*: om.* P. *D*[2]*: om* S. *D*[2]*:* PYR 1432 portam *A, cf. ad Capt. 519* 1433 ue *P* 1434 uir *P* 1435 in hanc iniexit (*non* inlexit) fraudem *A,* hinc illexit fraude *CD,* inlexit fraude in *B* iure — *1437* studeant *servo Bothius dedit, cf. Vssingius* 1436 si *A:* sic *P* mocchis *A:* moechus *CD,* moecus, *deinde* moecorum *B* fuit *P* 1437 studeat *B, A n. l.* at *P, A n. l.* — MAC[CI] — PLAVTI | [MI]LES GLORIOSVS EXP — | IN— MENAECHM — FELICITER *A,* PLAVTI MILES GLORIOSVS EXPLIC INCIPIT MERCATOR *P*

MOSTELLARIA

MOSTELLARIA

ARGVMENTVM

Manu misit emptos suos amores Philolaches
Omnemque absente rem suo absumit patre.
Senem ut revenit ludificatur Tranio:
Terrifica monstra dicit fieri in aedibus
Et inde + primum emigratum. intervenit
Lucripeta faenus faenerator postulans.
Ludosque rursum fit senex; nam mutuom
Acceptum dicit pignus emptis aedibus.
Requirit quae sint: ait vicini proxumi.
Inspectat illas. post se derisum dolet,
Ab sui sodale gnati exoratur tamen.

INCIPIT PLAVTI MVSTELLARIA *B*; ARGVMENTVM *D* 2 absimit, *corr.* B^2 4 sileri (si *i. ras. 3 litt. B*), *corr. Gruterus* 5 pridem *Bothius* 8 acceptum tum, *corr. Camerarius* 11 exorator, *corr.* B^2

PERSONAE

TRANIO servus
GRVMIO servus
PHILOLACHES adulescens
PHILEMATIVM meretrix
SCAPHA ancilla
CALLIDAMATES adulescens
DELPHIVM meretrix
THEOPROPIDES senex
MISARGYRIDES danista
SIMO senex
PHANISCVS servus
servi alii

SCAENA ATHENIS

Phasma *fabulam noi nat Festus 162*

GRVMIO I 1

Exi e culina sis foras, mastigia,
qui mi inter patinas exhibes argutias.
egredere, erilis permities, ex aedibus.
ego pol te ruri, si vivam, ulciscar probe.
exi, inquam, nidor, e culina. quid lates?

TRANIO

quid tibi, malum, hic ante aedis clamitatiost?
an ruri censes te esse? abscede ab aedibus.
abi rús, abi dierecte, abscede ab ianua.
em, hocíne volebas? Gr. Perii. cur me verberas?
Tr. Quia vivis. Gr. Patiar. sine modo adveniat senex.
sine modo venire salvom, quem absentem comes.
Tr. Nec veri simile loquere nec verum, frutex,
comesse quemquam ut quisquam absentem possiet.
Gr. Tu urbanus vero scurra, deliciae popli,
rus mihi tu obiectas? sane hoc, credo, Tranio,
quod te in pistrinum scis actutum tradier.
cis hercle paucas tempestates, Tranio,
augebis ruri numerum, genus ferratile.
nunc, dum tibi lúbet licetque, pota, perde rem,
corrumpe erilem ádulescentem óptumum;

GRVMIO · TRANIO · SERVI · II · *B*, TRANIO GRVMIO SERVI DVO *D* *personarum notas praebent fere* BD^2 2 exibes *BD* 3 herilis *B*, heriles *CD* permicies *CD*, pernities B^2 5 nidore cupinam (ł culinę B^2 *mg.*) *corr. Pylades; κνῖσα, ut alibi καπνός* (*schol. Vesp. 325, Damox. ap. Athen. 3, 102 v. 44*), *κονιορτός, ζωμός* 6 clamat iosi (ł as *sup.* at B^1), *corr. Acidalius* 8 directe CB^2 9.10 en *BD*, in *C* qur *B* 12 sine: ne *Nonius 81* saluum *Nonius*, B^2*:* saluos B^1, saluus *CD* 13 ueri *B:* uenum (ueñ) *CD* 14 posset B^1C, possit DB^2 15 ueros cura B^1 populi CDB^2 16 obiecta B^1 hoc *sup. scr. B: om. CD* 17 sis 20 tibi *del. Guietus* iubet B^1D^1 21 erilem *ἀπὸ κοινοῦ positum videtur ad* rem *et* adulescentem, *cf. 28;* erilem *esse putavit erilem filium auctor argumenti I in Pseud. v. 6. possis* corrumpe ⟨porro⟩

dies noctesque bibite, pergraecamini,
amicas emite liberate, pascite
parasitos, obsonate pollucibiliter.
haecine mandavit tibi, quom peregre hinc it, senex?
hocine modo hic rem curatam offendet suam?
hocine boni esse officium servi existumas,
ut eri sui corrumpat et rem et filium?
nam ego illúm corruptum duco, quom his factis studet;
quo nemo adaeque iuventute ex omni Attica
antehac est habitus parcus nec magis continens,
is nunc in aliam partem palmam possidet.
virtute id factum tua et magisterio tuo.
TR. Quid tibi, malum, me aut quid ego agam curatiost?
an ruri quaeso non sunt, quos cures, bovis?
lubet potare, amare, scorta ducere.
mei tergi facio haec, non tui fiducia.
GR. Quam confidenter loquitur. TR. At te Iuppiter
dique omnes perdant, fu, oboluisti alium.
germana inluvies, rusticus, hircus, hara suis,
caeno κοπρῶν commixte. GR. Quid vis fieri?
non omnes possunt olere unguenta exotica,
si tú oles, neque superiores accumbere
neque tam facetis quam tu vivis victibus.
tu tibi istos habeas turtures piscis avis,
sine me aliato fungi fortunas meas.
tu fortunatu's, ego miser: patiunda sunt.
meum bonum me, te tuom maneat malum.

---

22 pergrecaminei 24 pollucibiliter *B*, *gloss. Plaut.*: pollucibiter *CD* 25 it *Bothius* (ς): ut 26 hoccine *CDB*² (27 *C*) 28 rem et *B*: semet *CD* 29 dico *B*², *cf. Bacch. 485* 31 pacus n. m. contineas *B* 36 iubet *B*¹*D* deducere *B*¹ 38 *sq. cf. Herm. 18, 564 sq.* 38 loquitur *et sq. versu* fu *Ritschelius:* loquitur fue (fut *C*) 39 fu: *om.*, fufae *Goetzius et Loewius; cf. Cas. 727 Pseud. 1294* obolusti *B*¹ allium *CDB*² 40 rusticus (*test. Donatus in Phorm. 4, 4, 29*) *iure improbavit Ritschelius:* stercus *Bergkius op. 1, 678, cf.* stircus *in lege Lucerina CIL. 9, 782, 1* sui 41 canem (-am *D*¹) capran (capram *CDB*²) commixtam, *correxi; cf. Pers. 407, Poen. 826* 43 superior *CD*, superior quam erus *B*, *correxi* 44. 45 iam f. quantitu *B ante corr.* *lacunam ante hunc v. statuit Ritschelius; videtur* tam facetis uictibus *dictum esse ut* tam uili tritico *Mil. 321* 46 *de dub. nom. 592* Pl. 'tu tibi habeas hos turtures', *Serv. buc. 1, 58* Pl. 'tibi obustos turtures' (*uterque genus testantes*) aueis *B*¹ *ciborum mirus ordo* 47 aleato 48 patienda *B* 49. 50 TRA. *praem. B, om. v. sq.*

TR. Quasi invidere mi hoc videre, Grumio,
quia mihi bene est et tibi male est; dignissumumst:
decet me amare et te bubulcitarier,
me victitare pulchre, te miseris modis.
GR. O carnuficium cribrum, quod credo fore,
ita te forabunt patibulatum per vias
stimulis ⟨carnufices⟩, si huc reveniat senex.
TR. Qui scis, an tibi istuc evenat prius quam mihi?
GR. Quia numquam merui, tu meruisti et nunc meres.
TR. Orationis operam compendi face,
nisi te mala re magna mactari cupis.
GR. Ervom daturin estis, bubus quod feram?
date, si non estis. agite, porro pergite
quoniam occepistis: bibite, pergraecamini,
este, ecfercite vos, saginam caedite.
TR. Tace atque abi rús. ego ire in Piraeum volo,
in vesperum parare piscatum mihi.
ervom tibi aliquis cras faxo ad villam adferat.
quid est? quid tu me nunc optuere, furcifer?
GR. Pol tibi istuc credo nomen actutum fore.
TR. Dum interea sic sit, istuc actutum sino.
GR. Ita est. sed unum hoc scito: nimio celerius
veniet quod noles quam illud, quod cupide petas.
TR. Molestus ne sis nunciam, i rus, te amove.
ne tu [erres] hercle praeterhac mihi non facies moram. —
GR. Satin abiit neque quod dixi flocci existumat?
pro di immortales, obsecro vostram fidem,
facite, huc ut redeat noster quam primum senex,

---

52 dignis summus *B* 53 decet *B*, *Nonius 79:* licet *CD* bubulcitare *Nonius* 55 carnificum (u *s. scr. B*), *corr. Pylades; cf.* pontificius 57 stimulus B^1 *supplevi; fort.* ⟨carn. duo⟩, *cf. Pseud. 332 Stich. 443* 58 eueniat, *cf. Bacch. 144* 62 seruom B^1, seruum *CD* daturi, *corr. Pylades* bobus *CD* 63 data es inonestis *B:* dataes inhonestis (-te *C*) *CD;* l date aes B^2 *mg.* 64 occepisti CDB^2 bibi CDB^1 65 ecferute *CD*, ec ferite *B*, *corr. Camerarius* 66 pyreum *CD* 69 quod tu *B* optuēre *cf. 837, ad Bacch. 668*[a] 71 inter eas 72 *et* ita est *et quae sequitur sententia ostendit intercidisse saltem Tranionis verba talia: nescis num erus rediturus sit* scelerius B^1, ceclerius *C* 73 ueniet quod noles (uenit *Bentleius*, nolis *Ritschelius*) *L.:* uenire quod moleste illuc B^1C quo B^1 75 G., 76 TR., 77 G. D^2 (*spat.* CD^1), *tantum* 77 GRV *B*, *corr. Camerarius* 75 [erres] *Spengelius;* ne tu erres *Camerarius* 76 quo B^1

triennium qui iam hinc abest, prius quam omnia
periere, et aedis et ager; qui nisi huc redit,
paucorum mensum sunt relictae reliquiae.
nunc rus abibo. nam eccum erilem filium
video, corruptum ex adulescente optumo. —

PHILOLACHES I 2

Recórdatus múltum et diú cogitávi
argúmentaque in pectus institui multa
ego, átque in meó corde, si ést quod mihí cor,
eám rem volútavi et diú disputávi,
hominém cuius réi, quandó natus esset,
similem ésse arbitrárer simulácrumque habére:
id répperi iam exémplum.
novárum aedium ésse arbitrór similem ego hóminem,
quandó natus ést. ei rei argúmenta dícam.
[atque hóc haud vidétur verí simile vóbis,
at ego id faciam esse ita ut credatis.]
[proféсto ita esse út praedicó vera víncam.]
atque hóc vosmet ipsi, sció, proinde utí nunc
ego ésse autumó, quando dícta audiétis
mea, haud áliter id dicétis.
auscúltate, argúmenta dúm dico ad hánc rem:
simúl gnarurís vos volo ésse hanc rem mécum.

aedés quom extempló sunt parátae, expolítae,
factaé probe examússim,
laudánt fabrum atque aedés probant, sibi quísque inde exemplum éxpetunt,
sibi quísque similis vólt suas, sumptum óperam ⟨non⟩ parcúnt suam.

---

80 pertere *CD* huc: nunc *Ritschelius* 81 mensuum 82 equum *B* 83 corrumptum D^1 adulescentem B^1 PHILOLACHES ADOLESCENS (AD. *om.* D^2) BD^2 85 multa institui, *correxi* 86 *fort.* crebroque in 86. 87 *eiecit Ritschelius; iure Vssingius contulit Mil. 786, nisi quod* recordatus *iam ad cor pertinet* 88 est, *correxi* 91 arbitro B^1, arbitor *D* 92 quando *Lorenzius:* quando hic; *i. e.* quandoc (*Seyffertus*), *cf. Men. 984* *cf. Trin. 522* 93 *sq. quinque versuum* (*96—100*) *duae dittographiae; cf. Ritschelius, Vssingius* 94 *fort. anapaesti* 95 *sq. disp.:* Profecto — ipsi | Scio — autumo | Quando — dicetis (*scil. v. 95 postea inlatus*) 95 esse ita *Bentleius* 100 uos *Camerarius:* uo 102 examissum B^1 103 expetant B^1 104 sibi quisque simile suo is sua sumptum (sumptu *B*, sumptus C^1) operam parcunt (pascunt CDB^2, parsunt B^1 *mg.*) suam, *corr. Ritschelius* (uolt), *Spengelius* (suas), *Hermannus* (non)

átque ubi illo ímmigrat néquam homo, indíligens
cúm pigra fámilia, immúndus, instrénuos,
hic iam aédibus vitium ádditur, bonaé cum curantúr male;
átque illud saépe fit: témpestas venit,
cónfringit tégulas ímbricesque: ibi
dóminus indíligens réddere aliás nevolt;
vénit imber, pérlavit párietes, pérpluont,
tígna putéfacit, pérdit operám fabri:
néquior fáctus iam est úsus aedium.
átque ⟨ea⟩ haud ést fabri cúlpa, sed mágna pars
mórem hunc induxérunt: si quid númmo sarcirí potest,
úsque mantánt neque id fáciunt, donicum
párietes ruont: aédificantur aédes totae dénuo.

haec árgumenta ego aédificiis díxi; nunc etiám volo
dicére, ut homines aédium esse símilis arbitrémini.
primúmdum paréntes fabrí liberúm sunt:
ei fúndamentúm substruont liberórum;
extóllunt, paránt sedulo ín firmitátem
et ut in usum boni et in speciem †
popló sint sibíque, haud matériae repárcunt
nec súmptus ibí sumptuí esse dúcunt;
expóliunt: docént litterás, iura léges,
sumptú suo et labore
nitúntur, ut alií sibi esse illórum similis éxpetant.
ád legionem cum íta ⟨paratos míttunt⟩, adminiclum eís danunt
tum iam, áliquem cognatúm suom.

---

105 **indiligensque,** *corr. Pylades* 106 **strenuus** 107 **aditur** *CD* 111 **lauit,** *corr. Ritschelius, cf. Amph. 221; nomen fortius effert post 108* 112 **putrefacit,** *corr. Ritschelius* perdit *Bergkius:* per 114 ⟨ea⟩ *Hermannus* 115 morem *Lambinus:* moram hanc *CDB²* nummos acciri *B¹* 117 **edificatur** *B¹*, aedificandae *Vssingius* 118 *ante* ego • *eras.* g *B* 119 *fort.* **adicere** (*scil.* argumenta); efficere *Seyffertus* 121 ei *Gulielmius* (*fort. B¹*): et 123 usu *B* *122 sq. constructionem praepositionis singularem verbum* **extollunt** *faciliorem facit; sed adiunctus fuisse videtur v. 123 sic fere:* **et in úsum, ut boni ⟨sint,⟩ et ín speciem, ⟨ut gráti⟩** 124 populo aut neparcunt *DB²* 125 sibi ς ducunt esse *Schoellius* 126. 127 *coniuncti* 126 *fundant, extollunt, denique expoliunt, cf. 101* lege *B¹* 129 *sq. tractavit Vahlenus ind. lect. 1892, 9 sq., quem secutus v. 129 supplevi* 129 com *sup.* ita (comita) *scr.* ł tum *B* adminiculum 130 tum iam: *aedes constitutae et expolitae iam, contra tempestates, etiam adminiculantur*

eátenus. abeunt á fabris. únum ubi emeritum est stipendium,
igitúr tum specimen cérnitur, quo evéniat aedificátio.

nám ego ad illúd frugi usque ét probus fui,
in fabrorúm potestáte dum fui.
póstea quom ímmigravi íngenium in meum,
pérdidi operám fabrorum ílico oppido.
vénit ignávia, ea míhi tempestás fuit,
mi ádventu suo grándinem [imbremque] attulit;
haéc verecúndiam mi ét virtutís modum
déturbavít detexítque a me ilico;
póstilla optígere me néglegens fui.
contínuo pro imbre amór advenit [in cor meum],
is úsque in pectus pérmanavit, pérmadefecit cór meum.
núnc simul rés, fides, fáma, virtús, decus
déseruerunt: égo sum in usu fáctus nimio néquior.
atque édepol ita haec tigna úmide ⟨iam⟩ pútent: non videór mihi
sarcíre posse aedés meas, quin tótae perpetuaé ruant,
cum fúndamento périerint nec quísquam esse auxilió queat.
cór dolet, cum scio ut núnc sum atque ut fui,
quó neque indústrior dé iuventúte erat
⟨quisquam nec clárior⟩ árte gymnástica:
dísco, hastís, pila, cúrsu, armís, equo
víctitabám volup,
pársimonia ét duritia díscipulinae alifs eram,

---

131 eatenus *scil. parantur a fabris* habeunt B^1CD *versus trochaicus ut videtur* 133 *sq. disp. B:* Nam — fabrorum | Potestate — fui 133 fui frugi *Schoellius* 135 quam, *corr. Guietus* imigraui B^1, emigraui B^2 in ingenium, *corr. Bothius* 136 opido *B* 138 *fort.* ⟨et⟩ mi [imbremque] *L.* 140 detexitque *Camerarius:* texit detexitque a *del. Pius.cf. 162* 141 opticere (l optinere B^2 *mg.*) me *Lambinus, Lorenzius:* eam 142 [in cor meum] *Bothius; ex Frontone p. 27* (nam illius quidem, ut Plautus ait, amoris imber grandibus guttis non uestem modo permanauit, sed in medullam ultro fluit) *supplendum post alios* ⟨tetigit guttis grandibus⟩ 144 uirtus decusque *BD,* uirtusque decus *C, corr. Bothius* 145 usum *Lambinus, cf. ad 122 sq.* 146 ita haec DB^2C^2*:* ita hec ita C^1, ita haec •••• (*eras. non* ita) B^1 ⟨iam⟩ *Hermannus;* umiditate *Vssingius,* ita tigna umide haec *Ritschelius* putant, *corr.* B^2 uideo (-io *D*), *corr. Camerarius* 148 cum *Ritschelius:* quin cum; *fort.* dum fundamenta, *cf. 117* 151 *sq. disp.:* Arte — filia | Cursu — uolup 151 *supplevit Vssingius* 152 pila B^2 *mg.:* filia 153 uolupe CDB^2 154 parsimoniae duritia (eduritia *B*) alieis B^1

óptumi quique éxpetebant á me doctrinám sibi.
núnc, postquam nihilí sum, id vero meópte ingenio répperi.

PHILEMATIVM I 3

Iam prídem ecastor frígida non lávi magis lubénter
nec quom me melius, mea Scapha, rear esse deficatam.
Sc. Eventus rebus omnibus, velut horno messis magna
fuit. Philem. Quíd ea messis attinet ad meam lavationem?
Sc. Nihilo plus quam lavatio tua ad messim. Philol. O Venus venusta,
haec illa est tempestas mea, mihi quae modestiam omnem
detexit, tectus qua fui; tum mihi Amor et Cupido
in pectus perpluit meum, neque iam umquam optigere possum:
madent iam in corde parietes, periere haec oppido aedis.
Philem. Contempla, amabo, mea Scapha, satin haec me vestis deceat.
volo mé placere Philolachi, meo ocello, meo patrono.
Sc. Quin tu te exornas moribus lepidis, quom lepida tute es?
non vestem amatores amant [mulieris], sed vestis fartim.
Philol. Ita me di ament, lepidast Scapha, sapit scelesta multum.
ut lepide omnes mores tenet sententiasque amantum.
Philem. Quid nunc? Sc. Quid est? Philem. Quin me aspice et contempla, ut haec me deceat.
Sc. Virtute formae id evenit, te ut deceat quidquid habeas.
Philol. Ergo ob istuc verbum te, Scapha, donabo ego hodie aliqui,
neque patiar te istanc gratiis laudasse, quae placet mi.
Philem. Nolo ego te adsentari mihi. Sc. Nimis tú quidem stulta es mulier.
eho, mavis vituperarier falso quam vero extolli?

---

155 a me B^2: tamen e *B*, tam e *CD* *post h. v. talem intercidisse conicio:* id profecto per fabrorum mihi uirtutem contigit PHILEMATIVM · MERETRIX · (mulier *D*) SCAFA ANCILLA · PHILOLACHES · ADOLESCENS (*ad. om. D*) *BD* 157 mecastor *CD* 158 de•ficatam *B*, dificatam *CD* 159 *'omnia bene eveniunt, ut messis magna evenit' i. e. ridet eam quod nimium extollat lavationem suam; lusum non intellegens illa interrogat, respondet nihil lavationem ad messem attinere, i. e. parvam rem ad magnam* 161 oh 163 qua B^2: que tum *L.*: quam; *cf. 111. 142: imber venit post tempestatem, quae aedes detexerat* 164 optingere 165 hae *CD* 167 me *Bothius:* meo philolacheti 168 tute lepida (lap. *C*) *CD* (*scil.* b *sup.* tute, a *sup.* lepida *D ordini restituendo, ex archetypo, inde* lapida *C*) 169 uestis fartim *opponitur* uesti, *ascriptum* mulieris *acumen obtundit; fuit velut* ne erres fartim *item gloss. Plaut., cf. Skutschius Berl. phil. wochenschr. 1894, 138;* fartum *Saracenus* 170 lepida, *corr. Gruterus* 171 mores *Bergkius:* res 172 decet, *corr. Camerarius* 173 id *fort. delendum* 174 istuc *Brixius:* hoc 175 istanc *B:* hanc *CD* gratis 176 quidem tu *CD* 177 uituperari

equidem pol vel falso tamen laudari multo malo,
quam vero culpari aut meam speciem alios inridere.
PHILEM. Ego verum amo, verum volo dici mihi: mendacem odi.
SC. Ita tu me ames, ita Philolaches tuos té amet, ut venusta es.
PHILOL. Quid ais, scelesta? quo modo adiurasti? ita ego istam amarem?
quid istaéc me, id cur non additum est? infecta dona facio.
periisti: quod promiseram tibi donum, perdidisti.
SC. Equidem pol miror tam catam, tam docilem te et bene doctam
nunc stultam stulte facere. PHILEM. Quin mone quaéso, si quid erro.
SC. Tu ecastor erras, quae quidem illum expectes unum atque illi
morem praecipue sic geras atque alios asperneris.
matronae, non meretricium est unum inservire amantem.
PHILOL. Pro Iuppiter, nam quod malum versatur meae domi illud?
di deaeque me omnes pessumis exemplis interficiant,
nisi ego illam anum interfecero siti fameque atque algu.
PHILEM. Nolo ego mihi male te, Scapha, praecipere. SC. Stulta es plane,
quae illum tibi aeternum putes fore amicum et benevolentem.
moneo ego te: te ille deseret aetate et satietate.
PHILEM. Non spero. SC. Insperata accidunt magis saépe quam quae speres.
postremo, si dictis nequis perduci, ut vera haec credas
mea dicta, ex factis nosce rem. vides quaé sim; et quae fui ante.
nihilo ego quam nunc tu * * amata sum; átque uni modo gessi morem:
qui pol me, ubi aetate hoc caput colorem commutavit,
reliquit deseruitque me. tibi idem futurum credo.
PHILOL. Vix comprimor, quin involem illi in oculos stimulatrici.
PHILEM. Solam ille me soli sibi suo ⟨sumptu⟩ liberavit:
illi me soli censeo esse oportere opsequentem.
PHILOL. Pro di immortales, mulierem lepidam et pudico ingenio.
bene hercle factum et gaudeo mihi nihil esse huius causa.

---

178 PHIL. *praem., om. v. 181* 184 ista haec B^1CD cura B^1CD 185 *del. Fleckeisenus* peristi (perdisti B^1?) dona (dono *B rubr.*), *corr. Taubmannus; vel* doni perdisti B^1 186 captam, *corr. Pius* docilem *L.:* doctam (docta B^1) 187 non, *corr. Bothius* stultam B^2*:* sta i tam 189 moram *B* asperneres (-is B^2) 191 domillum, *corr. Camerarius* 192 me omnes *Ritschelius:* omnes me CDB^2, omnes B^1*; cf. Brugmannus de ni part. 16* 193 algu *B:* gelu *CD* 194 mei 195 putas *CD* 200 *sic supplevit Seyffertus:* ⟨minus fui pulchra et uenusta et nihilo | minus ego quam nunc tu⟩ 201 calorem C^1D^1 202 crede *Acidalius* 204. 205 *hoc ordine Ritschelius (cf. initium v. 205), inverso codd.* 204 ⟨sumptu⟩ *Bentleius* 205 illi *Fleckeisenus:* solam illi me *Camerarius:* meo

SC. Inscita ecastor tu quidem es. PHILEM. Quapropter? SC. Quae istuc ⟨cures⟩,
ut te ille amet. PHILEM. Cur obsecro non curem? SC. Libera es iam.
tu iam quod quaerebas habes: ille té nisi amabit ultro,
id pro tuo capite quod dedit perdiderit tantum argenti.
PHILOL. Perii hercle, ni ego illam pessumis exemplis enicasso.
illa hanc corrumpit mulierem malesuada + vitilena.
PHILEM. Numquam ego illi possum gratiam referre ut meritust de me.
Scapha, id tu mihi ne suadeas, ut illúm minoris pendam.
SC. At hoc únum facito cogites: si illum inservibis solum
dum tibi nunc haec aetatulast, in sénecta male querere.
PHILOL. In anginam ego nunc me velim verti, ut veneficae illi
fauces prehendam atque enicem scelestam stimulatricem.
PHILEM. Eundem ánimum oportet nunc mihi esse gratum, ut impetravi,
atque olim, prius quam id extudi, quom illi subblandiebar.
PHILOL. Divi me faciant quod volunt, ni ob istam orationem
te liberasso denuo et ni Scapham enicasso.
SC. Si tibi sat acceptum est fore tibi victum sempiternum
atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita,
soli gerundum censeo morem et capiundas crines.
PHILEM. Vt fama est homini, exin solet pecuniam invenire.
ego si bonam famam mihi servasso, sat ero dives.
PHILOL. Siquidem hércle vendundust pater, venibit multo potius,
quam te me vivo umquam sinam egere aut mendicare.
SC. Quid illis futurum est ceteris qui té amant? PHILEM. Magis amabunt,
quom ⟨me⟩ videbunt gratiam referre ⟨bene mere⟩nti.

208—223 *non Plauti esse iure iudicavit Ladewigius, Lorenzius* (*cf. 212 et 192; 216 et 190; 219 et 203*) 208 inciste ecastor (ł incus *B mg.*, castor *CD*) *suppl. Pylades* 210 quot *CD* 211 capite (capte *C*) tuo (*s. scr. B*), *corr. Bentleius* 212 ne *B* 213 male suadam B^1 uttilena *C*, uti lena *ut vid.* D^1; *conieci* uiri plena, *quod tantum propter formae raritatem non recepi* 216 inseruiis B^1 218 beneficae B^1 *Servius georg. 3, 497* Plautus: uellem me in anginam uerti, ut huic aniculae fauces praeoccuparem, *unde interpolatum versum in deterioribus Pauli libris legi* (*p. 8*) *vidit Ritschelius* 219 enecem CDB^2 220 gratum *interpolatoris esse videtur;* oratum *Palmerus* impetrauit (imperauit *C*) *schol. Aen. 10, 231* ('ut pro quoniam'): eundem animum mihi oportet esse gratum ut impetraui (gratum impetu qui *Floriac.*) 221 sublandiebar CDB^2 222 di 223 caspam 224 sat *om. CD* uinctum B^1 226 gerendum capiendos CDB^2 *Nonius 202* (crines *gen. fem.*) gerundum morem censeo et capiundas crines tibi (censeo tibi *Ritschelius*) 227 sole B^1CD 229 uendundum si, *corr. Weisius* 232 ⟨me⟩ *Gruterus* referenti *CD*, refferrenti B^1 *ut vid.*, refferri B^2, *suppl. Camerarius, Bentleius*

PHILOL. Vtinam nunc meus emortuos pater ad me nuntietur,
ut ego exheredem meis bonis me faciam atque haec sit heres.
SC. Iam ista quidem absumpta res erit: dies nóctesque estur bibitur,
neque quisquam parsimoniam adhibet: sagina plane est.
PHILOL. In te hercle certumst principe ut sim parcus experiri,
nam neque edes quicquam neque bibes apud me his decem diebus.
PHILEM. Si quid tu in illum bene voles loqui, id loqui licebit:
nec recte si illi dixeris, iam ecastor vapulabis.
PHILOL. Edepol si summo Ióvi bovi eo argénto sacruficassem,
pro illius capite quod dedi, numquam aeque id bene locassem.
videas eam medullitus me amare. oh, probus homo sum:
quae pro me causam diceret, patronum liberavi.
SC. Video te nihili pendere prae Philolache omnis homines.
nunc, ne eius causa vapulem, tibi potius adsentabor.
[si acceptum sat habes, tibi fore illum amicum sempiternum.]

PHILEM. Cédo mi speculum et cum ornamentis arculam actutum, Scapha,
ornata ut sim, quom huc adveniat Philolaches voluptas mea.
SC. Mulier quae se suamque aetatem spernit, speculo ei usu est:
quid opust speculo tibi, quae tute speculo speculum es maxumum?
PHILOL. Ob istuc verbum, ne nequiquam, Scapha, tam lepide dixeris,
dabo aliquid hodie peculi tibi, Philematium mea.
PHILEM. Suo quique loco (viden?) capillus satis compositust commode.
SC. Vbi tu commoda es, capillum commodum esse credito.
PHILOL. Vah, quid illá pote peius quicquam muliere memorarier?
nunc adsentatrix scelesta est, dudum adversatrix erat.

---

233 meus nunc B^1 (*fort. ipse correxit*) mortuus, *corr. Schoellius* 234 meis bonis me *Camerarius:* meis me bonis heres B^2*:* res *CD*, res•eres B^1 235 quidem absumpta quidem 237 principium, *corr. Bentleius* 238 his decem *Bentleius*: isdec *B*, isdem CD^2, is D^1 241 boui eo: uino DB^2, ioui *C*, bo B^1, *correxi Ritschelium et Buggium secutus; cf. Epid. 175, ablativi Bacch. 380* 242 collocassem, *corr. Guietus* 243 uideas *Schoellius:* ut uideas *v. 243. 244 dittographiam esse arbitror* 245 uideo enim te *et* philolacho *Varro de l. l. 9, 54* 247 *notavit Acidalius, cf. 224 sq.* si *Camerarius:* is 249 ueniat, *corr. Ritschelius* philolaces *B*, *item 269* 250 ei usus est *Camerarius:* elusa est (a *i. ras.* B^2) 251 *cf. Anth. Pal. 5, 143* (*Meleagri*). *90. 91, Philostr. ep. 1* 252 dixerit B^2 253 perculi B^1D^2, ferculi CD^1 254 *cf. vindic. Plaut. 9; Poen. 1178. 314, Rud. 157* *Nonius* 198 (capillus *gen. neutri*) uide capillum satis compositum sit commode 255 commoda es *Camerarius:* commodes 256 potest CDB^2 mulieri *B* morarier

PHILEM. Cedo cerussam. SC. Quid cerussa opust nám? PHILEM. Qui malas oblinam.
SC. Vna operá ebur atramento candefacere postules.
PHILOL. Lepide dictum de atramento atque ebore. euge, plaudo Scaphae.
PHILEM. Tum tu igitur cedo purpurissum. SC. Non do. scita es tu quidem.
nova pictura interpolare vis opus lepidissimum?
non istanc aetatem oportet pigmentum ullum attingere,
neque cerussam neque melinum, neque aliam ullam offuciam.
PHILEM. Cape igitur speculum. PHILOL. Ei mihi misero, savium speculo dedit.
nimis velim lapidem, qui ego illi speculo diminuam caput.
SC. Linteum cape atque exterge tibi manus. PHILEM. Quid ita, obsecro?
SC. Vt speculum tenuisti, metuo né olant argentum manus:
ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches.
PHILOL. Non videor vidisse lenam callidiorem ullam alteras.
ut lepide atque astute in mentem venit de speculo malae.
PHILEM. Etiamne unguentis unguendam censes? SC. Minime feceris.
PHILEM. Quapropter? SC. Quia ecastor mulier recte olet, ubi nihil olet.
nam istae veteres, quae se unguentis unctitant, interpoles,
vetulae, edentulae, quae vitia corporis fuco occulunt,
ubi sese sudor cum unguentis consociavit, ilico
itidem olent, quasi cum una multa iura confudit cocus.
quid olant nescias, nisi id unum, + ni male olere intellegas.
PHILOL. Vt perdocte cuncta callet. nihil hac docta doctius.
verum illud ésse maxima adeo pars vestrorum intellegit,
quibus anus domi súnt uxores, quae vos dote meruerunt.
PHILEM. Agedum contempla aurum et pallam, satin haec ⟨me⟩ deceat, Scapha.
SC. Non me istuc curare oportet. PHILEM. Quem obsecro igitur? SC. Eloquar:
Philolachem, is ne quid emat, nisi quod sibi placere censeat.
[nám amator meretricis mores sibi emit auro et purpura.]

---

258 opus (opos *ante corr.*) *B* nam *Philematii CD* malas qui *Ritschelius* 260 ebure *B* 261 purpurissimum B^1C, *item glossae* (*2, 165; 4, 421*) 264 offugiam (ł effigiem B^2 *mg.*) 265 *cf. vindic. Plaut. 9* dedi *B* 266 speculo imminuat *CD*, speculum odim minuat B^1 268 oleant 270 alteram B^3; *cf. Paulus 27* (alteras ponebant pro alias) 271 male *B*, mane *CD* 274 istes B^1 275 suco *B* occulunt *schol. Verg. georg. 4, 39:* occultant 277 unam B^1CD^1 278 oleas, *corr. Lambinus* (oleant) ni: ut *Camerarius*, nimis *Sonnenscheinius* 280 illuc esse *Gellius 20, 6, 12*, illud est *codd.*, esse illuc *Ritschelius; cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 117* maxima *Gellius:* maximum (-am *B ante corr.*) adeo *om. Gellius* 282 ⟨me⟩ *Camerarius* 283 curare istuc, *corr. Guietus* 284. 285 is B^2D^1: us tibi, *corr. Schoellius* 286. 290. 291 *removit Ritschelius op. 2, 284 sq.*

quid opust, quod suom esse nolit, ei ultro ostentarier?
[purpura aetati occultandaest, aurum turpi mulieri.]
pulchra mulier nuda erit quam purpurata pulchrior:
[poste nequiquam exornata est bene, si morata est male.
pulchrum ornatum turpes mores peius caeno conlinunt.]
nam si pulchra est, nimis ornata est. Philol. Nimis diu abstineo manum.
quid hic vos agitis? Philem. Tibi me exorno út placeam. Philol. Ornata es satis.
abi tu hinc intro atque ornamenta haec aufer. sed, voluptas mea,
mea Philematium, potare tecum conlibitum est mihi.
Philem. Et edepol mihi tecum, nam quod tibi libet idem mihi libet,
mea voluptas. Philol. Em istuc verbum vile est viginti minis.
Philem. Cedo, amabo, decem: bene emptum tibi dare hoc verbum volo.
Philol. Etiam nunc decem minae apud te sunt; vel rationem puta.
triginta minas pro capite tuo dedi. Philem. Cur exprobras?
Philol. Egone id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier?
nec quicquam argenti locavi iam diu usquam aeque bene.
Philem. Certe ego, quod te amo, operam nusquam melius potui ponere.
Philol. Bene igitur ratio accepti atque expensi inter nos convenit:
tu me amas, ego té amo; merito id fieri uterque existimat.
haec qui gaudent, gaudeant perpetuo suo semper bono;
qui invident, ne umquam eorum quisquam invideat prosus commodis.
Philem. Age accumbe igitur. cedo aquam manibus, puere, appone hic mensulam.
vide, tali ubi sint. vin unguenta? Philol. Quid opust? cum stacta accubo.
sed estne hic meus sodalis, qui huc incedit cúm amica sua?
is est, Callidamates cum amica incedit. euge, oculus meus,
conveniunt manuplares eccos: praedam participes petunt.

---

287 opus est nolli B^1 ei *Pylades:* te 288 aetate (l aetas B^2), *corr. Buggius* turpe B^2 *structura recentior* 290 postea, *corr. Ritschetius* nequicquam B^1CD si: est B^1 291 *idem Poen. 306* continunt (-ent B^2), *corr. Valla* 292 si *Camerarius:* nesi (nisi B^1) manu 293 uos *Weisius:* uos diu (duae *Camerarius*) 295 philomatium mihi *Bentleius:* mihi libet 296 idem: id B^2 297 mea uoluptas *Philolachis, corr.* ς em B^2: eam minus $C(D^1)$ 298 decem *Acidalius:* decum 301 oprobarier B^1CD 302 iam *Camerarius*: tam 303 opera manus quam B^1CD 305 me *om.* B^1 id *B:* di *CD* 307 *post 308, corr. Acidalius* inuidiat *CD* prorsus B^2 commodi B^1CD; *significatum vocabuli notavit Langenus symb. 254* 308 puere *Priscianus 1, 114:* puer mensulam *testatur Priscianus:* mensam 309 philo. *om.* opus est stacte B^2, *cf. Curc. 102* 311 cum amica cum (eccum B^2), *cf. vindic. Plaut. 10*

CALLIDAMATES I 4

Advérsum veniri mihi ád Philolachétem
voló temperi. aúdi, em tibi ímperatum est.
nam ílli ubi fui, inde éffugi foras,
ita me íbi male convívi sermónisque taésumst.
nunc cómissatum íbo ad Phílolachetem,
ubi nós hilari ingénio et lépide accipient.
ecquíd tibi videór mammamadére?

DELPHIVM

Sémper istóc modo.
morátu's tu te. ⟨íre huc⟩ debébas.
CALL. Visne égo te ac tu me ampléctare?
DEL. Si tíbi cordi est faceré, licet. CALL. Lépida es.
dúc me amabó. DEL. Cave né cadas, ásta.
CALL. O—o— ocellús meus, túos sum alumnus, mél meum.
DEL. Cáve modo, né prius ín via accúmbas,
quam ílli, ubi léctus est strátus, concúmbimus.
CALL. Síne, sine cádere me. DEL. Síno, sed hoc, quod mi in manu est:
sí cades, nón cades quín cadam técum.
CALL. Iacéntis tollet póstea nos ámbos aliquis.
DEL. Madet hómo. CALL. Tun me ais mammámadere?

---

313 CALLIDAMATES · ADOLESCENS · DELPHIVM MERETRIX *BD*[2] uenire (uenere *B*[1]), *corr. Dousa* Philolachem, *corr. Hermannus; cf. 167* 314 *versus idem 317. 18, cf. 323. 330. 346 sq.* 315 *cf. 344 sq.* fuit, *corr. Camerarius* 316 ibi *om. B*[1]*; solutiones in hoc carmine quaesitae* tesunt, *corr. Pareus* (pertaesum est *priores*) 317 commissatum 318 ilari (*plur. nom.*) et lepide *B*[2]*:* elepida accipiet, *corr. Lorenzius* 319 *sq.* ecquid — debebas *uno versu* 319 hęc quid mammam adire; ma—ma—madere *Bothius; cf. 331* 321 moratus uite (-ę *B*) debebas, *correxi. cf. Asin. 413 all.; hoc dicit: quod ad Philolachetem te ire velle dicis, tu te moraris, qui titubans istuc gradiaris, cum huc debeas. cf. 333 sq.* 322 amplectere, *corr. Pylades; dim. anap., sequitur monom. cum claus. Reiz.* 323 corde 324 duce DEL. *B*[2]*: om. cf. 326. 329* 325 hoho hocellus es *B*[1], o ho hocellěs (-leus *D*) es *CD*, D ho ocellus es *B*[2], *corr. Bothius* (es *abieci*) sum *B*[2]*:* suum 326 accubas *B*[1]*CD* 327 illic *B*[2] coimus, *correxi* 318 *versus qualis 325; de constructione misc. Ciceron. 10* set *B*[1]*CD:* set et *B*[2] manus, *corr. B*[2]*; cf. 1050. 594* 329 clades quin *B*, dades quiin *CD* 330 *v. Reizianus* 331—335[a] *anapaesti intercedente (334) dim. iambico* 331 CAL. *ς: om.* me ais *Scaliger:* mea his *CD*, meam uis *B* mammam adere (-ire *B*[2])

Del. Cedo mánum, nolo equidem te ádfligi.
Call. Em téne. Del. Age, i símul. Call. Quo ego eam?
Del. An ⟨ne⟩scis?
Call. Scio, ín mentem venít modo:
nempe dómum eo comissátum.
Del. Immo, ístuc quidem. Call. Iam mémini.

Philol. Núm non vis me óbviam hís ire, anime mi?
ílli ego ex ómnibus óptume volo.
iám revertár. Philem. Diu ést iam id mihi.
Call. Écquis hic ést? Philol. Adest. Call. Eú, Philolaches,
sálve, amicíssime mi ómnium hominum.
Philol. Dí te ament. áccuba, Cállidamates.
únde agis te? Call. Vnde homo ébrius probe.
Philem. Quín amabo áccubas, Délphium mea?
da ílli quod bibat. Call. Dórmiam ego iam.
Philol. Núm mirum aut novom quíppiam facit?
Del. Quíd ego hoc faciam póstea? Philem. Mea, síc sine eumpse.
age tu ínterim da ab Délphio cito cántharum circum.

TRANIO II 1

Iúppiter supremus summis opibus atque industriis
me periisse et Philolachetem cupit erilem filium.
occidit Spes nostra, nusquam stabulum est Confidentiae,
nec Salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest:
ita mali, maeroris montem maximum ad portum modo

332 del. ς: cal 333 *sq. disp.*: Em — scis | Scio — eo | Commissatum — memini, *et quidem* em — scis *Delphii*, (*corr. Acidalius, Gertzius*), scio — uenit *Callidamatis*, modo — comissatum *Delphii* (*corr. Gruterus*), immo — memini *Callidamatis* (*corr. Muellerus*) 333 i *Camerarius:* ii quod B^1CD eam: cam *B* scis, *corr. Gertzius* 335 meo B^1 commissatum 336 phil. ς del hisce ς eire 337 del *praem.* illi ego *Camerarius:* ilico 338 del *praem.* phil. ς: cal id iam *Buggius, cf. Amph. 530, Bachius in Studemundi stud. 2, 229* 339 cal. ς: del hec (eec *B*) quis phil. ς: cal 340 phi *praem.* 342 probe *versu sq.* 343 phil D^2 *ante* probe (*corr. Ritschelius*), *om. B* accumbas *CD* 344 cal *praem.* D^2 cal. *Vssingius: spat. B* 346 del. *Spengelius: om.* phil. *post* mea ς: *om.* eum ipse, *corr. Gruterus* *versus a trochaeis ad iambicum Reizianum ducens* (*893*) 348 tranio·servvs · philolaches · callidamates · delphivm *B*, *eadem nomina* D^2 industris B^1 350 est stabulum est B^1 352 ita mali meroris B^2: itam aliam eroris (erroris *CD*); *cf. ad Aul. 279*

conspicatus sum: erus advenit peregre, periit Tranio.
ecquis homo est, qui facere argenti cupiat aliquantum lucri,
qui hodie sese excruciari meam vicem possit pati?
ubi sunt isti plagipatidae, ferritribaces viri,
vel isti qui hosticas trium númmum causa subeunt sub falas,
ubi quinis aut denis hastis corpus transfigi solet?
ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrerit;
sed ea lege, ut offigantur bis pedes, bis bracchia.
ubi id erit factum, a me argentum petito praesentarium.
sed ego — sumne infelix, qui non curro curriculo domum?
PHILOL. ⟨Adest⟩ adest opsonium. eccum Tranio a portu redit.
TR. Philolaches. PHILOL. Quid est? TR. ⟨Et⟩ ego et tu — PHILOL. Quid
et ego et tu? TR. Periimus.
PHILOL. Quid ita? TR. Pater adest. PHILOL. Quid ego ex te aúdio?
TR. Absumpti sumus.
pater inquam tuos venit. PHILOL. Vbi is est, obsecro? TR. * adest.
PHILOL. Quis id ait? quis vidit? TR. Egomet inquam vidi. PHILOL. Vae
mihi.
quid ego ago? TR. Nam quid tu, malum, me rogitas quid agas? accubas.
PHILOL. Tutin vidisti? TR. Egomet, inquam. PHILOL. Certe?
TR. ⟨Certe⟩ inquam. PHILOL. Occidi,
si tu vera memoras. TR. Quid mihi sit boni, si mentiar?
PHILOL. Quid ego nunc faciam? TR. Iube haec hinc omnia amolirier.
quis istic dormit? PHILOL. Callidamates. TR. Suscita istum, Delphium.
DEL. Callidamates, Callidamates, vigila. CALL. Vigilo, cedo [ut] bibam.
DEL. Vigila. pater advenit peregre Philolachis. CALL. Valeat pater.
PHILOL. Valet ille quidem, atque ⟨ego⟩ disperii. CALL. Bis periisti? qui
potest?
PHILOL. Quaeso edepol, exsurge; pater advenit. CALL. Tuos venit pater?

---

355 meamui B^1CD, mea uice B^2, *corr. Pylades* 357 uel: uibi B^1 hosticas *Ritschelius:* hastis nummorum falsa, *corr. Camerarius* 358 ubi (uel B^1) aliqui quique denis, *correxi; cf. Herm. 18, 568* solent B^1 *ex corr.* 360 brachia 362 infelix *Pylades:* ille infelix 363 ⟨adest⟩ *Gruterus* redit B^1 *corr.:* aedit 364 ⟨et⟩ *Dousa* (TR. *add.* ς) perimus 365 adest B^2: ad at est e 366 ⟨in portu iam⟩ *suppl. Ritschelius* 367 ue 368 agam, *corr. Lambinus* nam *Dousa:* num rogitet *CD* accubans 369 tun B^2, tuin B^1, tuiin *CD*, *corr. Fleckeisenus* ⟨certe⟩ *Camerarius* 370 mentirer, *corr. Pylades* 372 quid B^1CD TR. *ς: om.* 373 [ut] *Bentleius, cf. Truc. 367, aliter Curc. 654* 374 D D^2: PHI *B* philolache, *corr. Merula* 375 ⟨ego⟩ *Pylades* disperi B^1CD C.: *spat. B*, T D^2 peristi 376 edepol ⟨te⟩ *Reizius*

iube abíre rursum. quíd illi reditio etiam húc fuit?
PHILOL. Quid ego agam? pater iam híc me offendet miserum adveniens ebrium,
aedis plenas convivarum et mulierum. miserum est opus,
igitur demum fodere puteum, úbi sitis fauces tenet;
sicut ego adventu patris nunc quaero quid faciam miser.
TR. Ecce autem ⟨iterum⟩ hic deposivit caput et dormit. suscita.
PHILOL. Etiam vigilas? pater, inquam, aderit iam hic meus. CALL. Ain tu, pater?
cedo soleas mihi, ut arma capiam. iam pol ego occidam patrem.
PHILOL. Perdis rem. DEL. Tace, amabo. TR. Abripite hunc intro actutum inter manus.
CALL. Iam hercle ego vos pro matula habebo, nisi mihi matulam datis.
PHILOL. Perii. TR. Habe bonum animum: ego istum lepide medicabo metum.
PHILOL. Nullus sum. TR. Taceas: ego qui istaec sedem meditabor tibi.
satin habes, si ego advenientem íta patrem faciam tuom,
non modo ne intro eat, verum etiam ut fugiat longe ab aedibus?
vos modo hinc abite intro atque haec hinc propere amolimini.
PHILOL. Vbi ego ero? TR. Vbi maxime esse vis: cum hác, cum istac eris.
DEL. Quid si igitur abeamus hinc nos? TR. Non hoc longe, Delphium.
nam intus potate hau tantillo hác quidem causa minus.
PHILOL. Ei mihi, quam ístaec blanda dicta quo evenant madeo metu.
TR. Potin animó ut sis quieto et facias quod iubeo? PHILOL. Potest.
TR. Omnium primum, Philematium, intro abi, et tu, Delphium.
DEL. Morigerae tibi erimus ambae. — TR. Ita ille faxit Iuppiter.
animum advorte nunciam tu quae volo accurarier.

---

377 iube ⟨eum⟩ *Ritschelius* huc etiam *Camerarius* 378 offendit 380 *om. CD* fodere B^2*:* todere fondere B^1 (f *fort. ex* t) 382 ⟨iterum⟩ *Muellerus* deposuit suscitat B^1*CD* 383 adherit B^1*CD* 385 *totus Philolachis, quem brevis exclamatio decet; inter Delphium et Tranionem diviserunt Seyffertus et Niemeyerus* (amabo *cf. S. stud. Pl. 1*) 387 meditabo B^1*C*, medicabor D^2, meditabor B^2 388 nullum B^1*CD* ista hec B^1*CD, item 395* 389 *adhaerent haec:* non modo hinc abite intro atque hec inquid (*proprio versu CD*) 390 eat B^2*:* at 392 hac, ⟨tu⟩ *Camerarius; cf. Cas. 612. Skutschius Berl. phil. wochenschr. 1894, 139* 393 si *Bothius:* est habeamus *CD* delephuum (-yum *C*, -ium *D*) 394 n• •etus B^1, namentus *C*, nammentus *D* haud B^2 395 quom, *corr. Camerarius; aliter Men. 303, Mil. 1358* eueniant, *cf. ad v. 58* 396 ut animo *Bentleius, cf. Pseud. 235* 397 delphum (-ym *CD*) 399 nunciam tu *Bentleius:* nunc tu iam *B*, nunc tulam *CD* accurrarier *CD*

omnium primumdum aédes iam face occlusae sient;
intus cave muttire quemquam siveris. PHILOL. Curabitur.
TR. Tamquam si intus natus nemo in aedibus habitet. PHILOL. Licet.
TR. Neu quisquam responset, quando hasce aedis pultabit senex.
PHILOL. Numquid aliud? TR. Clavem mi harunc aedium Laconicam
iam iube efferri intus: hasce ego aedis occludam hinc foris.
PHILOL. In tuam cústodelam meque et meas spes trado, Tranio. —
TR. Pluma haud interest, patronus an cliens probior siet.

Homini, cui nulla in pectore est audacia,
[nam cuivis homini, vel optumo vel pessumo]
quamvis desubito facile est facere nequiter:
verum id videndum est, id viri docti est opus,
quae designata sint et facta nequiter,
tranquille cuncta et ut proveniant sine malo,
ne quid potiatur, quam ob rem pigeat vivere.
sicut ego efficiam, quae facta hic turbavimus,
profecto ut liqueant omnia et tranquilla sint
neque quicquam nobis pariant ex se incommodi.
sed quid tu egredere, Sphaerio?

PVER

Iamiam *
* * TR. Optime.
praeceptis paruisti. PVER. Iussit maximo
opere orare, ut patrem aliquo absterreres modo,
ne intro iret ad se. TR. Quin etiam illi hoc dicito,

---

400 ⟨haec⟩ aedes *Ritschelius* fac 401 mutire 402 stintus B^1CD PH. *om.* 403 putabit B^1CD 404 harumcedium iaconicam, *corr. Camerarius* 406 custodiam, *corr. Bothius* 407 propior B^2, probrior B^1, proprior *CD, corr. Scioppius. Tranio, Philolachis patronus eius verbis factus, iam solus relictus dicit patronum et clientem idem valere; quod aliter esse solet. cf. Bacch. 461 sequitur scaenae spatium* (TRANIO S. PVER D^2) 409 *fort.* ⟨si⟩ cui ulla est in pectore, *corr. Pylades* 410 *versus aliunde ascriptus, eiecit Ritschelius* cuiusuis B^1, cuius *CD* homine B^1C, hominis D^1 *post v. 411 iteratur v. 425* 412 docte B^1CD 413 dissignata B^1, dissignita CDB^2, *corr. Merula* nequitia, *corr. Dousa* 414. 415 *inversi, corr. Acidalius* 414 sinemo malo B^1, sine momolo *CD*, sine omni malo B^2 415 ni DB^2C^2 patiatur B^1 *corr.* 416 turbabimus, *corr. Lambinus* 417 linqueant B^1CD 418 ex se *Camerarius:* exeis *B*, exei *CD* 419 egrederes perio (perii B^1 *effecit*), *corr. Seyffertus; deinde lacunam agnovit Schoellius. suppleas:* ⟨eloquar. hanc clauem ferri tibi erus iussit.⟩ optime *cf. Stich. 145*
421 opete 422 ad se *Pylades:* adest

facturum ⟨me⟩, ut ne etiam aspicere aedis audeat,
capite obvoluto ut fugiat cum summo metu.
clavem cedo atque abi intro atque occlude ostium,
et ego hinc occludam. — iube venire nunciam.
ludos ego hodie vivo praesenti hic seni
faciam, quod credo mortuo numquam fore.
concedam a foribus huc, hinc speculabor procul,
unde advenienti sarcinam imponam seni.

THEOPROPIDES II 2

Habeo, Neptune, gratiam magnam tibi,
quom med amisisti abs te vix vivom domum.
verum si posthac me pedem latum modo
scies imposisse in undam, hau causast, ilico
quod nunc voluisti facere quin facias mihi.
apage, apage te a me nunciam post hunc diem:
quod crediturus tibi fui, omne credidi.
Tr. Edepol, Neptune, peccavisti largiter,
qui occasionem hanc amisisti tam bonam.
Th. Triennio post Aegypto advenio domum;
credo exspectatus veniam familiaribus.
Tr. Nimio edepol ille potuit exspectatior
venire, qui te nuntiaret mortuom.
Th. Sed quid hoc? occlusa ianua est interdius.
pultabo. heus, ecquis intust? aperitin fores?
Tr. Quis homo est, qui nostras aedes accessit prope?
Th. Meus sérvos hic quidem est Tranio. Tr. O Theopropides,
ere, salve, salvom te advenisse gaudeo.
usquin valuisti? Th. Vsque ut vides. Tr. Factum optime.
Th. Quid vos? insanin estis? Tr. Quidum? Th. Sic, quia

---

423 ⟨me⟩ *Pylades* 424 obuolutu B^1C 425 clauim abi hinc intro *post v. 411 sic:* clauem cedo atque abii introat que occludi ostius 426 nuntiam *CD* 427 hodi B^1D sene B^1CD 428 quod credo B^2*:* quo do edo B^1CD *sequitur scaenae spatium, in B inscriptae* TRANIO 431 *Tranio recedit, senex advenit, nec dudum expectatum nuntiari oportuit* THEVROPIDES SENEX. TRANIO SERVVS BD^2 neptune B^2 *i. ras.:* nepune *CD* 432 me abs: a B^2, ad B^1CD domum *P. Thomas:* modo 433 uirum 434 sies causa illico est, *corr. Scriverius* 436 apage acage B^1CD 437 omni B^1CD 445 eus hecquis ista perit in fores (heus ecquis istas aperit fores B^2), *correxi* 447 theuropides 448 galue B^1CD saluem *CD* 449 usque inualuisti

foris ámbulatis, natus nemo in aedibus
servat, neque qui recludat neque +quis respondeat.
pultando [pedibus] paene confregi hasce ambas ⟨foris⟩.
Tr. Eho an tú tetigisti has aedis? Th. Cur non tangerem?
quin pultando, inquam, paene confregi foris.
Tr. Tetigistin? Th. Tetigi, inquam, et pultavi. Tr. Vah. Th. Quid est?
Tr. Male hercle factum. Th. Quid est negoti? Tr. Non potest
dici, quam indignum facinus fecisti et malum.
Th. Quid iam? Tr. Fuge, obsecro, atque abscede ab aedibus.
fuge huc, fuge ad me propius. tetigistin foris?
Th. Quo modo pultare potui, si non tangerem?
Tr. Occidisti hercle — Th. Quem mortalem? Tr. Omnis tuos.
Th. Di te deaeque ómnes faxint cum istoc omine —
Tr. Metuo, te atque istos expiare ut possies.
Th. Quam ob rem? aut quam subito rem mihi adportas novam?

*

Tr. Et heus, iube illos illinc ambo abscedere.
Th. Apscedite. Tr. Aedes ne attigatis. tangite
vos quoque terram. Th. Obsecro hercle, quin eloquere *

*

Tr. Quia septem menses sunt, quom in hasce aedis pedem
nemo intro tetulit, semel ut emigravimus.
Th. Eloquere, quid ita? Tr. Circumspicedum, numquis est,
sermonem nostrum qui aucupet? Th. Tutum probest.
Tr. Circumspice etiam. Th. Nemo est. loquere nunciam.
Tr. Capitale scelus est. Th. Quid est? non ⟨satis⟩ intellego.
Tr. Scelus, inquam, factum est iam diu, antiquom et vetus.

---

452 quis (qui B^2) *del. Bothius, sed loquendi genus exemplo eget; fort.* neque qui recludat est neque qui respondeat 453 [pedibus] *Bothius* confregi asce B^1D^2, confrigiasce (-gas ce D^1) CD^1 ⟨foris⟩ *Ritschelius* 454.455 eo B^1CD tu *ς:* tute BD^2, te te CD^1 tetigistis CD *vel* hasce 456 confrigi B^1CD 459 facimus CD 461 proptus D, propitius C 463 herde D, hercule C 464 omnis axint B^1CD isto homine (omine B^2) *post v. 466 versum intercidisse, quo erum terram tangere iuberet Tranio, vidit Richterus in Studemundi stud. 1, 574* 467 et: ex•• B^1 amabo, *corr. Scaliger* 468 atigate B^1CD, attingite B^2 *Diomedes 382* (attigo pluraliter) abscedite taedis ne attigat 469 *sic sententia suppletur:* eloquere ⟨ero, quid sit quod aedis fugere me nostras iubes⟩; *cf. e. g. Merc. 174* 471 detulit B^2 473 sermonum B^1CD 474 nuntiam B^1CD 475 capitali scedis (capitalis cedes B^2) facta est TH. quid est non intellego, *correxi, cf. Herm. 18, 562*

TH. Antiquom? TR. Id adeo nos nunc factum invenimus.
TH. Quid istúc est sceleris? aut quis id fecit? cedo.
TR. Hospes necavit hospitem captum manu;
iste, ut ego opinor, qui has tibi aedis vendidit.
TH. Necavit? TR. Aurumque ei ademit hospiti
eumque hic defodit hospitem ibidem in aedibus.
TH. Quapropter id vos factum suspicamini?
TR. Ego dicam, ausculta. út foris cenaverat
tuos gnátus, postquam rediit a cena domum,
abimus omnes cubitum; condormivimus:
lucernam forte oblitus fueram exstinguere;
atque ille exclamat derepente maximum.
TH. Quis homo? án gnatus meus? TR. St, tace, ausculta modo.
ait vénisse illum in somnis ad se mortuom.
TH. Nempe ergo in somnis? TR. Ita. sed ausculta modo.
ait illum hoc pacto sibi dixisse mortuom.
TH. In somnis? TR. Mirum quin vigilanti diceret,
qui abhinc sexaginta annos occisus foret.
interdum inepte stultus es, ⟨Theopropides⟩.
TH. Taceo. TR. Sed ecce quae illi in *
'ego transmarinus hospes sum Diapontius.
hic habito, haéc mihi dedita est habitatio.
nam me Acheruntem recipere Orcus noluit,
quia praemature vita careo. per fidem
deceptus sum: hospes [hic] me necavit isque me
defodit insepultum clám [ibidem] in hisce aedibus,
scelestus, auri causa. nunc tu hinc emigra.
scelestae haé sunt aedes, impia est habitatio'.

---

477 antiquom *seni dedit* ς 478 est sceleste, *corr. Spengelius* 479 negauit B^1CD 480 iste *i. e. quem tu novisti, nos ignoramus* oppinor has tibi ς*:* hastibus 481 cecauit CD^1 ei *Scioppius:* et 482 en B^1CD 484 aut B^1CD*; fort.* ut ⟨forte⟩, *nam desideratur aliqua temporis indicatio* 485 redit 486 gubitum B^1CD 489 st *Camerarius:* si B^1CD, sed B^2 490 ad se B^2*:* adesse 493 qui, *corr. Pylades* dicerit *CD* 494 annis *codd., Charisius 195, corr. Abrahamus stud. Plaut. 232* 495 *supplevit Ritschelius* 496 ille B^2 in: inquit B^2 ⟨somnis mortuos⟩ *Schoellius, Ritschelius* 498 habeto *CD* dedita haec mihi est *Bothius* 499 me *B:* ine *CD* orchus 500 hareo *CD*, •areo B^1 501 [hic] *L.* (me hic *Guietus, cf. Kaempfius de pron. pers. 31. locus notatur sequenti v., ubi* ibidem *adiecit qui hoc v.* hic) 502 [ibidem] *Bentleius* hisc *CD* 504 impla, *corr. Pius*

quae hic monstra fiunt, anno vix possum eloqui.
Th. St, st.
Tr. Quid, obsecro hercle, factum est? Th. Concrepuit foris.
Tr. Hicin percussit! Th. Guttam haud habeo sanguinis,
vivom me accersunt Acheruntem mortui.
Tr. Perii, illisce hodie hanc conturbabunt fabulam.
nimis quám formido, ne manifesto hic me opprimat.
Th. Quid tute tecum loquere? Tr. Abscede ab ianua.
fuge, obsecro hercle. Th. Quo fugiam? etiam tu fuge.
Tr. Nihil ego formido, pax mihi est cum mortuis.
Intvs. Heus, Tranio. Tr. Non me appellabis, si sapis.
nihil ego commerui, neque istas percussi fores.
Intvs. Quaeso — ⟨Tr. Cave verbum faxis. Th. Dic⟩ quid segreges
⟨sermonem. Tr. Apage hinc te. Th. Quae r⟩es te agitat, Tranio?
quicum istaec loquere? Tr. An quaeso tu appellaveras?
ita me di amabunt, mortuom illum credidi
expostulare quia percussisses fores.
sed tu, etiamne astas nec quae dico optemperas?
Th. Quid faciam? Tr. Cave respexis, fuge, [atque] operi caput.
Th. Cur non fugis tu? Tr. Pax mihi est cum mortuis.
Th. Scio. quid modo igitur? cur tanto opere extimueras?
Tr. Nil me curassis, inquam, ego mihi providero:
tu, ut occepisti, tantum quantum quis fuge,
atque Herculem invoca. Th. Hercules, ted invoco. —
Tr. Et ego — tibi hodie ut det, senex, magnum malum.
pro di immortales, obsecro vestram fidem,
quid ego hodie negoti confeci mali.

---

505 monitra B^1CD 506 st st *Gruterus:* sedet (setet B^1 *ante corr.*) 507 fores B^1CD st st *servo,* quid *sq. seni,* concr. foris *servo tribuuntur, sed non Tranionis est senis animum ad ianuae crepitum advertere* 508 hicine *Tranio mortuo dicit, non se sed senem fores percussisse, cf. 514. 516. 521. inde senis timor v. 509* 509 ad cheruntem CD^1, ad acheruntem BD^2 510 tr. *Camerarius: om.* perii ς: per 511 opprimant *CD* 512 th. *Camerarius:* tra quit te tu cum B^1CD, quit tu tecum B^2, *corr. Merula* tr. *Camerarius: om.* ab cede *C,* abcedo *D* 513 quor *Bothius* fuges *CD,* fugies (i *i. ras.* B^2) *B, corr. Pareus* 515 *intus vocari Rostius intellexit:* thev tra. ς*: om.* 516 quommerui 517.518 *supplevi post Ritschelium* i. *om.* 519 tra *praem., deinde om.* ista hec B^1CD apellaueras *B* 520 amabant B^1 *ex corr., CD* mortum *CD* 521 percussissem *Acidalius, cf. ad 507* 522 astias B^1, astras *CD* 523 operi *Guietus:* atque operi *BC,* operi atque *D* 527 fuge ς*:* fui (fugis B^2) 528 inuocabi, *corr. Bentleius* te 529 tibi hodie ut ς*:* utibi hodie ut B^1CD, ut tibi hodie B^2 531 malum, *corr. Guietus*

DANISTA — III 1

Scelestiorem ego annum argento faenori
numquam ullum vidi quam hic mihi annus optigit.
a mani ad noctem usque in foro dego diem,
locare argenti nemini nummum queo.
TR. Nunc pol ego perii plane in perpetuom modum.
danista adest, qui dedit ⟨argentum faenore⟩,
qui amica est empta quoque ⟨opus in sumptus fuit⟩.
manifesta res est, nisi quid occurro prius,
ne hóc senex resciscat. ibo huic obviam.
sed quidnam hic sese tam cito recipit domum?
metuo ne de hac re quippiam indaudiverit.
accedam atque adpellabo. ei quam timeo miser.
nihil est miserius quam animus hominis conscius,
sicut me + habet. verum utut res sese habet,
pergam turbare porro: ita haec res postulat.
unde is?

THEOPROPIDES

Conveni illum unde hasce aedis emeram.
TR. Numquid dixisti de illo quod dixi tibi?
TH. Dixi hercle vero ómnia. TR. Ei misero mihi,
metuo ne techinae meae perpetuo perierint.
TH. Quid tute tecum? TR. Nihil enim. sed dic mihi,
dixtine quaeso? TH. Dixi, inquam, ordine omnia.
TR. Etiam fatetur de hospite? TH. Immo pernegat.
TR. Negat ⟨scelestus? TH. Negitat in⟩quam. TR. Cogita:
⟨non confitetur? TH.⟩ Dicam si confessus sit.
quid nunc faciundum censes? TR. Egon quid censeam?

---

532 DANISTA · THEVTROPIDES · SENEX · TRANIO · SERVVS · (seruus *om.* D^2)BD^2 *i. e. argento et faenori*, ἓν διὰ δυοῖν   533 uidi *B*: iud *CD*   534 mane, *cf. ad 767*   ad B^2: a   537 *et* 538 *supplevit Camerarius*   539 quod, *corr. Angelius*   540 *expecto* ne hoc senex re⟨ueniens⟩ sciscat   rescissat   542 ne *ex* ni B^1,   inaudiuerit   543 et, *corr. Taubmannus*   545 me male habet *Niemeyerus; desidero* sicut meus nunc est   res esse se B^1CD 547 is B^2: his   hasc CD^1 548 dixi B^2: dixit   549 ⟨illi⟩ omnia *Pylades*   ei *ς*: et *CD*, Vet B^1, Ve B^2 *secuntur v. 553. 557—559 suis locis redeuntes*   550 technae B^2 551 tute *ς*: tu (*spat. in B*), *cf. 512*   dit *CD*   552 dixtin *BD*, dixit in *C*   554 negat (necat CD^1) *et post spatium* quom cogita, *supplevi* (inquam *Camerarius*)   555 *suppl. Camerarius*   556 TH. *praem., deinde* TH. Egon *B*

cape, obsecro hercle, cúm eo úna iudicem
(sed eum videto ut capias, qui credat mihi):
tam facile vinces quam pirum volpes comest.
DAN. Sed Philolachetis servom éccum Tranium,
qui mihi neque faenus neque sortem argenti danunt.
TH. Quo té agis? TR. Nec quoquam abeo. né ego sum miser,
scelestus, natus dis inimicis omnibus.
iam illo praesente adibit. ne ego homo sum miser,
ita et hinc et illinc mi exhibent negotium.
sed occupabo adire. DAN. Hic ad me it, salvos sum,
spes est de argento. TR. Hílarus est: frustra est homo.
salvere iubeo te, Misargyrides, bene.
DAN. Salve et tu. quid de argentost? TR. Abi sis, belua.
continuo adveniens pilum iniecisti mihi.
DAN. Hic homo est inanis. TR. Hic homo est certe háriolus.
DAN. Quin tu istas mittis tricas? TR. Quin quid vis cedo.
DAN. Vbi Philolaches est? TR. Numquam potuisti mihi
magis opportunus adven⟨ire quam⟩ advenis.
DAN. Quid est? TR. Concede huc. ⟨DAN. Quin mihi faenus red⟩ditur?
TR. Scio té bona esse voce, ne clama nimis.
DAN. Ego hercle vero clamo. TR. Ah, gere morem mihi.
DAN. Quid tibi ego morem vis geram? TR. Abi quaeso hinc domum.
DAN. Abeam? TR. Redito huc circiter meridie.
DAN. Reddeturne igitur faenus? TR. Reddeturne. abi.
DAN. Quid ego huc recursem aut operam sumam aut conteram?
quid si hic manebo potius ad meridie?

---

557 hercle obsecro cum meo *post v. 549* 558 ut apias C^1 *ut vid.*, ucapias D^1 559 uincis *CD* 560 ecum B^1CD; sed eccum *poni posse memorat Bachius in Studemundi stud. 2, 412* *cf. ad 1169* 562 nec quo quom B^1CD; nec quoquam *i. e.* nusquam 563 deis *Pius:* dehis 564 homo *del. Hermannus op. 8, 440* 565 exibent B^1CD 566 me it *ς:* meis *C*, B^1 *corr.*, D^2, meas B^1, mehis D^1 salus B^1CD 567 TRA *praem., corr. Camerarius* 568 mi sarcirites *B*, mis artirites *CD;* Misargyrides in Plauto dicitur trapezita *Donatus in Adelph. in.* 569 quide argentos (-teos B^1), *corr.* B^2 570 continu *CD* 571 inanis est, *corr. Pylades* *cf. ad Asin. 579* 572 mittistis *CD* 574 magius *B, corr.* B^1, maius *C*, mauis *D* oportunus *suppl. ς* 575 TR. *om.* conde CD^1 *suppl. ς, Ritschelius* 576 *accedit A* cḷamaṭ ṃịṃịṣ *A, om. P* (*supplevit Camerarius*) 577 clamạ[bo *ACD* ah *fort. danistae fuit A* gere AB^2*:* cherem *P* 578 g[eram] AB^2*:* ceram *P* 579 h]uc AB^2*:* hunc *P* [meri]diem *A, cf. 582. 651 Pseud. 1174* 580 redde]ṭur nunç ạbi *AP, correxi* (*Herm. 18, 574*) 581 summam *P* 582 quid sị[ç ṃạṇẹḅọ ḥịc pọ]tiụṣ *A* ṃẹrịḍiem *AP* (meredием B^1)

TR. Immo abi domum, verum hercle dico, abi modo.
* *
DAN. Quin vos mihi faenus date. quid hic nugamini?
TR. Eu hércle, ne tu — abi modo, ausculta mihi.
DAN. Iam hercle ego illum nominabo. * * TR. Euge strenue.
beatus vero es nunc, quom clamas. DAN. Meum peto.
multos me hoc pacto iam dies frustramini.
molestus si sum, reddite argentum: abiero.
responsiones omnes hoc verbo eripis.
TR. Sortem accipe. DAN. Immo faenus, id primum volo.
TR. Quid ais tu, ómnium hominum taeterrime?
venisti huc te extentatum? agas quod in manu est.
non dat, non debet. DAN. Non debet? TR. Ne frit quidem
ferre hinc potes. an metuis ne quo abeat foras
urbe exulatum faenoris causa tui,
quoi sortem accipere iam licet? DAN. Quin non peto
sortem: illuc primum, faenus, reddundum est mihi.
TR. Molestus ne sis. nemo dat, age quid lubet.
tu solus, credo, faenore argentum datas.
DAN. Cedo faenus, redde faenus, faenus reddite.
daturin estis faenus actutum mihi?
datur faenus mihi? TR. Faenus illic, faenus hic.
nescit quidem nisi faenus fabularier.

---

583 *ante* uerum *fort. pers. spat. A* abi ⟨abi⟩ *Ritschelius* modo *P*: ḍomum *A* 584 *om. P*; ṇ . . . ḷo— ṃ faenu— ṇ qụ— ọ *A*; *legi posse* non eo *vel* at uolo, *deinde* — faenus. T. i inquam, i modo *putat Studemundus* 587 illunc *P* *clamatio intercidit* (*Ritschelius, Muellerus pros. 660*) 588 puto *P* 589 DA. *praem. B* (*om. antea*) 590 redite *B*[1]*D*[1] 591 eripit *P* (eripite *B*[2]) 593 hominem (-um *B*[2]) omnium *P*; tun omnium hominum homo *Brixius Trin.*[4] *p. 143* 594 manụ[m e]st *A* 595 nec erit quidem *P*, — qụịḍẹṃ *A*, *corr. Ellisius* (*Varro r. r. 1, 48, 3* illud autem summa in spica iam matura, quod est minus quam granum, uocatur frit); ne γρῦ quidem *Acidalius* 596 hoc *P* an *et post lac.* Quo (quod *D*) habeat foras *P* 597 Vrbem exsul *et post lacunam* his (hic *CD*) causa tui *P* [e]ẋolatum *A* 598 Quoi sortem *et post lacunam* cebit DA Quin non peto *Ṗ* cui orṭẹm *A* liceb[it] *A*(*P*), *corr. Studemundus* 599.600 *om. P* 601—646 *inter 885 et 886 delati in P; de quibus turbis* (*excipiunt se v. 686—801, 842—883, 802—841, 884. 885, 601—646, 886—1065, 647—685, 1066 sq.*) *dixit Ritschelius parerg. 433 sq. et in praef., cf. Seyffertus et Gundermannus Berl. phil. woch. a. 1892, Schoellius praef. 9 sq.* 601 sit *A* 603 reddịdeṭe *A*, redite *B*[1] 604 est]is *A*: estiis (estus *D*) *P* 605 date mihi fenus *P*, *fort.* datin TR.: *spat. om. AP*

ultro te. neque ego taetriorem beluam
vidisse me umquam quemquam quam te censeo.
DAN. Non edepol tu nunc me istis verbis territas.
TH. * calidum hoc est: etsi procul abest, urit male. * 609ª
quod illúc est faenus, opsecro, quod illíc petit? 610
TR. Pater eccum advenit peregre non multo prius
illius, is tibi et faénus et sortem dabit,
ne inconciliare quid nos porro postules.
vide num moratur. DÁN. Quin feram, si quid datur.
TH. Quid ais tu? TR. Quid vis? TH. Quis illic est? quid illíc petit? 615
quid Philolachetem gnatum compellat ⟨meum⟩
sic et praesenti tibi facit convicium?
quid illí debetur? TR. Obsecro hercle, ⟨illud⟩ iube
obi⟨ci illi⟩ argentum ob os impurae beluae.
TH. Iubeam —? TR. Iuben homini argento os verberarier? 620
DAN. Perfacile ego ictus perpetior argenteos. 621
TR. Audin? videturne, obsecro hercle, idoneus, 625
danista qui sit, genus quod improbissimum est.
TH. Non ego istuc curo qui sit ⟨quid sit⟩ unde sit:
id volo mihi dici, id me scire éxpeto, 628
quod illud argentum est? TR. Est — huic debet Philolaches 622
paulum. TH. Quantillum? TR. Quasi — quadraginta minas;
ne sane id multum censeas. TH. Paulum id quidem est. 624
adeo etiam argenti faenus creditum audio. 629

---

607 uetro te *P* (*ad* uetro *in mg.* ł uetero B^2), *corr. Seyffertus;* uṇọ .. *A*, *quod* unose (*cf. Nonius 183*) *fuisse coniecit Studemundus. cf. Baierus de Pl. fab. rec. 179; Solmsenus stud. 66 sq.* beluam AB^2*:* belum *P* 608 quam *om. A* 609 nunc me tu *P*, ṭunc me *A*, *corr. Schoellius* 609ª *seni dedit Gruterus* (*610* H *praem. B*). *non satis est versus quo ad colloquium denuo senex accedat, neque vero aptus eo loco quo Acidalium secuti posuerunt* (*post v. 665*)*; sed dixit: 'nescio quid tam diu altercetur Tranio; calidum e. q. s.; accedam proprius' talia.* abest urit *A:* habes turita *P* 610 illud *P* 612 est sortem *A* 614—652 (*v. ad 630*) *deest A* 614 *i. e. ego quidem non moror* 615 S Quid ais tu? H Quid uis? quis *B* (S *et* H *de servo et sene saepius*) 616 ⟨meum⟩ *Camerarius* 617 T *praem. B* 618 *supplevi; pronomen positum ut e. g. Truc. 661* iubi 619 *suppl. ς, Camerarius* (huic) 620 iuben B^2*:* iube in homine B^1 argento os B^2*:* argento•s B^1, argenteos *CD* 625—628 *suo loco reposuit Ritschelius* 625 videtur, *corr. Camerarius* 626 qui *ς:* quid improbissimus B^1 627 *fort.* istunc *supplevi* 628 *fort.* ⟨ego⟩ uolo 622 *vel* illuc *cf. vind. Plaut. 10* 623 paululum *B* 624 H ne *et* TR p. *B*, *corr. ς* paullum 629 credit

TR. Quattuor quadraginta illi debentur minae,
et sors et faenus. DAN. Tantumst, nihilo plus peto.
TR. Velim quidem hercle ut uno nummo plus petas.
dic te daturum, ut abeat. TH. Egon dicam dare?
TR. Dic. TH. Egone? TR. Tu ipsus. dic modo, ausculta mihi.
promitte, age inquam: ego iubeo. TH. Responde mihi:
quid eo est argento factum? TR. Salvom est. TH. Solvite
vosmet igitur, si salvomst. TR. Aedis filius
tuos emit. TH. Aedis? TR. Aedis. TH. Euge, Philolaches
patrissat: iám homo in mercatura vortitur.
ain tu, aedis? TR. Aedis inquam. sed scin quoius modi?
TH. Qui scire possum? TR. Vah. TH. Quid est? TR. Ne me roga.
TH. Nam quid ita? TR. Speculo claras, candorem merum.
TH. Bene hercle factum. quid, eas quanti destinat?
TR. Talentis magnis totidem quot ego et tu sumus.
sed arraboni has dedit quadraginta minas;
hinc sumpsit quas ei dedimus. satin intellegis?
nam postquam haec aedes ita erant, ut dixi tibi,
continuo est alias aedis mercatus sibi. 648
TH. Bene hercle factum. DAN. Heus, iam adpetit meridie. 649—651
TR. Absolve hunc quaeso, vomitu ne hic nos enecet.

---

630 *repetitur post v. 652, ubi cum eo coniuncti leguntur v. 631. 632 (item A) hic omissi, a Ritschelio parerg. 478 repositi. atque in A folium amissum (v. ad 614) tribus versibus plus cepit quam 35 versus Palatinorum cf. Servius ad Aen. 9, 263* secundum Plautum talentum septuaginta librarum est: qui cum dixisset deberi centum quadraginta libras, paulo post intulit duo talenta (*v. 644, cf. ad Aen. 5, 112); quo errore factum sit ut Servi auctor in Plauti verbis talentum septuaginta librarum (cf. Hultsch metrol. 205. 252) invenerit, non apparet* 630 TR. *ς: om.* (D *priore loco B*) 631 tantum est *P*, tantuṇ – *A* 632 numo *A* 633 habeat B^1D 637 saluom si *CD* aedes BC^2 639 patrisat B^1D, patriset *C* 640 an B^1 scin B^2*:* sint B^1, in *CD* quouis B^1C 642 TR. *Camerarius: om.* speculo *quasi* ut speculum claras *singularis constructio; compositum* speculoclaras *contra analogiam, cf. ad Curc. 77* canorem (conorem B^1), *corr. Spengelius* 644 TR. *Saracenus:* DA. amagnis, *corr. Pius* quod B^1CD *Servius Aen. 9, 263* (*v. ad v. 630*) debentur talenta tot quot ego et tu sumus 646 hic, *corr. Pylades* quas ei B^2 *ex corr.:* quasi *B ante corr., CD ad venditorem* ei *referens versum ante hunc intercidisse coniecit Ritschelius* 647 haec cedis B^1CD, *i. e.* haece aedis iterant, *corr. Camerarius* 647. 648 *post v. 639 posuit Ritschelius; sed lepos in eo est 638sq., quod senex mercator emptione gaudet, non quaerit de causa* 651 SI *praem. B, item 661 et deinceps pro* TR. (*cf. ad 673*) DA. *Pylades: om.* meridies *Saracenus* 652 TR. *Pylades: om.* uomitum, *corr. Bothius*

TH. Adulescens, mecum rém habe. DAN. Nempe aps te petam?
TH. Petito cras. DAN. Abeo: sat habeo, si cras fero. —
TR. Malum quod isti di deaeque omnes duint,
ita mea consilia perturbat paenissime.
nullum edepol hodie genus est hominum taetrius
nec minus bono cum iure, quam danisticum.
TH. Qua in regione istas aedis emit filius?
TR. Ecce autem perii. TH. Dicisne hoc quod te rogo?
TR. Dicam. sed nomen domini quaero quid siet.
TH. Age comminiscere ergo. TR. Quid ego nunc agam,
nisi ut in vicinum hunc proximum *,
eas émisse aedis huius dicam filium?
calidum hercle esse audivi optimum mendacium.
quidquid dei dicunt, id decretumst dicere.
TH. Quid igitur? iam commentu's? TR. Di istum perduint —
(immo istunc potius) de vicino hoc proximo
tuos emit aedis filius. TH. Bonan fide?
TR. Siquidém tu argentum reddituru's, tum bona,
si redditurus non es, non emit bona.
non in loco emit perbono? TH. Immo in optumo.
cupio hercle inspicere hasce aedis. pultadum fores
atque evoca aliquem íntus ad te, Tranio.
TR. Ecce autem perii. nunc quid dicam nescio.
iterum iam ad unum saxum me fluctus ferunt.

---

653 (*cf. ad v. 630*) *accedit A* 654 DA *B: spat. om. ACD* abeo *AB²:* habeo *P* fero *P:* pẹṭọ *A* 655 quad *A* di deaeque *AB²:* de deaque *P* *cf. Ter. Phorm. 976* 656 peruortit *Priscianus 1, 99; 2, 67; A n. l.;* perturbat *i. e.* perturbaut. *cf. ad Mil. 1038, Pers. 783 all.* (*aliter 684 sq.*) paenissime *testantur Charisius 189 Priscianus:* plenissime *P* (*idem vitium in Charisio, ad Aul. 668*); *A n. l.* 657 hodie *om. A* 659 qua *P:* quare *A* 661 siẹṭ *AB²:* sciet *P* 663 [pr]o[xi]ṃụṃ ḍ—rḍịem (*vel in fine* im) *A*, proximum mendatium (*ex 665*) *P;* rem conferam *ad sensum recte suppl. Ritschelius* 664 ḥụịịuṣ *A* dicam *non futurum esse voluit qui sic hos versus composuit; ceterum v. 663. 664 debilitant eorum vim quae secuntur 667 sq.* 665 [esse] audiui *A:* audiui esse *P* 666 *scil. quidquid subito in mentem venit. Callim. h. 3, 186* εἰπὲ, θεά, σὺ μὲν ἄμμιν, ἐγὼ δ' ἑτέροισιν ἀείσω decretum (rectum *B*) est *P*, ḍẹcṛẹtunst *A* 667 [iam] · coṃṃẹṇṭusṭ *A* 668 istuc *P* 671 ṭu *A:* es *P* 673 TH. *praem. B, deinde* SI. Immo (*spat. AD, om. C*), *corr. Seyffertus* in optumo *A:* optumo *P* 674 TH. *praem.* hasce *A:* hasc (hascc *B*¹) *P* 675 ⟨huc⟩ intus *Ritschelius* ad te tranio *A:* atte terno *P* 676 perii *A:* iterum *P*

quid nunc? non hercle quid nunc faciam reperio:
manufesto teneor. TH. Evocadum aliquem ocius,
roga circumducat. TR. Heus tu, at hic sunt mulieres:
videndumst primum, utrum eae velintne an non velint.
TH. Bonum aequomque oras. i, percontare et roga.
ego hic tantisper, dum exis, te opperiar foris.
TR. Di te deaeque ómnes funditus perdant, senex,
itá mea consilia undique oppugnas male.
euge, optume eccum aédium dominus foras
Simo progreditur intus. huc concessero,
dum mihi senatum consili in cor convoco.
igitur tum accedam hunc, quando quid agam invenero.

SIMO III 2

Mélius anno hóc mihi nón fuit domi,
néc quod una ésca me iúverit magis.
prándium uxór mihi pérbonum dedit,
núnc dormitúm iubet me íre: minime.
nón mihi fórte visum ílico fuit,
mélius quom prándium quám solet dedit:
vóluit in cúbiculum abdúcere me anus.
nón bonust sómnus de prándio. apage.
clánculum ex aédibus me édidi foras.
tóta turgét mihi uxór, scio, domi.
TR. Rés parata ést mala in vésperum huic seni.
nam ét cenandum ét cubandúmst ei male.

---

678 quid nunc? *seni dedit cum A Schoellius; sed* euocadum *illud* euoca *excipere videtur* recerio *P* 679 ocius *A:* foras *P* 680 heus tu *seni dedit Bothius* 681 uelint aut non *A* 682 aequmque rogas ị pẹrcunctare *A* i *om. P* 684 omnis *P* 685 mali *vel* male *A:* mala *P* 686 TR. *praem.* eugae *A*, fuge *P* ⟨ipse⟩ eccum *Bachius in Studemundi stud. 2, 408, cf. v. sq.* 687 intus *A:* ipsus *P* 689 huc *ACB*² enuenero *BC*, enuero *D*¹ SIMO THEOROPIDES TRANIO *A*, SIMO THEVTROPIDES SENES ·II· (·II· *om. D*²) TRANIO SERVVS *BD*² 691 nequodest caunameruerit magis *P* (esca una *Merula*); quod iuuerit *ad id genus loquendi pertinet de quo vide ad Asin. 47 sq.* 692 prandium *AB*²*:* peranium (perannium *D*) *P* 693 me ire *AB*²*:* mieire *P* 695 qum *A*, quam *P* solet *A:* solum *P* 697 bonum est somnum *A*, bonus somnus est *P* 699 scio *A:* scio nunc *P* 700 male *A* 701 nam et cenandum ei et cubandum est male *A*, *corr. Ritschelius*, nam et cenandum et cubandum st ni trahis male *P*, *quae corruptela nondum explicata est*

SI. Quóm magis cógito cúm meo animo:
si quis dotátam uxorem átque anum habet,
néminem sóllicitat sópor: ibi omnibus
íre dormítum odio est véluti nunc mihi
éxsequi cérta res ést, ut abeam
pótius hinc ád forum quám domi cubem.
átque pol néscio, ut móribus sient
vóstrae: haec sát scio quám me habeat male.

*

péius posthác fore quám fuit mihi.
TR. Ábitus tuos tíbi, senex, fécerit male:
níhil erit, quód deorum úllum accusites;
te ípse iure óptimo mérito incusés licet.
témpus nunc ést senem hunc ádloqui mihi.
hóc habet. répperi quí senem dúcerem,
quó dolo a mé dolorém procul péllerem.
áccedam. dí te ament plúrimum, Simo.
SI. Sálvos sis, Tránio. TR. Út vales? SI. Nón male.
quíd agis? TR. Hominem óptumum téneo. SI. Amicé facis,
quóm me laudás. TR. Decet. SI. Cérte. quin m⟨utuomst⟩:
hércle ted haú bonum téneo servóm ⟨manu⟩.
[THEOPR. Heía, mastígia, ad mé redi. TR. Iam ísti ero.] 721a
SI.] quíd nunc? quam móx? TR. Quid est? SI. Quód solet fíeri hic

---

703 atque anum *om. P spatio relicto* *fort.* habet anum 704 sopor in omnibus *A, corr. Ritschelius,* sopo *omissis extremis P* (sopor B^2) 705 dom[itu]m *A* uelut nunc mihi *A:* ue *P* (uero B^2) 706 exequi *A* habeam *P* 709 uos[tra] *A* ⟨at⟩ haec *Hermannus* me *om.* B^1*; A n. l.* 710 *cum 709 coniungi nequit, intercidit versus* peiius *A,* pelius *P* 711 ⟨si⟩ abitus *Camerarius* 712 ullum AB^2*:* nullum *P* 713 iiure *vel* eiure *A* incusses *A,* incusis (-es B^2) *P* 714 adloquimini *P; versum repetit A post 715 sic:* [tempu]s nunc est mihi hunc adloqui senem 715 ducerem *P:* cir[cumd]ucerem *A* 716 *om. A, v. ad 714* quod B^1CD 718 TR. *spat. om. A* 719 amice *A:* uamice *P* (ua amice B^2), *cf. 750* (*superscr.* SI) 720. 721 cum me laudas † decet † certe quin m— | haud bonum teneo seruum *A,* quom me laudas (laudis *CD*). TRA decet certe SI hercle te habeo hau | bonum teneo seruom (SI *superscr. B, spat. om. CD;* habeo hau *induxit* B^2) *P, supplevi. versus ascriptus turbas fecit* 721a eia *P* eam istic *P, A n. l.; versus in his scaenis non tolerabilis* 722 num *A* TR. — SI. ς*:* SIMO— TRA *B, spatia ACD* quid is (*vel fort.* id) es[t] *A* hic (dic B^2) *sequentem v. incipit P*

intus. Tr. Quid id est? Si. Scis iam quid loquar. sic decet.
* * morem geras.
vita quam sít brevis, * simul cógita.
Tr. * quid * ehem,
víx tandem percépi super his rébus nostris té loqui.
Si. músice hercle ágitis aetátem, ita ut vós decet,
vino et victu probo, piscatu electili
vitam colitis. + Tr. Immo vita antehac erat:
nunc nobis omnia haec exciderunt ⟨simul⟩.
Si. Quidum? Tr. Ita óppido occidimus omnes, Simo.
Si. Non taces? prospere vobis cuncta usque adhuc
processerunt. Tr. Ita ut dicis facta hau nego.
nos profecto probe ut voluimus viximus.
séd, Simo, ita nunc ventus navem ⟨nostram⟩ deseruit. Si. Quid est?
quó modo? Tr. Péssimo. Si. Quaéne subdúcta erat
túto in terra? Tr. Eí. Si. Quid est? Tr. Mé miserum, occidi.
Si. Quí? Tr. Quia venit navis, nostrae navi quae frangat + ratem.
Si. Vellem út tu velles, Tranio. sed quid est negoti? Tr. Eloquar.
erus péregre venit. Si. Tunc ⟨tibi⟩ * portenditur,
inde férriterium, postea ⟨crux. Tr. Per tua te g⟩enua obsecro,

---

723 *folii ultimus*, 724—758 *deest A* 723. 724 *utrique* SI *praem. B; in P haec sunt:* hic quid id est Tr loquar sic decet morem geras
723 *versus sic fiat:* intus. scis iam— T. quid est? S. quid loquar. sic decet. *non probabilis septenarius* intus — geras 724 *cf. Bacch. 417* 725 breui *CD* simul *sup. v. B*[1] *deest velut* tu, *sive fuerit* ⟨si⟩ simul cogites 726 quid *in fine huius versus post spatium,* ehem *in initio sequentis, ut Festus; cf. Pseud. 874. talia fuerint:* ⟨haereo⟩ quid ⟨siet, loquere perplexe.⟩ ehem 727 *Festus 305* (*s.* super) Pl. in Phasmate: ehe⟨m uix⟩ tandem percipio super rebus nostris loqui te 730 piscatu probo, *corr. Gulielmius* 731 ⟨uos⟩ colitis *Spengelius* uita *ς:* uit (ut *B*[2]); *conieci* Simo, uita ⟨ista⟩ 732 communia, *corr. Camerarius* ⟨simul⟩ *Weisius* (bona *Ritschelius*) 733 qudum *B* *possis* ita ⟨hodie⟩ 734 *sq. disp. B:* Non — processerunt | Ita — nos | Profecto — uiximus 735 heu *C*, haud *B* 737 *sq. disp. B:* Sed — nauem | Deseruit — pessimo | Quae — terra | Ei — quia | Venit — ratem 737 scimo *B*[1]*D* ⟨nostram⟩ *Camerarius* 738 pessimo *Simoni continuatur, corr. Bothius* quae nec 740 trabes *Lorenzius, fort.* latus (*Bacch. 281*) 741 uelim, *corr. Muretus* tu: ut• *B*[1] trannios quid est (quid *superscr.*) *B*[1], trannios est *C* (*ante* est *fort eras.* et quid), *D* negotist *Brixius* eloquere *B*[1] 742. 743 *spatia relicta* 742 uenit peregre uenit *B*[1] ⟨tibi⟩ *Camerarius, deinde* flagrum *Vssingius, puta* primum f. cor tenditur, *corr. Vssingius* 743 *supplevit Vssingius* (per genua *Camerarius*) *cf. Poen. 1387*

ne indícium ero facias meo. Si. É me, ne quid metuas, nil sciet.
Tr. Patrone, salve. Si. Nil moror mi istius modi clientis.

Tr. Nunc hoc quod ad te noster me misit senex —
Si. Hoc mihi responde primum, quod ego te rogo:
iam de istis rebus voster quid sensit senex?
Tr. Nil quicquam. Si. Numquid increpavit filium?
Tr. Tam liquidust quam liquida esse tempestas solet *
nunc te hoc orare iussit opere maximo,
ut sibi liceret inspicere hasce aedis tuas.
Si. Non sunt venales. Tr. Scio equidem istuc. sed senex
gynaeceum aedificare volt hic in suis
et balineas et ambulacrum et porticum.
Si. Quid ergo somniavit? Tr. Ego dicam tibi.
dare volt uxorem filio quantum potest,
ad eam rem facere volt novom gynaeceum.
nam sibi laudavisse hasce ait architectonem
nescio quem exaedificatas insanum bene;
nunc hinc exemplum capere volt, nisi tu nevis.
nam ille eo maiore hinc opere ex te exemplum petit,
quia isti úmbram aestate tibi esse audivit perbonam
sub sicco lumine usque perpetuom diem.
Si. Immo edepol vero, quom usquequaque umbra est, tamen

---

744. 745 sciat *B*[1]*CD* 747 meme *B*[1]*CD* 748 orogo *B*[1] 750 si. num ς: unum increpitauit *CD* 751 liquidum est, *corr. Camerarius sententiam supplevit Seyffertus secundum Poen. 356* 753 hasc *B*[1], has *B*[2] 755 cineceum *B*[1] 756 balneas *B*[2] 757 quid consomniauit, *correxi cf. Stich. 666* 759 *accedit A* 760 laud[aui]ss[e *A*: laudasse *P* hasce ait *B*: [ai]t has *A*, ait *CD* [architec]tonem *AB*[1]: architectorem *CDB*[2] 761 exaedificatas esse [insan]um — *A, corr. Studemundus,* esse (*om. CD*) aedificatas has sane bene *P* 763 *sq. sic in P:*

nam ille eo malo (magno *B*[2]) opere exte (exte *om. CD*) exemplum petit
quia hic esse aestate perbonam
subdiu col perpetuum diem

quorum versuum alter talis fuit secundum A: quia hic ⟨umbram audiuit⟩ esse aestate perbonam 763 eo [ma]i[ore] hinc o[pere s— *A*, sibi e. p. *Schoellius* 764 quia isti u[m]b[ra]m aestate [mihi] esse aud[iuit perbona]m *vel* aestatem tibi *A*
765 sub s[ud]oco[[umi]ne *A*, *correxi.* (alli / ico written above) *si accipias* sub sudo columine, *aut sudum apricum significet aut columen caelum, neutrum probabiliter.* incipit et sicco feruere terra cane *Propertius* 766 es *A*

sol semper hic est usque a mani ad vesperum:
quasi flagitator astat usque ad ostium,
nec mi umbra hic usquamst, nisi si in puteo quaepiamst.
Tr. Quid, Sarsinatis ecqua est, si Vmbram non habes?
Si. Molestus ne sis. haec sunt sicut praedico.
Tr. At tamen inspicere volt. Si. Inspiciat, si lubet;
si quid erit quod illi placeat, de exemplo meo
ipse aedificato. Tr. Eon, voco huc hominem? Si. I, voca.
Tr. Alexándrum magnum atque Agathoclem aiunt maximas
duo rés gessisse: quid mihi fiet tertio,
qui solus facio facinora immortalia?
vehit hic clitellas, vehit hic autem alter senex.
novicium mihi quaestum institui non malum:
nam muliones mulos clitellarios
habent, at égo habeo homines clitellarios.
magni sunt oneris: quidquid imponas vehunt.

nunc húnc hau scio án conloquár. congrediar.
heus Théopropides. Th. Hém quis hic nóminat me?
Tr. Eró servos múltis modís fidus. Th. Vnde is?
Tr. Quod me miseras, adfero omne impetratum.
Th. Quid illíc, opsecro, tam diu destitisti?
Tr. Seni non erat otium, id sum opperitus.
Th. Antiquom optines hoc tuom, tardus ut sis.
Tr. Heus tu, si voles verbum hóc cogitare,

---

767 hic est *P:* huc *A* mani B^1*:* manẹ *AP;* a mani *Plautinum testantur Servius ad Aen. 5, 19 alii, cf. Amph. 253* 768 ḥostium *ACD* 769 [hic] *A: om. P* 770 arsinatiṣ *A* ec (et *CD*) quam *P cf. Polyb. 2, 24, 7* 774 ị *A: om. P* 778 uẹhiṭ [hic] AB^2*:* uehit *P* 781 [aṭ ẹḷgọ *A:* ego *P* 782 honeris *P* 783 TRANIO SERVVS · THEVROPIDES · SIMO · SENES · II · *B et fere* D^2 *novae scaenae inscribunt, sine spatio pergit A* h]unc AB^2*: om. P* hausclo *P* (haut scio B^2), haud scio *A* conloquar AB^2*:* con conloquar (coll. *CD*) *intercedente spatio P;* congredibor *Weisius* 784 theupropides *B*, [t]heoropides *A*, theuropides *CD* quis hic *A:* quis *sequente spatio B, om. in spatio CD;* ⟨prope⟩ hic *Schoellius* 785 multimodis *A*, multum suo *P* fidus *Ritschelius:* filius *A*, fidelis *B*, *om. CD* unde is *om. P, quo accito praebet* ero seruos multum suo fidelis. unde is? *colon baccheum cum iambico, cf. 783. 784. 792* (suo fidus *Spengelius*) 786 quod B^1*:* quo $ACDB^2$ 787 *vel* illi (illic *AP*) destitisti *AP, cf. Men. 777. 810* 788 otium erat *P* (erat *om.* B^1) operitus *BD* 789 antiquum *P*, an[ti]qum *A* sies *A* 790 hoc uerbum *Ritschelius*

simul flare sorbereque haud factu facilest.
ego híc esse et íllic simitu hau pótui.
TH. Quid nunc? TR. Vise, specta tuo usque arbitratu.
TH. Age ⟨i⟩, duce me. TR. Num moror? TH. Supsequor te.
TR. Senex ipsus te ante ostium eccum opperitur.
sed ut maestus est se hasce ⟨aedis⟩ vendidisse.
TH. Quid tandem? TR. Orat ut suadeam Philolacheti,
ut istas remittat sibi. TH. Haud opinor.
sibi quisque ruri metit. si male emptae
forent, nobis istas redhibere haud liceret.
lucri quidquid est, id domum trahere oportet.
misericordias * hominem oportet.
TR. Morare hercle * facis. subsequere. TH. Fiat.
dó tibi ego operám. TR. Senex illíc est. em, tibi ádduxi hominem.
SI. Sálvom te advenisse peregre gaudeo, Theopropides.
TH. Dei te ament. SI. Inspicere te aedis has velle aiebat mihi.
TH. Nisi tibi est incommodum. SI. Immo commodum. i intro atque inspice.
TH. At enim mulieres — SI. Cave tu ullam flocci faxis mulierem.
qua libet perambula aedis oppido tamquam tuas.
TH. Tamquam? TR. Ah, cave tu ílli obiectes nunc in aegritudine,
te has emisse. non tu vides hunc, voltu uti tristi est senex?
TH. Video. TR. Ergo inridere ne videare et gestire admodum;
noli facere mentionem te ⟨has⟩ emisse. TH. Intellego,
et bene monitum duco, atque esse existumo humani ingeni.

---

792 simul (simulet CD^2) haud *P* (*791* aut *B*) hau potui simitu *Seyffertus* 793 quid nun uis ✝ uiṣa specta ✝ tuo *A* usque *om. P* 794 age duc me ✝ nom moror ✝ supsequor te *A*, age Duc me nunc moror TRA subsequor te *P* (T *eras. ante* Duc *B*, num B^2, *spatium pro* TRA *C, quod om. D*); ⟨i⟩ *Weisius; fort.* age i *servi* 795 ipse *P* hostium *AD* eccum *P:* illud *A* opperibitur *B*, operitur *CD* 796 ut *om. P* sese *A* ⟨aedis⟩ *Ritschelius* (*om. AP*) 797—825 *deest A* 798 haud ⟨faciam⟩ *Vssingius* 799 metuit *CD* 800 placeret *CD* 802. 803 *spatia relicta; suppleas velut* misericordia ⟨se abstinere⟩, ⟨odiose⟩ facis *vel cum aliis* ⟨uerba ut⟩ facis fiat *om. B* 804 *pers. om., corr. Camerarius* hem B^2, h *in ras.* homine B^1 *septenarium fecerunt scribentes* hominem ⟨Simo⟩ *Schoellius*, adduxi hominem tibi *Aldus* 805 theuropides 806 H *abhinc Theopropidem signat B* inspiceren te (inspicerent *CD*, inspicere te B^2) aedis te, *corr. Pareus;* inspicere iste aedis te *Lorenzius* belle 807 TH. *om. B* incommodum est, *corr. Bentleius* H immo, *deinde* S *ante* i *B* 808 illam *B* floxcifati faxis B^1 811 ut 812 et *om. B* 813 ⟨has⟩ *Guietus* 814 esse *Merula:* se (te B^2) humano B^2 ingenio

quid nunc? Si. Quin tu is intro, atque otiose perspecta ut lubet.
Th. Bene benigneque arbitror te facere. Si. Factum edepol volo.
[vin qui perductet? Th. Apage istum perductorem, non placet.
quidquid est, errabo potius quam perductet quispiam.]
Tr. Viden vestibulum ante aedis hoc et ambulacrum cuius modi?
Th. Luculentum edepol profecto. Tr. Age specta postes cuius modi,
quanta firmitate facti et quanta crassitudine.
Th. Non videor vidisse postis pulchriores. Si. Pol mihi
eo pretio empti fuerant olim. Tr. Audin 'fuerant' dicere?
vix videtur continere lacrimas. Th. Quanti hosce emeras?
Si. Tris minas pro istis duobus praeter vecturam dedi.
Th. Hercle qui multo improbiores sunt quam a primo credidi.
Tr. Quapropter? Th. Quia edepol ambo ab infimo tarmes secat.
Tr. Intempestivos excisos credo, id eis vitium nocet.
atque etiam nunc satis boni sunt, si sunt inducti pice;
non enim haec pultiphagus opifex opera fecit barbarus.
viden coagménta in foribus? Th. Video. Tr. Specta, quam arte dormiunt.
Th. Dormiunt? Tr. Illud quidem, ut conivent, volui dicere.
satin habes? Th. Vt quidquid magis contemplo, tanto magis placet.
Tr. Viden pictum, ubi ludificat cornix una volturios duos?
Th. Non edepol video. Tr. At ego video. nam inter volturios duos
cornix astat, ea volturios duo vicissim vellicat.
quaeso huc ad me specta, cornicem ut conspicere possies.
iam vides? Th. Profecto nullam equidem illic cornicem intuor.
Tr. At tu isto ad vos optuere, quoniam cornicem nequis
conspicari, si volturios forte possis contui.
Th. Omnino, ut te absolvam, nullam pictam conspicio hic avem.

---

816 benique (denique B^2), *corr. Camerarius* SI. *Camerarius: om.* 816[a-b] *cf. 843sq., adiecti ut v. 817—847 in actione omitterentur* (*Seyffertus*), *omisit Taubmannus* 816[b] *idem 846* s quid est H errabo (*notas om. CD*) 817 aedes *B* amplacrum B^1CD 819 Quam B^1, Qua B^2 820 SI. *ς: om.* 821 aut infuerat (auden fuerant B^2) 823 diebus, *corr. Merula* 824 multum, *a Plauto alienum* 825 tramisecat (setat *C*, tramis secat B^2), *corr. Scaliger, cf. Paulus 358, Serv. georg. 1, 256* 826 *accedit A* intempestius excisso[s *A* docet *A* 827 etiannunc *A* si sint *Camerarius* 828 pulti fagus *P*, pultụfagis *A* 829 s *praem. B* dormunt *P* (*corr.* B^2) 831 TH. *ς: spat. om. AP* contemplor *AP, cf. Langenus symb. 60, Pers. 564* 832 ludificatụr *AP, corr. Bentleius* ụna cornix *A* duo *P* 833 *om. P* *pers. spat. om. A* uideor nam *A, corr. Studemundus* 834 duos *A* uellitat *P* (*corr.* B^2) 835 ad *ambigue, velut Aratus* σκέπτεο παρά *sim.* (*75. 167*) possis *P* 836 cornicum *A* ịnṭụọṛ *A:* intueor *B ex correctura,* intueos (t *et* e *super. scr.*) *C,* intues *D*

Tr. Age, iam mitto, ignosco: aetate non quis optuerier.
Th. Haec, quae possum, ea mihi profecto cuncta vehementer placent.
Si. Latius démum est operae pretium ivisse. Th. Recte edepol mones.
Si. Eho istum, puere, circumduce hasce aedis et conclavia.
nam egomet ductarem, nisi mi esset apud forum negotium.
Th. Apage istum a me perductorem, nil moror ductarier.
quidquid est, errabo potius quam perductet quispiam.
Si. Aedis dico. Th. Ergo intro eo igitur sine perductore. Si. Ilicet.
Th. Ibo intro igitur. Tr. Mane sis videam, ne canis — Th. Agedum vide.
Tr. Est! abi, canis. est! abin diérecta? abin hinc in malam crucem?
at etiam restas? est! ábi istinc. Si. Nil pericli est, age ⟨modo⟩.
tam placidast, quam feta. quam vis ire intro audacter licet.
eo ego hinc ad forum. — Th. Fecisti commode, bene ambula.
Tranio, age, canem istam a foribus ⟨aliquis⟩ abducat face,
etsi non metuenda est. Tr. Quin tu illam aspice ut placide accubat;
nisi molestum vis videri te atque ignavom. Th. Iam ut lubet.
sequere hac me igitur. — Tr. Equidem haud usquam a pedibus apscedam tuis. —

PHANISCVS IV 1

Serví qui, quom culpá carent, tamén malum metuont,
ei sólent esse eris utíbiles.
nam illí qui nil metuónt postquam sunt málum meriti,
stultá sibi expetunt consília:
exércent sese ad cúrsuram, [fugiunt] sed eí si reprehensí sunt,

---

842 *non* [demum est], *sed fortasse* demunst *A* recte *AB²: erecte P* 843 puer *P* hoc *vel* hos *A* 844 ad *P* 845 a me *A:* me *P* perductorem *om. P spatio relicto ut v. sq.* 846 ẹṛ[ra]ḅọ potius quam *A, om. P; cf. 816ᵇ* 847 adis *P* 848 igituṛ *AB²:* igitur est *P* unde *P* 849. 850 est *pro* st *interiectionem scribunt AP* caniẹ *A* abin *fortasse fuit in A:* abi *P* dierecte *CDB²; A n. l.* aḅin *AB²:* est abin *P* (in *om. CD*) 851 restas est *CD:* restat est *B¹*, restas *B² et fort. A* SI. *ς: om. AP* ⟨modo⟩ *Weisius* (*om. etiam A ut vid.*) 852 quaeuịs *A*, qua uis *P*, *correxi; cf. Herm. 18, 568, Buechelerus mus. Rhen. 39, 287; 43, 153* eire *P*, *cf. 336. 693. 969* 853 eo ego *B:* ec ego *CD*, ego aḅẹọ *A* 854 ⟨aliquis⟩ *Weisius: om. P et ut videtur A* 855 ill[a aspi]çẹ *A* 858 P̣ḤAṆ[IS]C̣VṢ —ỊṆẠ[C̣Ị]Ṿ— (*supplevit Studemundus, Schoellius* Pinacium) *A*, TRANIO · THEVROPIDES · SIMO · DANISTA *B*, ADVERSITORES *addit D²*, *om. CD* çaṛẹnṭ *A:* carint *P* *v. 858. 859 repetuntur Men. 983ᵃ·ᵇ* *versus Reizianus, secuntur anapaesti* 859—890 *deest A* 859 hii, *corr. Seyffertus* 862 fugiunt *del. Bothius, debilitat verba antecedentia* hii, *corr. Seyffertus* reprehensis *B¹*

fáciunt de maló peculiúm quod nequeunt ⟨dé bono⟩.
augent ex pauxillo * de parant.
mihi in pectore consili * malam rem prius
quam ut meum *
ut adhúc fuit, mihi corium ésse oportet,
sincérum atque ut votem vérberari.
si huíc imperábo, probé tectum habébo,
malúm quom impluít ceteris, ne impluát mi.
nam ut sérvi volúnt esse erum, ita solet *
boní sunt: ⟨bonúst⟩; improbí sunt, malús fit.
nam núnc domi nostrae tot péssimi vivont,
pecúli suí prodigí, plagigéruli.
ubi adversum ut eant vocantur ero: 'non eo, molestus ne sis.
scio quo properas: gestis aliquo; iam hercle ire vis, mula, foras
pastum.'
béne merens hóc preti inde ábstuli. abií foras.
sólus nunc eo advórsum ero ex plúrimis servis.
hóc die crástini quóm erus rescíverit,
máne castigábit eos búbulis exuviis.
póstremo minoris pendo tergum illorum, quam meum:
illi erunt bucaedae multo potius, quam ego sim restio. IV 2

PINACIVM

Máne tu atque adsiste ílico,
Phánisce. etiam respicis?
PHAN. Míhi molestus ne sies.

---

863 de *Gulielmius:* a peculio, *corr. Pylades* *supplevit Ritschelius* 864. 865 pauxil *C et fort.* B^1, pausil *D* 865*sq. sententiae addiderunt* ⟨thensaurum in⟩de, consili⟨umst cauere⟩, meum ⟨tergum doleat⟩. *quae servata sunt anapaestos indicant* 869 uerberare, *corr. Pylades* 870 *fort.* ⟨id⟩ si huic *mihi* tecum B^1 871 ceteros B^1CD 872 *sermo tolerabilis, metrum non item; puta* ita se parabit 873 boni sunt bonust *Bergkius:* bonis sum improbis *BC* fuit, *corr. Gruterus* 874 *dimeter Reizianus; nisi fuit* nam tót pessumí nunc domí nostrae uíuont (*similiter Hermannus*) 875*sq. disp.:* peculi — eant | uocantur — sis 876 uocatur B^1 *desidero et* ⟨qui⟩ ubi *et* ⟨respondent:⟩ non (*cf. Vssingius*); *sic post septenarium troch. dimeter anap.* molestús — properas *et Reizianus* gestís — pastum 877 quo *Merula:* quod hercle *B:* erdet (t *eras.*) *D,* erede *C* 878 precium unde abstultabi, *corr. Camerarius, Hermannus* 881 di B^1CD 882 *cf. ad Bacch. 989sq.* 883 pen tergum (ergum *CD*) *spatio intercedente* 884*sq. cf. ad 601* *de Pinacii nomine vide titulum IV, 1 (A). per hanc scaenam personae non distinguuntur* 886. 886^a *uno versu B* respices *C,* respice *B* sis

PIN. Víde ut fastidit simia.
manésne ilico, ímpure párasite? PHAN. *
quí parasitus sum? PIN. Égo enim dicam: cíbo perduci pótis es quovis.
PHAN. Mihi súm, libet esse. quid íd curas?
PIN. Ferócem facís, quia te érus amat. PHAN. Vah,
oculí dolent. PIN. Cur? PHAN. Quia fúmus molestust.
PIN. Tace sís, faber, qui cúdere soles plúmbeos nummos.
PHAN. Nón potes tu cógere me, ut tíbi male dicam.
novít erus me. PIN. Suám quidem pól culcitulam opórtet.
PHAN. Si sóbrius sis, male nón dicas. PIN. Tibi obtémperem, cum tu míhi nequeas?
PHAN. Át tu mecum, péssime, ito advérsus; quaeso hercle abstine
iám sermonem de istis rebus. PIN. Faciam, et pultabo fores.
heus, écquis hic est, máximam qui hís iniuriam
foribús defendat? écquis has aperít foris?
nemo hínc quidem foras éxit.
ut esse áddecet nequam hominés, ita sunt. sed eó magis cauto est ópus, ne huc
exeát qui male me múlcet.

TRANIO III 3

Quíd tibi visum est mercimoni?

THEOPROPIDES

* totus gaudeo.

TR. Num nimio emptae tibi videntur? TH. Numquam edepol ego me scio

887 *adhaeret v. 889 transpositus ab Acidalio* 887ᵃ *velut* ⟨dic tu⟩ 888 poteres (poteris *Camerarius*) 889 *v. ad 887* milis sum 890 erus *Camerarius* (erus tam): eratus; *fort. latet quod tetrametrum bacch. effecerit* uha 891 q]uiș *accedit A; usque ad 922 pauca leguntur* qur *BC* moles[tu]ș [est] *A*, molestus *P* 892 mummos *C*, numbosnos *B*, —um— *sub finem A* 893 [no]n *ut vid. et in fine* —aled[ica]n *A addita syllaba versus priori exaequatur; cf. 346, ad Cas. 892* 894. 895 culcitullam *P, A n. l.; Lucil. 866 cf. Curc. 104* 896 neque eas *P*, *A n. l.; scil.* obtemperare, *cf. Cas. 548. 1011 all.* 897 pess[ime ito] *A:* pessimi tu *P* 899 q[ui his] *AP*, his qui *Guietus trimetrum faciens* 900 [ecquis h]as aper[it] foris *A:* hec quis ec quis huc exit atque aperit *P* 901 *sq. disp. P:* Nemo — sunt | Sed — mulcet (*sed* Ne); 903 *in A a quo verbo inceperit non liquet* 901 [hom]o [nemo hinc] qui[de]m — *A ut supplevit Studemundus* (*anapaesti*) 902 *vel* séd eo magis cautóst opus (*sequente dimetro anap. acatalecto*), *non iambi* 903 me *om. A ut vid.* multet *B*¹, *A. n. l.* 904 —BOP— —SCVS *sequente altero versu vacuo A* TRANIO (SERVVS *add. D*) · PHANISCVS · THEVROPIDES (SENEX *add. D*) *BD scaenam III 3 fecerat Camerarius, cf. ad 601 sq.* qui — *et in fine* totus gau[de]o *versu breviore sequentibus A;* ⟨edepol⟩ totus *Ritschelius* 905 —quam edepol m[e s]cio *A* scito *P*

vidisse usquam abiectas aedes, nisi modo hasce. TR. Ecquid placent?
TH. Ecquid placeant me rogas? immo hercle vero perplacent.
TR. Cuius modi gynaeceum? quid porticum? TH. Insanum bonam.
non equidem ullam in publico esse maiorem hac existimo.
TR. Quin ego ipse et Philolaches in publico omnis porticus
sumus commensi. TH. Quid igitur? TR. Longe omnium longissima est.
TH. Di immortales, mercimoni lepidi. ⟨si⟩ hercle nunc ferat
sex talenta magna argenti pro istis praesentaria,
numquam accipiam. TR. Si hercle accipere cupies, ego numquam sinam.
TH. Bene res nostra conlocata est istoc mercimonio.
TR. Me suasore atque impulsore id factum audacter dicito,
qui subegi, faenore argentum ab danista ut sumeret,
quod isti dedimus arraboni. TH. Servavisti omnem ratem.
nempe octoginta debentur huic minae? TR. Hau nummo amplius.
TH. Hodie accipiat. TR. Ita enim vero, ne qua causa subsiet.
vel mihi denumerato, ego illi porro denumeravero.
TH. At enim ne quid captioni mihi sit, si dederim tibi.
TR. Egone te ioculo modo ausim dicto aut facto fallere?
TH. Egone aps te ausim non cavere, ne quid committam tibi?
TR. Quid? tibi umquam quicquam, postquam tuos sum, verborum dedi?
TH. Ego enim cavi recte: eam mihi des gratiam atque animo meo.
sat sapio, si aps te modo uno caveo. TR. Tecum sentio.
TH. Nunc abi rús, dic me advenisse filio. TR. Faciam, ut iubes.
TH. Curriculo iube in urbem veniat iam simul tecum. TR. Licet.
nunc ego me illac per posticum ad congerrones conferam.
dicam ut hic res sint quietae atque hunc ut hinc amoverim. —

---

906 ụmquam *AP, corr. Dousa* ablectas (ablactas *B*[1]) *P, A n. l.* haec quid *P* 907 placent *P*, [pl]ạç— *A, corr. Camerarius* 908 modo *CD, A n. l.* 911 summus *P, corr. B*[2], *A n. l.* 912 ⟨si⟩ *Camerarius; A n. l.* 914 accipiem *P, A n. l.; cf. Festus 286* hercle *ς:* ere te *P* (erecte *D*), *A n. l.* cupias *Camerarius; duo futura sunt ut 912 sq. duo coniunctivi* 918 quid *A* arriboni *B*, ạṛṛ- *A* 919 haud *B*[2], *A n. l.* 922 captionis *Geppertus* sit *B*[2]*:* sed *P, A n. l.* 923 egone te ioculo (loculo *praeter B*[1]) *P:* ẹgo[ṇ ṭẹ ịọçọ] *A* 924 egon *P* ne *vel* ni *A*, ni *P* 925 quia *AP, corr. Bothius* 926 mihi des *L.:* dehis *P*, bis (*vel* bes, dis, des) *A;* debes *B*[2], mihi debes *Camerarius. 'eius rei mihi concedas gratiam'.* mihi atque animo meo *cf. Trin. 394, Aul. 724, Truc. 378, Mil. 716, Cas. 642; Sall. Catil. 52, 8* mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecissem 928 abi *A:* abi i *P* TR.: *spat. om. A* iubẹs *A:* uoles *P* 930 iube *A:* ubi iube *P* TR.: *spat. A, om. P* 931 illa *P* at *B*[1]*C, A n. l.* 932 hinc *AD*[1] quaesitae *A* hunc̣ ut *A:* ut hunc *P*

PHAN. Hic quidem neque convivarum sonitus, item ut antehac fuit,
neque tibicinam cantantem neque alium quemquam audio.
TH. Quae illaec res est? quid illisce homines quaerunt apud aedis meas?
quid volunt? quid intro spectant? PIN. Pergam pultare ostium.
heus, reclude, heus, Tranio, etiamne apéris? TH. Quae haec est fabula?
PIN. Etiamne aperis? Callidamati nostro adversum venimus.
TH. Heus vos, pueri, quid istic agitis? quid istas aedis frangitis?
PHAN. Heus senex, quid tu percontare ad te quod nihil attinet?
TH. Nihil ad me attinet? PHAN. Nisi forte factu's praefectus novos,
qui res alienas procures, quaeras videas audias.
TH. Non sunt istae aedis, ubi statis. PHAN. Quid ais? an iam vendidit
aedis Philolaches? aut quidem iste nos defrustratur senex.
TH. Vera dico. sed quid vobis est negoti hic? PHAN. Eloquar.
erus hic noster potat. TH. Erus hic voster potat? PHAN. Ita loquor.
TH. Puere, nimium delicatu's. PHAN. Ei advorsum venimus.
TH. Cui homini? PHAN. Ero nostro. quaeso, quotiens dicendumst tibi?
TH. Puere, nemo hic habitat. nam te esse arbitror puerum probum.
PHAN. Non hic Philolaches adulescens habitat hisce in aedibus?
TH. Habitavit, verum emigravit iam diu ex hisce aedibus.
PIN. Senex hic elleborosust certe. PHAN. Erras pervorse, pater.
nam nisi hinc hodie emigravit aut heri, certo scio
hic habitare. TH. Quin sex menses iam hic nemo habitat. PIN. Somnias.
TH. Egone? PIN. Tu. TH. Tu ne molestu's. sine me cum puero loqui.

---

933 sonitus *AP*, est *auditur sequente* fuit, *cf. 159* itidem *AP*, *corr. Bothius* 935 illisc *P* (illic B^2) meas AB^2*:* me•• B^1, mem *CD* 936 pultarę AB^2*:* pultari *P* *B per hanc scaenam unum modo servum notat* (A *i. e. advorsitor*), *Pinacio sua 936 sq. 952 sq. dederunt Ritschelius et Camerarius* 937 etiam *P* 938 calidamati *P* 940—945 *omittit P*, *nescio an iure. non casu omissos esse ostendit v. 945 quaestionem v. 939 factam repetens; v. 949 primum dici videtur quod 943 sq. praecipitur* 940 [heu]s percunctarę a[tte] quod (*vel* quid) nihil [at]tin— 941 [nihi]l attin[et] *praefectum iure dicundo dici non probabile est, qui dicatur obscurum* 942 *ultima verba nec apta et positione debilitata* 943 [no]n [su]nt istaę aę[dis], *eodem sensu ut videtur quo* nemo hic habitat *949;* meae sunt *Schoellius* (*quibus secundum Studemundum spatium non sufficit*) 944 ae[dis] aut quid *Schoellius* defru-[st]ratur; *frustrari, non defrustrari alias* 946 herus *utrubique P* 947 puer *P* adelicatus *P*, delicatum *A* *pers. om. P* 948 dicendust *A* 949 puer hic nemo *P* 950 hisc *AP* (hist *C*, his B^2) in *om. P* 951 *om. P* 952 elleborosus est *A:* cerebrosus (-nus B^1) est *P* *ante* erras *spat. om. A* 953 hic *P* 954 mensis *A* 955 ne molestu's *cf. Rud. 1254* puero ⟨hoc⟩ *Buggius*

nemo habitat. PHAN. Habitat profecto, nám heri et nudius tertius,
quartus, quintus, sextus, usque postquam hinc peregre eius pater
abiit, numquam hic triduom unum desitum est potarier.
TH. Quid ais? PHAN. Triduom unum est haud intermissum hic esse et bibi,
scorta duci, pergraecari, fidicinas tibicinas
+ ducere. TH. Quis istaec faciebat? PHAN. Philolaches. TH. Qui Philolaches?
PHAN. Quoius patrem Theopropidem esse opinor. TH. Ei ⟨mihi⟩, occidi,
si haec hic vera memorat. pergam porro percontarier.
ain tu istic potare solitum Philolachem istum, quisquis est,
cúm ero vostro? PHAN. Hic, inquam. TH. Puere, praeter speciem stultus es.
vide sis, ne forte ad merendam quopiam devorteris
atque ibi ampliuscule quam sátis fuerit biberis. PHAN. Quid est?
TH. Ita dico, ne ad alias aedis perperam deveneris.
PHAN. Scio qua me ire oportet et quo venerim novi locum.
Philolaches hic habitat, cuius est pater Theopropides.
qui, postquam pater ad mercatum hinc abiit, hic tibicinam
liberavit. TH. Philolachesne ergo? PHAN. Ita, Philematium quidem.
TH. Quanti? PHAN. Triginta. TH. Talentis? PHAN. *Μὰ τὸν Ἀπόλλω*, sed minis.
TH. Liberavit? PHAN. Liberavit valide, triginta minis. 973a
TH. Ain minis triginta amicam destinatam Philolachi?
PHAN. Aio. TH. Atque eam manu emisisse? PHAN. Aio. TH. Et, postquam eius hinc pater

---

956 *alterum* habitaṭ *A:* haec tat *CD,* h•• itat B^1, hem ita B^2 eri *P* 957 hinc *om. A* peregrei eiius *A* 958 ab[it] *A*, habiit *P* unum desitum est potarier *A:* munum (unum *D*) desitum (desitum est *in ras.* B^2) esse et bibi est (bibi B^2, bibisse B^1) *P* 959 agis *P* (*ex* ais *B*) 961 conduci *Ritschelius* ista haec *P* q[ui] *AB:* quid *CD* 962 cuiius *A*, quoi *P: cf. 970* theupropidem *B*, theuropidem *CD*, teoropiḍeṃ *A* ẹi *vel* et *A:* et *P* ⟨mihi⟩ *Camerarius* (*om. AP*) 964 istuc portare *P* siḷịtum *A* 965 uostra *P* (-o B^2) hic *ς:* haec (hec B^1) *P,* aic *vel* aio *A* 966 copiam *P* 967 amplius *A,* melius cui *P, correxi* (meliuscule *Camerarius*); *cf. Sidonius Ap. p. 148, 6 L., Claudianus Mam. p. 188, 9 E.* 968 ad AB^2*:* ab *P* neueneris *P* 969 ire AB^2*:* et re *P* (*cf. ad 852*) locum *A:* loqui *BD*, loqui qur *C* 970 cuiịụs *A* theoropideṣ *A*, theuropides *P* 971 hinc abit hic *A*, abit (habit B^1, abiit B^2) hinc *P* 972 ne *om. P* 973 triginta — minis *Phanisci P,* triginta talentis *Pinacii ς* sed *A:* sex *P* 973a *om. P* ụaliçe *vel* ualide 974 ḍeṣtiṇạ[ta]m *A:* destinatum *P* philolachem *AP, corr. Gulielmius; cf. Epid. 467. aposiopesis ab hoc sermone aliena* 975 eịịus *A*

sit profectus peregre, perpotasse assiduo, ác simul
tuo cum domino? PHAN. Aió. TH. Quid? is aedis emit has hinc proxumas?
PHAN. Non aio. TH. Quadraginta etiam dedit huic quae essent pignori?
PHAN. Neque istud aio. TH. Ei, perdis. PHAN. Immo suom patrem illic perdidit.
TH. Vera cantas. PHAN. Vana vellem. patris amicu's videlicet.
TH. Eu edepol patrem eius miserum praedicas. PHAN. Nihil hoc quidem est,
triginta minae, prae quam alios dapsilis sumptus facit.
TH. Perdidit patrem. PHAN. Vnus istic servos est sacerrimus,
Tranio: is vel Herculi conterere quaestum possiet.
edepol ne me eiús patris misere miseret, qui cum istaec sciet
facta ita, amburet ei misero corculum carbunculus.
TH. Si quidem istaec vera sunt. PHAN. Quid mercam, quam ob rem mentiar?
PIN. Heus vos, ecquis hasce aperit? PHAN. Quid istas pultas, ubi nemo intus est?
alio credo comissatum abiisse. abeamus nunciam
atque porro quaeritemus ⟨illos⟩. sequere hac me. ⟨PIN. Sequor⟩.
TH. Puere, iamne abis? PHAN. Libertas paenulast tergo tuo:
mihi, nisi ut erum metuam et curem, nihil est qui tergum tegam. —
TH. Perii hercle, quid opust verbis? ut verba audio, IV 3
non equidem in Aegyptum hinc modo vectus fui,

---

976 ac simul *om. P;* ⟨PH. aio TH.⟩ ac *Schoellius,* perpotavisse *Skutschius Berl. phil. w. 1894, 137* 977 ạịọ AB^2*:* alio (a•io B^1) *P, i. e.* aiio, *cf. 978. 979* aedes *B,* ẹdẹs *A* has hinc *A:* hic *P* 978 [ai]ọ ACB^2*:* agio B^1D dedit huic quae B^2*:* dedit huc que *P,* húic quị *A* est *P* 979 illud *B, A n. l.* [aio] ADB^2*:* allo B^1, iaio *C* 981 eu *P:* ḥẹụ *A,* ei B^2 eiius *A:* eum *C,* meum B^1D, me B^2 982 preter quam *P* dapsilịs *A,* dapsillies *P* 983 perdidit patrem *Phanisci P* est AB^2*:* si *P* acerrimus *P* 984 potest *AP, corr. Camerarius* 985 ne *om. P* misere *om. P* 986 ita *P:* iṣṭa esse *A* e]ị miseṛi *A,* misero ei *P* 987 merear *AP, cf. ad Poen. 430* 988 PIN. — PHAN. *Ritschelius:* A — S (*i. e.* PH. — TH.) *B* aperit has *A* ista *P* (istac B^2) intus st *P* 989 A *praem. B* comisatum *A* (*cf. Pers. 568, Rud. 1422*), commissatum *P; cf. 317. 335* abisse *P,* abẹsse *A* abeamus nunciam AB^2*:* abemus nuntiam *P* 990 *om. P* puerẹ atque pụẹ[ro] qụạẹṛịṭemus ṣequere hac me, *ubi* porro *emendavit Goetzius,* sequor *supplevit Studemundus;* puere *ex v. sq. anticipatum,* quaeritemus *obiectum flagitat* 991 *totus senis P* (A *praem. v. sq. B*) 992 erum ut *P* tergum tergam A 993 THEVROPIDES · SIMO · SENES · II · BD^2, *spat.* ACD^1 993—1013 *paucissima servata A* (*non notabo A n. l.*) 993 peri B^1C, heri *D* opus est uerbera (-rit *D*)

sed etiam in terras solas orasque ultumas
sum circumvectus, ita ubi nunc sim nescio.
verum iam scibo, nam eccum unde aedis filius
meus emit. quid agis tu?

SIMO

A foro incedo domum.
TH. Numquid processit ad forum hodie novi?
SI. Etiam. TH. Quid tandem? SI. Vidi efferri mortuom. TH. Hem.
SI. [Novom unum: vidi mortuom efferri foras.]
modo eum vixisse aiebant. TH. Vae capiti tuo.
SI. Quid tu otiosus res novas requiritas?
TH. Quia hodie adveni peregre. SI. Promisi foras,
ad cenam ne me te vocare censeas.
TH. Haud postulo edepol. SI. Verum cras, nisi ⟨quis⟩ prius
vocaverit me, vel apud te cenávero.
TH. Ne istuc quidem edepol postulo. nisi quid magis
es occupatus, operam mihi da. SI. Maxime.
TH. Minas quadraginta accepisti, quod sciam,
a Philolachete? SI. Numquam nummum, quod sciam.
TH. Quid, a Tránione servo? SI. Multo ⟨hercle⟩ id minus.
TH. Quas arraboni tibi dedit? SI. Quid somnias?
TH. Egone? at quidem tu, qui istoc te speras modo
potesse dissimulando infectum hoc reddere.
SI. Quid autem? TH. Quod me apsente hic tecum filius
negoti gessit. SI. Mecum ut ille hic gesserit,
dum tu hinc abes, negoti? quidnam aut quo die?
TH. Minas tibi octoginta argenti debeo.
SI. Non mihi quidem hercle. verum, si debes, cedo.

---

995 uultumas 996 circum uentus, *corr. Merula* 998 ais, *corr. Aldus* 999 *nihil addi potest* 1000 ẹ *in initio et* —r[tu]um ✝ ḥẹm *in fine A* mortum *P* 1001 nọụ— *A* nouum. S unum *B* *dittographiam notavit Vssingius* 1002 *totus Theopropidis B* enim vixisse *C*, uixisse eum *D* uae *B*²*:* tuae 1003 tu *Merula:* tu ut 1004 SI. *Pylades: om.* 1005 ạṭ *A* te *Camerarius:* tue 1006 TH. *Aldus:* SI. *B* SI. *Aldus: om.* (TH. *super* edepol *B*) ⟨quis⟩ *Camerarius* 1007 aput 1008 SI *B* [istuc] *AB*²*:* iste *P* 1009 es *om. A* SI. *om.* 1010 triginta *P et fortasse A, corr. Pylades* (*cf. 1025*) accepistin *fort. A* quod *Guietus:* quas *B et fort. A,* qua *CD* 1012 ⟨hercle⟩ *Ritschelius, spatium reliquit P;* —ṃụḷṭọ ṃịṇụṣ *A, in quo fuerit* hercle id m. m. *versum suspectum facit sequens* dedit 1014 *pers. spat. post* egone *A* [spe]ras te *A* 1016 teçụm *A: om. P* 1018 *cf. ad Poen. 641*

fides servanda est, ne ire infitias postules.
Th. Profecto non negabo debere, et dabo;
tu cave quadraginta accepisse hinc te neges.
Si. Quaeso edepol huc me aspecta, et responde mihi.
⟨quadraginta istas cur mih⟩i argenti minas
fil⟨ius, ut ais, debebat? Th.⟩ Ego dicam tibi.
ta⟨lentis duobus, Tranio ut dixit⟩ mihi,
de te aedis ⟨emit. Si. De me⟩ ille aedis emerit?

*   *

Si. Te velle uxorem aiebat tuo nato dare,
ideo aedificare hic velle aiebat in tuis.
Th. Hic aedificare volui? Si. Sic dixit mihi.
Th. Ei mihi, disperii. vocis non habeo satis.
vicine, perii, interii. Si. Numquid Tranio
turbavit? Th. Immo éxturbavit omnia.
deludificatust mé hodie indignis modis.
Si. Quid tú ais? Th. Haec res sic est ut narro tibi:
deludificatust me hodie in perpetuom modum.
nunc te obsecro, ut me bene iuves operamque des.
Si. Quid vis? Th. I mecum ⟨hinc⟩, obsecro, ⟨ad te⟩ una simul.
Si. Fiat. Th. Servorumque operam et lora mihi cedo.
Si. Sume. Th. Eademque opera haéc tibi narravero,
quis med exemplis hodie ludificatus est.

TRANIO   V 1

Quí homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit;

1025 accepisse hinc (h. a. *B*) ne neges *P*, *corr. Lambinus*, a]cc[episs]ę minas *A* 1026[a-d] *om. P; quae in A servata sunt sententiam satis certo indicant, verborum exemplum suppeditavi* (*1026*[d] *Studemundus, ubi una littera plus spatii*). *incerta* i *ante* argenti, *tertio versu* mihi; *initio secundi* fu *vel* fil, *vel* l *pro* f, *quarto post* aedis *fort. personae spat. post hos versus in amisso folio alios XXI versus in P omissos extitisse probabile est* 1027—1041 *deest A* 1027 agebat, *corr.* *B*[2] 1028 hoc, *corr. Camerarius* agebat *B*[1] 1030 disperi *D*, dispergi *C* 1031 uicini, *corr. Acidalius* peri interi *CD* 1032 turbabit *B*[1]*CD* si. immo *B* (si. *om. 1031*) immo ⟨mi⟩ *Bothius* exturbabit *B*[1]*D* 1033 te ludificatust mi (mihi *C*[1], *om. B*, et me *in marg.*) hodie indignis dis (indignidis *CD*, indignis modis *B*[2]), *corr. Bothius* 1034 agis *B*[1]*CD* 1035 mi *C*, et me *B*[2] (*antea* te lud.) 1036 nun *B*[1]*CD* 1037 *supplevi ex Vssingii et Palmeri sententia; cf. Poen. 1147* 1039 si. — th. *om.* operam *BC* 1040 me exemplis *B*[2], me ••emplis *B*[1], meę emplis *D*, me emplis *C* eludificatus 1041 TRANIO · SERVVS · (S · THRANIO *D*) THEVROPIDES · SIMO · SENES · LORARII *BD* dubiis *Priscianus 1, 204:* dubii sis

atque equidem quid id esse dicam verbum nauci, nescio.
nám erus me postquam rus misit, filium ut suom arcesserem,
abii illac per angiportum ad hortum nostrum clanculum,
ostium quod in angiportu est horti, patefeci fores,
eaque eduxi omném legionem, ét maris et feminas.
postquam ex opsidione in tutum eduxi maniplares meos,
capio consilium, ut senatum congerronum convocem.
quoniam convocavi, atque illi me ex senatu segregant.
ubi ego me video venire in meo foro, quantum potest
facio idem quod plurimi alii, quibus res timida aut turbidast:
pergunt turbare usque, ut ne quid possit conquiescere.
nam scio equidem nullo pacto iam esse posse haec clam senem.
non amicus alius quisquamst
aut
pro
ille qui ero simul.
praeoccupabo atque anteveniam et foedus feriam. me moror.
sed quid hoc ést, quod foris concrepuit proxima vicinia?
erus meús hic quidem est. gustare ego eius sermonem volo.

THEOPROPIDES

Ilico intra limen isti astate, ut, cum extemplo vocem,
continuo exiliatis. manicas celeriter conectite.
ego illum ante aedis praestolabor ludificatorem meum,
cuius ego hodie ludificabor corium, si vivo, probe.
TR. Res palam est. nunc te videre meliust quid agas, Tranio.

1042 *accedit A* quod *Festus 166:* quiḍ *AP* *cum Schoellio intellegas Tranionem ne verbum quidem novisse, sed frugi fortemque esse* 1043 ụṭ filium *AP, corr. Bothius* accerserem *P* 1044. 45 ạḅịị ịḷ[la *A,* abilla *P* 1046 ạṇgịpoṛṭọ *vel* —u *A* orti *P* 1048 exiị *A* opsidionem *P* 1049 congerronẹm *A,* congeronem (-um B^2) *P* 1050 esenatus *P* 1051 *om. B* uenịrẹ *A:* uentrem *CD* 1052 ali *P* 1053 pọssịṭ *A:* sit *P* 1054. 1055 h[aec] *A: om. P* 1056—1061 *om. P;* 1056 ṇọṇ ạṃịcụṣ ạḷịụṣ qụịṣ— *et sub finem* ṛịụạḅọṣẹ *incertissima, ut extrema quattuor priorum versuum omnia;* 1057 auṭ — es — ff — ; 1058 prosị — ṃ — q — ṣạḷḷ — ; 1059. 60 ille qụị — ẹṛọ ṣịṃụḷ—; *quorum nihil restitutionem admittit* 1061 praeoccupato, *corr. Studemundus* 1062 quiḍ *A*C^1B^2*:* qui *P* proxima uicinia (*AP*) *cf. Mil. 154. 1377* 1063 sermonem *A*B^2*:* sermone *P* 1064 *novae scaenae inscribit* THẸỌROPIDES TRANỊỌ *A, continuat P* illico *P* istastate *A, corr. Vssingius,* astate illic *P* 1065 manilas *P* coniectite *A* 1066 TH. *praem. B* prestabor B^1, praestabo *CD* 1067 cuiius *A* hoḍịẹ *A:* hic *P* ludificabo *CD*B^2 1068 TR. *om.* melius est *P,* ṃẹḷịụṣẹṭ *A*

TH. Docte atque astu mihi captandumst cum illo, ubi huc advenerit.
non ego illi éxtemplo hamum ostendam, sensim mittam lineam.
dissimulabo me horum quicquam scire. TR. O mortalem malum,
alter hoc Athenis nemo doctior dici potest.
verba illi non magis dare hodie quisquam quam lapidi potest.
adgrediar hominem, appellabo. TH. Nunc ego ille húc veniat velim.
TR. Siquidem pol me quaeris, adsum praesens praesenti tibi.
TH. Euge, Tranio, quid agitur? TR. Veniunt rure rustici.
Philolaches iam hic aderit. TH. Edepol mi opportune advenerit.
nostrum ego hunc vicinum opinor esse hominem audacem et malum.
TR. Quidum? TH. Quia negat novisse vos. TR. Negat? TH. Nec vos sibi
nummum umquam argenti dedisse. TR. Abi, lúdis me, credo haud negat.
TH. Quid iam? TR. Scio, iocaris nunc tu. nam ille quidem ⟨edepol⟩ haud negat.
TH. Immo edepol negat profecto, neque se hasce aedis Philolachi
vendidisse. TR. Eho, an negavit sibi datum argentum, obsecro?
TH. Quin ius iurandum pollicitust dare se, si vellem, mihi,
neque se hasce aedis vendidisse neque sibi argentum datum [est].

* *

TH. Dixi ego istuc idem illi. TR. Quid ait? TH. Servos pollicitust dare
suos mihi omnes quaestioni. TR. Nugas. numquam edepol dabit.
TH. Dat profecto. TR. Quin i cum illo in ius. sine inveniam. TH. Mane.
experiar, ut opinor. certum est. TR. ⟨Immo⟩ mihi hominem cedo.
vel hominem iube aedis + mancipio poscere. TH. Immo hoc primum volo,
quaestioni accipere servos. TR. Faciundum edepol censeo.

1069 TH. *om.* a[stut]ẹ *AP, corr. Bothius* illoc *P* 1070 hamum *A:* itamum B^1, ita meum CDB^2 sensum CDB^2 1071 TR.: *spat. om. P* mortale *P* 1073 dare *om. P* *deficit A* 1075 sedquidem (s'q.) D^1, squidem *C* 1076 ruri 1077 *om. C* adherit *B* oportune (opurt. *B*) aduenies, *corr. Bentleius* 1078 huc B^1CD (hoc *D ante corr.*) 1079 quia *Bothius:* qui nouise B^1C uor B^1CD 1080 umquam B^2*:* quam argentei *CD*, argetei B^1 1081 *om. CD* locaris tu nunc tu B^1 ⟨edepol⟩ *Ritschelius, Luchsius* 1082 has cedis B^1CD^1, has aedis B^2 1083 TR. eho B^2*:* reeho *CD et fort.* B^1 1084 qui pollicitus est se si ς*:* sisi *CD et fort.* B^1, si B^2 1085 [est] *Pylades* (datum esse B^2) *versum intercidisse vidit Acidalius; qui exierit in* illi argentum datum est 1087 TR. — TH (*ex* TR) — TR. *B* pollicitus est 1088 TH *B, spat. om. CD* 1089 TR *praem.* TR. *et* TH. *om.* ei cum illo *L.*: et illum sine inueniam *Buggius:* si ueniam 1090 TH *ante* certum *inserit B* ⟨immo⟩ *Ritschelius post hunc v. traditur v. 1093, corr. Acidalius* 1091 mancipare *Vssingius; conieci* vel ⟨tu in⟩ iure aedis mancipio posce (*ut* hominem *interiecto v. 1093 ex 1090 repetitum sit*) TH. *om.* hoc *om. CD* 1092 TH. *praem. B*

TH. Quid si igitur ego accersam homines? TR. Factum iam esse oportuit.
ego interim hanc aram occupabo. TH. Quid ita? TR. Nullam rem sapis.
né enim illi huc confugere possint, quaestioni quos dabit.
hic ego tibi praesidebo, ne interbitat quaestio.
TH. Surge. TR. Minime. TH. Ne occupassis, obsecro, aram. TR. Cur?
TH. Scies.
quia enim id maxime volo, ut illi istoc confugiant. sine:
tanto apud iúdicem hunc argenti condemnabo facilius.
TR. Quod agas id agas. quid tu porro serere vis negotium?
nescis quam metuculosa res sit ire ad iudicem?
TH. Surgedum huc igitur. consulere quiddam est quod tecum volo.
TR. Sic tamen hinc consilium dedero. nimio plus sapio sedens.
tum consilia firmiora sunt de divinis locis.
TH. Surge, ne nugare. aspicedum contra me. TR. Aspexi. TH. Vides?
TR. Video. huc si quis intercedat tertius, pereat fame.
TH. Quidum? TR. Quia nil ⟨illi⟩ quaesti sit. mali hercle ambo sumus.
TH. Perii. TR. Quid tibi est? TH. Dedisti verba. TR. Qui tandem?
TH. Probe
med emunxti. TR. Vide sis, satine recte: num mucci fluont?
TH. Immo etiam cerebrum quoque omne é capite emunxti meo.
nam omnia male facta vestra repperi radicitus,
non radicitus quidem hercle, verum etiam exradicitus.
TR. Numquam edepol hodie ⟨hinc, si vivo,⟩ invitus desistam tibi.
TH. Iam iubebo ignem et sarmenta, carnifex, circumdari.

1093 *v. ad 1090* TH. *om.* quis B^1 esse iam, *corr. Camerarius* 1094 occubabo *CD* 1095 non enim illic B^1 hic, *corr. Saracenus* 1097 minine *B* neoc tu passis B^1CD arma, *corr. Pylades* 1098 id enim *B* 1099 hinc B^1CD condem ∙dabo B^1, condemdabo *C*, condemp dabo *D* 1100 quod agis *Pylades, cf. ad Capt. 237* uis serere, *corr. Bothius* 1101 metuculosa *testatur Priscianus 1, 138* (a metu metuculosus) res B^2, *Priscianus:* re 1102 huc est consulere igitur quiddam, *corr. Langenus symb. 312; schol. Aen. 11, 343* (*'rem consulis'*) consulere quiddam est quod tecum volo 1103 sic *Pius:* si saplo *CD* *Servius Aen. 9, 4* sine iuxta aram sedeam et dabo meliora consilia (*Plauto Servius tribuit, Mostellariae Floriacensis*) 1104 tunc *CD* 1106 intercedas B^1CD 1107 *supplevi* sid 1108 qui tandem *seni continuatur* 1109 me emunxit (-cxit *D*, -xisti B^2) si *CD* 1110 omnem B^1CD munxti CB^2, muncxi *D*, munxit B^1 1111 fata B^1 1112 eradicitus *Fronto p. 156* radicitus, immo vero *Πλαυτινοτάτῳ* uerbo exradicitus 1113 *supplevi in exemplum* (hinc *Seyffertus*) inditus (d *ex* u) *B* destinant, *correxi; cf. ad 787* 1114 lubeo *B*, lubo *C*, iube *D*, *corr. Pylades* sarmen *B* (*quod probabile esset, si* iubeo *ferri posset*), sarnem *CD*, *corr. Pylades*

TR. Ne faxis, nam elixus esse quam assus soleo suavior.
TH. Exempla edepol faciam ego in te. TR. Quia placeo, exemplum expetis?
TH. Loquere: quoius modi reliqui, quom hinc abibam, filium?
TR. Cum pedibus, manibus, cum digitis, auribus, oculis, labris.
TH. Aliud te rogo. TR. Aliud ergo nunc tibi respondeo.
sed eccum tui gnati sodalem video húc incedere
Callidamatem: illo praesente mecum agito, si quid voles.

CALLIDAMATES V 2

Vbi somno sepelivi omnem atque édormivi crapulam,
Philolaches venisse ⟨dixit⟩ mihi suom peregre huc patrem
quoque modo hominem ad⟨venientem⟩ servos ludificatus sit,
ait se metuere in conspe⟨ctum sui patris pr⟩ocedere.
nunc ego de sodalitate solus sum orator datus,
qui a patre eius conciliarem pacem. átque eccum optime.
iubeo te salvere et salvos cum advenis, Theopropides,
peregre, gaudeo. hic apud nos hodie cenes, sic face.
TH. Callidamates, dei te ament. de cena facio gratiam.
CALL. Quin venis? TR. Promitte: ego ibo pro te, si tibi non libet.
TH. Verbero, etiam inrides? TR. Quian me pro te ire ad cenam autumo?
TH. Non enim ibis. ego ferare faxo, ut meruisti, in crucem.
CALL. Age mitte ista ac te ad me ad cenam dic venturum. TR. Quid taces?
CALL. Sed tu, istuc quid confugisti in aram? TR. Inscitissimus
adveniens perterruit me. loquere nunc quid fecerim:
nunc utrisque disceptator eccum adest, age disputa.
TH. Filium corrupisse aio te meum. TR. Ausculta modo.

1115 faxis B^2: faxis sis solio B^1CD suauio B^1 1116 inte TR. (*nota sup. v.*) *B*: inter *CD* 1118 quom *B* dicitis B^1, clititis *D* 1119 ego *B* 1120 haec (hic *C*) cum gnatis B^1, gnatus *CD* huic, *cf. 1123;* huc ⟨illim⟩ *Buggius; unde veniat non satis apparet* 1121 calidamatem *BD* praesenti *CD, cf. 1164, ad Amph. 826* agite B^1CD 1122 CALLIDAMATES · ADOLESCENS · THEVROPIDES · TRANIO *B*, CALL · ADVL · (*add.* teuropides D^2) EIDEM *D* somno *Ritschelius* (somno meam): omnium B^1CD, omnem B^2 obdormiui, *corr. Camerarius; cf. Rud. 586* 1123 ⟨dixit⟩ *Pylades, Bothius* huic *CD* 1124 dominum *Buggius spatium relictum, item v. sq.; supplevit Aldus* ludificatum 1125 *supplevit post alios Ritschelius* occedere *CD* 1127 optimi B^1CD 1128 saluare *CD* et *fort. delendum* aduenisset (adueninisset *B*) heuropides saluum aduenisse te th. B^2 1129 face *Scioppius:* tale 1130 calidamate 1132 uerbo B^1 inridens B^1D quia B^2 ire *om. B* authumo B^1CD 1133 ibi B^1 1134 ac te *Vssingius:* acto (ac ito B^2) dic — taces *Tranionis* dic uentum B^1, dicuntur um *CD* 1135 insc. *Callidamatis, corr. Fergerus; potius* iste *vel* homo insc. 1136 eloquere *Langenus symb. 193* 1138—1144 *personarum notas om.*

fateor potavisse, amicam liberasse absente te,
faenore argentum sumpsisse; id esse absumptum praedico.
numquid aliud fecit nisi quod [faciunt] summis gnati generibus?
TH. Hercle mihi tecum cavendum est, nimis qui es orator catus.
CALL. Sine me dum istuc iudicare. surge, ego isti adsedero.
TH. Maxime, accipito hanc ⟨tute⟩ ad te litem. TR. Enim istic captio est.
fac ego ne metuam * ut tu meam timeas vicem.
TH. Iam minoris ⟨omnia alia fa⟩cio, prae quam quibus modis
me ludificatust. TR. Bene hercle factum, et factum gaudeo:
sapere istac aetate oportet, qui sunt capite candido.
TH. Quid ego nunc faciam? TR. Si amicus Diphilo aut Philemoni es,
dicito eis, quo pacto tuos te servos ludificaverit:
optumas frustrationes dederis in comoediis.
CALL. Tace parumper, sine vicissim me loqui, ausculta. TH. Licet.
CALL. Omnium primum sodalem me esse scis gnato tuo.
is adiit me, nam eum prodire pudet in conspectum tuom
propterea quia fecit quae te scire scit. nunc te obsecro,
stultitiae adulescentiaeque éius ignoscas: tuost;
scis solere illanc aetatem tali ludo ludere.
quidquid fecit, una nobiscum fécit: nos deliquimus.
faenus, sortem sumptumque omnem, quí amica ⟨empta⟩ est, omnia
nos dabimus, nos conferemus, nostro sumptu, non tuo.
TH. Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis

1139 peccavisse, *corr. Acidalius* te *om.* B^1CD 1140 faenori, *corr. Vssingius; ubique* sumere faenore (*cf. Curc. 480*), dare faenori 1141 feci B^1CD [faciunt] *Guietus* summi *CD*, sum B^1 1142 Erlle, *corr. Pius* qui es *Giphanius:* quis 1144 accipte B^1, accipite *CD* ⟨tute⟩ *Ritschelius; spatium relictum hic et v. sq.* 1145 TR. *praem.* ⟨mihi atque⟩ *Ritschelius, sed condicionem indicari oportet qua decedat quamvis captio sit, velut* ⟨modo, hic⟩ 1146 TH, *om.* *suppl. Camerarius, Ritschelius* 1147 ludificatus est TR. *ς:* CAL. *B*, *spat. om. CD* 1148 qui sunt *Camerarius:* quis candedo *D*, cendido *C* (*in quorum exemplari fuit* cand$\overset{e}{i}$do) 1149 *totus senis* dephilo aut philomontes, *nomina correxi, Tranionis sermonem esse vidit Buechelerus, cf. Hermae 18, 559 sq.* 1150 CAL. *praem.* iis capto 1151 TH. *praem.* commodiis 1152 paruom per B^1CD me uicissim, *corr. Acidalius* ioqui B^1C lucet B^1CD, *Callidamati continuatur* 1153 esses *C*, esse si *B* 1154. 1155 me est nam B^1 illum, *corr. Bothius* 1156 quia facit quae *CD*, qui facit qum •te (ete?) B^1, quia *et* quum B^2, *corr. Merula* 1157 ignoscat B^1 tuus est 1159 nobiscum una *Camerarius; cf. Herm. 18, 585 sq.* non, *corr. Camerarius* delinquimus, *corr. Pius* 1160 fortem *B* quo B^2 *suppl. Ritschelius* 1161 conferimus *B*

quam tu; neque ⟨iam⟩ illi sum iratus neque quicquam suscenseo.
immo me praesente amato bibito, facito quod lubet:
si hoc pudet, fecisse sumptum, supplici habeo satis.
CALL. Dispudet. TR. ⟨Post⟩ istam veniam quid me fiet nunciam?
TH. Verberibus caedere multum pendens. TR. Tamen etsi pudet?
TH. Interimam hercle ego ⟨te⟩, si vivo. CALL. Fac istam cunctam gratiam:
Tranioni amitte quaeso hanc noxiam causa mea.
TH. Aliud quidvis impetrari perferam a me facilius,
quam ut non égo istum pro suis factis pessumis pessum premam.
CALL. Mitte quaeso. TH. Istumne ⟨ut mittam⟩? viden ut astat furcifer?
CALL. Tranio, quiesce, si sapis. TH. Tu quiesce hanc rem modo
petere: ego illum, ut sit quietus, verberibus subegero.
TR. Nihil opust profecto. CALL. Áge iam, sine te ⟨hoc⟩ exorarier.
TH. Nolo ores. CALL. Quaeso hercle. TH. Nolo, inquam, ores. CALL. Nequiquam nevis.
hanc modo noxiam unam, quaeso, ⟨missam⟩ fac causa mea.
TR. Quid gravaris? quasi non cras iam commeream aliam noxiam:
ibi utrúmque, et hoc et illud, poteris ulcisci probe.
CALL. Sine te exorem. TH. Age abi, abi impune. em huic habeto gratiam.
· spectatores, fabula haec est acta, vos plausum date.

1163 ⟨iam⟩ *Bothius* esum B^1 1164 presenti B^1 1165 sumptum *bis CD* supplici ⟨id⟩ *Luchsius Studemundi stud. 1, 22* 1166 dispudet *Tranionis, corr. Acidalius* ⟨post⟩ *Muellerus* TH *ante* nuntiam *B in ras.* 1167 TH. *om. B* lutum, *corr. Vssingius* tam inest si B^1CD (*i. e.* taminetsi), tametsi B^2. *haec seni continuantur, corr. Lambinus* 1168 interemam B^1 ⟨te⟩ *Guietus, Mahlerus* si uiuo B^2*:* suibo 1169 remitte (*bis CD*), *corr. Vssingius* noxia B^1 1170 TH. *om. B* a me facilius perferam, *corr. Bothius* 1171 sus B^1 pessumis pessum: spes sum *et post ras.* spessum B^1 1172 mitte que sis tum euident (tume viden CDB^2) ut restat f., *priora corr. ς, Camerarius,* astat *Ritschelius, cuius supplementum* (istum. TH. ⟨illum u. m.⟩?) *secutus sum* 1173 qui esse sapis, *corr. Camerarius* qui esse B^1 1174 ergo B^1 uerberibus ut sit quietus, *corr. Acidalius* 1175 CAL. *praem., deinde om.* opus est *B* ⟨hoc⟩ *Ritschelius, cf. ad Poen. 380* 1176 nequicquam 1177 unam noxiam unam, *corr. Lomanus* *suppl. Ritschelius* 1178 gras iam B^1, gratiam *CD* 1179 ibi ⟨tu⟩ *Ritschelius* 1180 abe abi *CD et fort.* B^1 hem *CD* PLAVTI MVSTELLARIA (MOST. *C*) EXPLICIT *BCD*

P E R S A

ARGVMENTVM

Profecto domino suos amores Toxilus
Emit atque curat, leno ut emittat manu;
Raptamque ut emeret de praedone virginem
Subornáta suadet sui parasiti filia,
Atque ita intricatum ludit potans Dordalum.

INCIP · PERSA · ARGVMENTVM *P; hoc arg. om. A* 2 emittat que *B*
3 ut *Valla:* ui 5 intrichatum dorpalum.

tur — ṛuu
umn — mm
mat — ṛc̣e
m — eru ọ
finc̣unṭ
ant[ụ]eṛec̣ dum
ru
tạ — rsi
ḍe [ụi]rgi
c̣am uëṇ
etiọ[t]ạru
ụạ[ṇ]faci
ạre·pitẹ
tuẹ·eno

---

hoc argumentum om. P; mediam versuum partem et 4. 6 exitus servavit A. post v. 14 nihil scriptum fuit 1 ⟨erus dum peregrina⟩tur, ⟨se⟩ruu⟨s Toxilus⟩ *Schoellius* 8 ⟨adla⟩ta ⟨e Pe⟩rsia *Schoellius* 10 pudicam uendit? 13 ⟨cum praed⟩a re⟨ci⟩pit *Schoellius* 14 ⟨perpe⟩tue leno ⟨luditur⟩? *reliqua aut multis aut nullo modo suppleri possunt*

PERSONAE

TOXILVS servus
SAGARISTIO servus
SATVRIO parasitus
SOPHOCLIDISCA ancilla
LEMNISELENIS meretrix
PAEGNIVM puer
VIRGO
DORDALVS leno

SCAENA ATHENIS

Lemniselenis *cf. 196. 248. Ritschelius praef. p. XVII Sch.*

TOXILVS I 1

Qui amáns egens ingressus est princeps in Amoris vias,
superávit aerumnis suis aerumnas Herculi.
nam cúm leone, cum éxcetra, cum cérvo, cum apro Aetólico,
cum avibús Stymphalicís, cum Antaeo déluctari mávelim,
quam cúm Amore: ita fio miser quaerendo argento mutuo,
nec quicquam nisi 'non est' sciunt mihi respondere quos rogo.

SAGARISTIO

Qui eró suo servíre volt bene sérvos servitútem,
ne illum edepol multa in pectore suo conlocare oportet,
quae eró placere cénseat praesénti atque apsenti suo.
ego neque lubenter servio neque satis sum ero ex sententia,
sed quasi lippo oculo me érus meus manum apstinere hau quit tamen,
quin mi imperet, quin me suis negotiis praefulciat.

TOX. Quís illic est qui cóntra me astat? SAG. Quís hic est qui sic cóntra me astat?

TOXILVS *A*, TOXILVS · SAGARISTIO · SERVI · II · *B*, SERVI · II · SAGARIStius TOXilus *D*², *om. CD*¹ *ut titulos reliquos* *personarum notas per totam fabulam fere om. P, add. D*² 1—5 (amore) *adfert schol. Verg. buc. 10, 69* 1 ȧegens *A* est *A, schol. Verg.*: es *P* uias *P*: uiam *schol. Verg.*, ụj— *A* 2 suis *AP*: in suis *schol. Verg.* herculi *P*: herculis *schol. Verg.*, hercul— *A* *utriusque versus si metrum corruptum, sensus integer, ut emendari nequeant; fort. tetrametri quales Ar. Av. 1755 sq., ut v. 2 supplendum sit velut* suis ⟨miser⟩. *septenarios (cf. 7. 8) ne faciamus traditae clausulae dissuadent* 3 cum excetra *A*: cum excetẹra *schol. Verg.* (*Leid.*), et cum exscedra (ecscetera *B*) *P* cum ceruo *om. schol. Verg.* aetolito *B, A n. l.; poetae errorem notavit Vssingius* 4 deluctari (delluctari *B*) *AP*: me deluctari *schol. Verg.* malueram *schol. Verg.* 6 non est *CD*, *A*¹ *corr.*: nonst *A ante corr.*, nonem *B* sciunt *P*, *A*¹ *corr. ut vid.*: uẹs[ti]ụnṭ *A ante corr.* *post v. 6 versus vacuus* (*scaenae titulo*) *A, non P* 8 edepol illum *P* 9 quae (que) ero *P*: q[uae]ro *A* 10 serui *A* 11 hau *A*: aut *P* 12 quid mihi *P* 13. 14 *inverso ordine A* 13—15 *personarum spatia om. A praeter ultimum* (*ante* contra), *item v. 23* 13 qui sic *Schoellius*: qui sị *A*, qui *P*; quis illic est qui *Bachius in Studemundi stud. 2, 304* contra mea stat *BD*: me contra astat *C*, contra — *A*

Tox. Similis est Sagaristionis. Sag. Toxilus híc quidem meus amicust.
Tox. Ís est profecto. Sag. Eum esse opinor. Tox. Congrediar.
Sag. Contra adgredibor.
Tox. O Sagaristio, di ament te. Sag. O Toxilé, dabunt di quae exoptes.
Út vales? Tox. Vt queo. Sag. Quíd agitur? Tox. Vívitur.
Sag. Sátin ergo ex sententia? Tox. Si eveniunt quae exopto, satis.
Sag. Nimis stúlte amicis utere. Tox. Quid iam? Sag. Imperare oportet.
Tox. Mihi quidem tu iám eras mortuos, quia non te visitabam.
S. Negotium edepol — T. Ferreum fortasse? S. Plusculum annum
fui praéferratus apud molas tribunus vapularis.
Tox. Vetus iam ístaec militiast tua. Sag. Satin tu úsque valuisti?
Tox. Hau probe.
Sag. Ergo edepol palles. Tox. Saucius factus sum in Veneris proelio:
sagittá Cupido cor meum transfixit. Sag. Iam servi hic amant?
Tox. Quíd ego faciam? disne advorser? quasi Titani cum eis belligerem
quibus sat esse non queam?
Sag. Vide modo, ulmeae catapultae tuom ne transfigant latus.
Tox. Básilice ágito eleútheria.
Sag. Quíd iam? Tox. Quia erus peregri est. Sag. Ain tu, 29a
péregri est? Tox. Si tu tibi bene esse
póte pati, veni: víves mecum, 30a
básilico accipiere victu.
Sag. Váh, iam scapulae pruriunt, quia te ístaec audivi loqui.
Tox. Sed hoc me únum excruciat. Sag. Quidnam id est?
Tox. Haéc dies summa hódie est, mea amíca sitne líbera,
an sémpiternam sérvitutem sérviat. Sag. Quid núnc vis ergo? 34a

---

14 **sagaristioni** *A* **amị[cu]ṣṭ** *A:* **amicus est** *P* 15 **adgredibor** *A:* **adgredior (aggredior** *CD*) *P* 16 **dẹị ament tị** *A* **o** *om. A* **exoptes** *P:* **op[te]ṣ** *A* 17 *tres versus in A:* **ut vales | ut q. q. agitur | vivitur** 19 **im[pe]-rare** *A:* **quia iam imperare** *P* 20 **uisitaui** *P* 21 **negoti** *A* 22 *cf. Pseud. 1100* 23 **haud** *P* 24 **sum factus** *A* 26 **ego** *A:* **ergo** *P* **deisne** *A* **aduorse** *P* **eis** *A:* **dis** *P* 26. 27 (*ut s. disp. AB*) *systema trochaicum* 28 **ulmeae** *Scutarius:* **ut meae** *P*, **uịṃẹ[ae]** *A* **cata putae** *P* 29 *proprius versus in A, in quo desunt v. 30—167 metrum hoc est:* ⏑́⏑⏑ ⏑⏑⏑ –́⏑⏑⏓ *cf. Bacch. 989 sq.* *sic disponit B:* **Basilice — 30 est | Sicut — uictu** 29a—32 *systema trochaicum XII metrorum cum catalexi et clausula iambica; cf. v. 36 sq.* 29a **peregri** *testatur Charisius 212:* **peregre** *utrubique* 30 **si tu** *Camerarius, Brixius:* **sit ut** *CD*, **sicut et** *B* 30a **meum** *B* 32 **uaiham** *B* 33 *proprius versiculus B* **me unum** *CD:* **meum am** *B* **excrucia** 34 **dies** *Camerarius:* **de**; *cf. ad Asin. 534* 34a. 35 *systema quale Amph. 1067. 1068 ubi vide adn.; cf. v. 39 sq.*

Tox. ⟨Fácere ami⟩cum tibi me potis es sempiternum. Sag. Quem ad modum?
Tox. Ví mihi des nummos sescentos, quós pro capite illius pendam,
quós continuo tibi reponam in hoc tríduo, aut quadriduo.
age fi benignus, subveni.
Sag. Qua cónfidentia rogare tu á med argentum tantum audes,
ímpudens? quin si egomet totus véneam, vix recipi potis est
quód tu me rogas; nam tú aquam a púmice nunc póstulas,
qui ípsus sitiat. Tox. Sicine hoc te mihi fácere? Sag. Quid faciam? Tox. Rogas?
alicúnde exora mutuom. Sag. Tu fác idem quod rogas me.
Tox. Quaesivi, nusquam repperi. Sag. Quaeram equidem, si quis credat.
Tox. Nempe habeo in mundo. Sag. Si id domi esset mihi, iam pollicerer:
hoc meumst ut faciam sedulo. Tox. Quidquid erit, recipe te ad me.
quaeré tamen, ego item sedulo. Sag. Si quid erit, ⟨te fac⟩iam ut scias.
Tox. * obsecro te resecro⟨que⟩, operam da hánc mihi
fidélem. Sag. Ah, odio me énicas.
Tox. Amóris vitio, non meo, nunc tibi morologus fio.
Sag. At pol ego aps te concessero. — Tox. Iamne ábis? bene ambulato.
sed recipe quam primum potes, cave fúas mi in quaestione.
usque ero domi, dum excoxero lenoni malam ⟨rem magnam⟩. —

SATVRIO I 2

Veterem atque antiquom quaestum maio⟨rum meum⟩
servo atque obtineo et magna cum cura colo.
nam numquam quisquam meorum maiorum fuit,

---

35 *supplevit Camerarius* 36—38 *systema trochaicum cum clausula iambica, cf. 29^a sq.; 37. 38 coniungit B* (In) 36 mihi dens *B,* des mihi *CD* 37 in hoc *in fine coli offendit* 38 fi *B:* sed *CD* 39—41 *systema, cf. 34^a sq.* 39 confitenti arogare tuiame *CD* 40 ueniam 41 nam : manam *B* pimice *B* 42 sitiare sitine *B* te mi hoc *Muellerus* rogan *B ante corr.* 44 *repetitur post v. 46 B* reppere *B ante corr.* 45 abeo *cf. Brixius Fleckeiseni ann. 123, 50. fort. 44* quaeram — *46* sedulo *Sagaristio loquitur deliberans* mi esset *Seyffertus* iam *ς:* am 46 meunst *B* recipite *CD* 47 S. *Bothius: om.* faciam *Camerarius*, te faciam *Abrahamus:* iam 48. 48^a *coniungit B* 48 resecro, *corr. Scaliger, cf. Aul. 683* *suppleas* audin, Sagaristio? 48^a moenicas *B* 49 morolocus, *cf. Pseud. 1265* 51 recipete *B*, recipite *CD*, *corr. Bothius* inquaescione *B* 52 malam *B:* malum *CD; supplevit Ritschelius* 53 SATVRIO PARASITVS *D²* maiorum meum *Gruterus:* malo *CD,* mali *B* 54 cum magna *CD* 55 maorum *B*

quin parasitando paverint ventres suos:
patér, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos
quasi mures semper edere alienum cibum,
neque edacitate eos quisquam poterat vincere;
atque eis cognómentum erat durís Capitonibus.
unde égo hunc quaestum optineo et maiorum locum.
neque quadrupulari me volo, neque enim decet
sine meo periclo ire aliena ereptum bona,
neque illí qui faciunt mihi placent. planen loquor?
nam pùblicae rei causa quicumque id facit
magis quám sui quaesti, animus induci potest,
eum esse civem ét fidelem ét bonum.
sed * *
si legirupam qui damnet, det in publicum
dimidium; atque etiam in ea lege adscribier:
ubi quadrupulator quempiam iniexit manum,
tantidem ille illi rursus iniciat manum,
ut aequa parti prodeant ad tris viros:
si id fiat, ne isti faxim nusquam appareant,
qui hic albo rete áliena oppugnant bona.
sed sumne ego stultus, qui rem curo publicam,
ubi sint magistratus, quos curare oporteat?
nunc huc intro ibo, visam hesternas reliquias,
quierintne recte necne, num afuerit febris,
opertaen fuerint, ne quis obreptaverit.
sed aperiuntur aedes, remorandust gradus.

---

56 uertris *B* 58 *cf. Capt. 77* 59 edatitate *B* 60 neque, *correxi* iis *B*, hus *CD* erat *om. CD* *intellegitur* Duricapitonibus 61 optineo quaestum *Schoellius* 62 quadruplari 63 periculo 64 plane *CD* 65 quicum *CD* 67 et fidelem et *B*: et fidelem *CD* *hiatus nemo probabili ratione removit. tale quid desiderat Schoellius:* eum ciuem ⟨ut credam⟩ et fidelem esse et bonum; *cf. Trin. 704* 68 sed •• si *Brixius:* sed si *B*, sed *CD; v. sq.* in ea lege *ostendit sententiam fuisse:* sed ⟨qui caveatur, legem conscribi volo⟩; *unde pendebat* ascribier. *cf. Goetzius mus. Rhen. 30, 170* legerumpam damne *CD* 69 etiam ⟨hoc⟩ *Schoellius* 70 quadruplator quoipiam *Acidalius; cf. Truc. 762* inlexi, *corr. Camerarius* 71 ille illum *Bothius* initiat 73 faximus quam, *corr. Pylades* 74 rete *venatorium album facit propter iudicia* 78 quieuenerint nerecte, *corr. Camerarius;* ne *om. ς* infuerit, *corr. Hauptius* 79 oporte ne, *corr. Pylades* 80 remorandus est *add.* toxius saturio *B*

TOXILVS I 3

Omnem rem inveni, ut sua sibi pecunia
hodie illam faciat leno libertam suam.
sed eccúm parasitum, quoius mi auxilio est opus.
simulabo quasi non videam: ita alliciam virum.
curate istic vos atque adproperate ocius,
ne mihi morae sit quicquam, ubi ego intro advenero.
commisce mulsum, struthea + coluthequam appara,
bene ut in scutris concaleat, et calamum inice.
iam pól ille hic aderit, credo, congerro meus.
SAT. Me dicit, euge. TOX. Lautum credo e balineis
iam hic adfuturum. SAT. Vt ordine omnem rem tenet.
TOX. Collyrae facite ut madeant et colyphia,
ne mihi incócta detis. SAT. Rem loquitur meram.
nihili sunt crudae, nisi quas madidas gluttias;
tum nisi cremore crassost ius collyricum,
nihilist, macrum illud epicrocum pellucidum:
quasi + iuream esse ius decet collyricum.
nolo in vesicam quod eat, in ventrem volo.
TOX. Prope me hic nescio quis loquitur. SAT. O mi Iuppiter
terrestris, te coepulonus compellat tuos.
TOX. O Saturio, opportune advenisti mihi.
SAT. Mendacium edepol dicis, atque haud te decet:

---

81 TOXIVS SERVVS · SATVRIO · PARASITVS D^2 83 quoius mihi *B:* quo mihi ius *CD* 84 allictam (allietam *CD*) uerum, *corr. Camerarius* 85 oculus *B*, oculos *CD, corr. Camerarius* 87 colutheaque *ς*, coluthea aquam '*libri veteres*' *Lambini*, colutea *fructum τῆς κολυτέας Gronovius esse voluit, et re et forma mirabile. et haec et singularis numeri* concaleat *lacunam indicant. accedit Plinius 14, 92* lautissima apud priscos uina erant myrrhae odore condita, ut apparet in Plauti fabula quae Persa inscribitur, quamquam in ea et calamum addi iubet. *talia fuerint:* commisce mulsum, struthea ⟨et cotonia decoquito, murram inde ac totam apo⟩thecam appara. *similiter post alios Seyffertus* 88 stutris *BC*, strutris *D*, *corr. Camerarius* nice 89 congerro *B*, *Varro l. l. 7, 55*, congero *CD; corruptelae Noni codicum 118 inde natae quod* gerrae *ad* congerro *ascriptum est* 90 eugae *B* ebalieneis *B*, abalieneis *CD* 91 ut *CD:* ut in *B* rea *B* 92 collirae coliphia *CD* 93 incocta ne mihi *Bothius* loquitum eram, *corr. Camerarius* 94 nihil, *corr. Pius* 95 cresso *B* est ius *Camerarius:* sotius colliricum, *item 97* 96 nihil est, *corr. Scaliger* magrum illud epigrocum *cf. Paulus 82* 97 iure am *BC:* iure se am *D;* sisuram *Ritschelius* 99 qui *Charisius 215* 100 epulonus *Bergkius* compellatiuus *CD* 101 oportune *CD*

nam essurio venio, non advenio saturio.
Tox. At edes, nam iam intus ventris fumant focula.
calefieri iussi reliquias. Sat. Pernam quidem
ius est adponi frigidam postridie.
Tox. Ita fieri iussi. Sat. Ecquid hallecis? Tox. Vah, rogas?
Sat. Sapis múltum ad genium. Tox. Sed ⟨tu⟩, ecquid meministi, here
qua de re ego tecum mentionem feceram?
Sat. Memini: ut murena et conger ne calefierent;
nam nimio melius oppectuntur frigida.
sed quid cessamus proelium committere?
dum mane est, omnis esse mortalis decet.
Tox. Nimis paéne manest. Sat. Mane quod tu occeperis
negotium agere, id totum procedit diem.
Tox. Quaeso animum advorte hoc. iám heri narravi tibi
tecumque oravi, ut nummos sescentos mihi
dares utendos mutuos. Sat. Memini et scio,
et te me orare et mihi non esse quod darem.
nihili parasitus est, cui árgentum domi est:
lubido extemplo coeperest convivium,
tuburcinari de suo, si quid domi est.
cynicum esse egentem oportet parasitum probe:
ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium,
marsuppium habeat, inibi paullum praesidi,
qui familiarem suam vitam oblectet modo.
Tox. Iam nolo argentum: filiam utendam tuam
mihi da. Sat. Numquam edepol cuiquam etiam utendam dedi.
Tox. Non ad istuc quod tu insimulas. Sat. Quid eam vis? Tox. Scies.
quia forma lepida et liberali est. Sat. Res itast.

---

103 esurio *CD* 104 ad aedes *Nonius 10:* atedis uentris *Nonius:* ueneris 106 meliust *Ritschelius* 107 hallegis 108 ⟨tu⟩ *Schoellius* h(a)ec quid here *B*, *gloss. Pl.:* ere *CD* 110 gonger *Prisciani 1, 224 codd. fere* ne *Prisc.:* nec 116 iam *B:* enim iam *CD*, *i. e. vel* iam *vel* enim narrauit *CD*, narra ut *B* 117 sescento mih *B* 118 dare *B* 119 meo *B* darum *B* 120 nihil *B* cui *bisyll.* domi est *Pylades:* domideste *B*, domi idē *CD* 122 tuburcinari *Nonius 179:* turbucinari *BD*, turbiciạ̈nari *C* est: sit *Nonius* 123 gentem; *cf. Stich. 331* parasitcis *B* 124 *cf. Stich. 230* 125 marsupium *D*, marsipium *B* habiat *B* paulum C^2D^2 128 mihilda numquaam *B* etiam uendaadedi 129 instimulas eam uis *ς:* eamus 130 libirali *B*

Tox. Hic leno neque te novit neque gnatam tuam.
Sat. Me ut quisquam norit, nisi ille qui praebet cibum?
Tox. Ita est. hoc tu mihi reperire argentum potes.
Sat. Cupio hercle. Tox. Tum tu me sine illam vendere.
Sat. Tun illam vendas? Tox. Immo alium adlegavero
qui vendat, qui esse se peregrinum praedicet.
sicut istic leno non sex menses Megaribus
huc est cum commigravit. Sat. Pereunt reliquiae.
posterius istuc tamen potest. Tox. Scin quam potest?
numquam hercle hodie hic prius edes, ne frustra sis,
quam te hoc facturum quod rogo adfirmas mihi;
atqué nisi gnatam tecum huc iam quantum potest
adducis, exigam hercle ego te ex hac decuria.
quid nunc? quid est? quin dicis quid facturus sis?
Sat. Quaeso hercle me quoque etiam vende, si lubet,
dum saturum vendas. Tox. Hoc, si facturu's, face.
Sat. Faciam equidem quae vis. Tox. Bene facis. propera, abi domum;
praemonstra docte, praecipe astu filiae,
quid fabuletur: ubi se natam praedicet,
qui sibi parentes fuerint, unde surpta sit.
sed longe ab Athenis esse se gnatam autumet;
et ut adfleat, cum ea memoret. Sat. Etiam tu taces?
ter tanto peior ipsa est quam illam tu esse vis.
Tox. Lepide hercle dicis. sed scin quid facias? cape
tunicam atque zonam, et chlamydem adferto et causeam,
quam ille habeat qui hanc lenoni huic vendat. Sat. Eu, probe.
Tox. Quasi sit peregrinus. Sat. Laudo. Tox. Et tu gnatam tuam
ornatam adduce lepide in peregrinum modum.
Sat. *Πόθεν* ornamenta? Tox. Abs chorago sumito;

---

134 uedere *B* 136 uedat *B* pergrinum *B* *post v. 136 quaedam intercidisse Ritschelius coniecit.* sicut *cf. Epid. 272. 543 Mil. 974 al.* 137 non *Weisius:* nondum 140 sedis *BCD*, edis *ς*, *corr. Bothius* 142 quantua *B*, quam tua *CD* 144 quid est? *Saturioni tribuit Seyffertus* 145 etiam: ciam *sup. scr. B*, ut iam *D* uendes (uendas *CD*) elubet, *corr. Pylades, Schoellius* (*de versu cf. Rud. 567*) 146 uedas *sequente ras. 4 litt. B* 147 *sq. personas permutat D*[2] 147 faciem *C* donum *B* 150 surrupta 154 qui 155 clamidem *CD* causem *CD*, camsem *B*, *corr. Saracenus; cf. Mil. 1178, nautea* 157 perregrinus *B* gnatam tuam *Camerarius:* tuam gnatam tamen 158 peregrinus *B* 159 *ποϑe D, ποεn B, ποe C* horago *B*, choragro *CD*

dare debet: praebenda aediles locaverunt.
SAT. Iam faxo hic aderunt. sed ego nihil horunc scio.
TOX. Nihil hercle vero. nam ubi ego argentum accepero,
continuo tu illam a lenone adserito manu.
SAT. Sibi habeat, si non extemplo ab eo abduxero. —
TOX. Abi et istuc cura. interibi egó puerum volo
mittere ad amicam meam, út habeat animum bonum,
me esse effecturum ⟨hoc⟩ hodie. nimis longum loquor. —

SOPHOCLIDISCA II 1

Satis fúit índoctae, ímmemori, insípienti dicére totiens.
nimis tándem me quidem pró barda et pro rústica reor habitam ésse aps te.
quamquam égo vinum bibo, at mándata non cónsuevi simul bíbere una.
me quídem iam satis tibi spéctatam censébam esse et meos móres.
nam equidém te iam sectór quintum hunc annúm, quom interea, crédo,
ovis si ín ludum iret, pótuisset iam fíeri ut probe litterás sciret,
quom interím tu meum ingeniúm fans atque infans nondum etiam edídicisti.
potin út taceas? potin né moneas?
memini ét scio et calleo et cómmemini.
amas pól misera: id tuos scátit animus.
ego istúc placidum tibi ut sít faciam.

LEMNISELENIS

Miser ést qui amat. — SOPH. Cérto is quidém nihilist,
qui níl amat: quíd ei homini ópus vita est?

---

160 debet *hoc uno loco (praeter Amph. 39) cum inf. coniunctum, v. Langenus symb. 284, qui versum inducit; fort.* praebebit 161 nihil hornuc *B,* horunc nihil *CD* 163 alenon 164 haat *B* 165 curam metibi ego, *corr. Acidalius* 166 amcam mam *B* 167 ⟨hoc⟩ *Guietus add.* sophoclidisca *B* 168 SOPHOCLIDISCA • ANCILLA *D*² *accedit A* satịst *A (altera* t *exp.?);* s. ⟨pol⟩ *Weisius* indotae *P* 169 t. equidem *Nonius 10* [pro r]ustica *AP, Nonius:* rulla *Vsenerus cl. corp. gl. lat. 2, 175, 60 sq.* (rullus mendicus ἀγύρτης *et* rulla χωρικὴ ἀγροῖκος, *cf.* Rulli *nomen*). rustica *quod primam producit haereo. de repetita praepositione cf. Muellerus pros. add. 77* 170 *sq. disp. B:* Quanquam — simul | Bibere — spectatam | Censueram — mores 170 at *A:* ad *P* 171 tibi *A:* bi *P* censueram *P* 172 iam te *A* inter[ea] *A:* interiam *P* 173 ouis *Bergkius:* quiṣ *A,* cuis *B,* cuius *CD* potuisse jam *A* 174 quum *A,* cum *CD* interim *del. Ritschelius* fans non edidicisti atque infans *P, quae verborum compositio verior esse videtur.* fans atque infans *cf. ad Capt. 76* 175. 176. *coniungit B* 177 *sq. disp. B:* Amas — placidum | Tibi — amat | Certo — uita est 177 scatet *AP, cf. Aul. 558* 178 placidum *P:* pelagus *A (scil. fontem scatentem faciam ut aequor sit, alienum ut puto)* 179 L.—S. *ς: spat. om. AP* nihili est *A:* nihil est *P* 180 ei *P:* et *A* *in B manus coaeva ascripsit:* uita certe quidem istuchil est quin

iré decet me, út erae opsequéns fiam, libéra ea opera ócius ut sit.
convéniam hunc Toxilum: eius auris, quae mandata sunt, onerabo.

TOXILVS II 2

Sátin haec tibi sunt plána et certa? sátin haec meministi ét tenes?

PAEGNIVM

Melius quam tu qui docuisti. Tox. Ain véro, verbereum caput?
P. Aio enim véro. T. Quid ergo dixi? P. Ego recte apud illam dixero.
Tox. Non edepol scis. Paeg. Da hercle pignus, ni omnia memini et scio,
et quidem si scis tute, quot hodie habeas digitos in manu.
Tox. Egon dem pignus tecum? Paeg. Audacter, si lubido est perdere.
T. Bona pax sit potius. P. Tum tu igitur sine me ire. T. Et iubeo et sino;
sed ita volo te ire, ut domí sis, cum ego te esse illi censeam.
Paeg. Faciam. Tox. Quo ergo is nunc? Paeg. Domum: uti domi
sim, quom illi censeas.
Tox. Scelus tu pueri es, atque ob istánc rem ego aliqui te peculiabo.
Paeg. Scio fide hercle erili ut soleat impudicitia opprobrari
nec subigi queantur umquam, ut pro éa fide habeant iudicem.
T. Abi modo. P. Ego laudabis faxo. T. Sed has tabellas, Paegnium,
ipsi Lemniseleni fac des et quae iussi nuntiato.
Soph. Cesso ire ego quo missa sum?
P. Eo ego. T. I sane. ego domum ibo. face rem hanc cum cura geras.
vola curriculo. — Paeg. Istuc marinus passer per circum solet.
illic hinc abiit intro huc. sed quis haec ést quae med advorsum incedit?
S. Paegnium hic quidem est. P. Sophoclidisca haéc peculiarest eius
quo ego sum missus. S. Nullus esse hodie hóc puero peior perhibetur.

---

181 l[ib]ẹṛạ ẹa *A:* liberam ea *P* 182 aureis *A* *v. 181 anapaesti sunt quidem, sed dubitandum et de hoc v. et de sequente; ubi Ritschelius* ⟨et⟩ eius aures quae sunt mandata 183 TOXILVS PEGNIVM SOPHOCLIDISCA *AB* (paegn.), TOXILVS SERVVS PECNIVM PVER. SOPHOCLID. *D*[2] plana *A:* planae *B*, plane *CD* hac *A* 184 tu *A: om. P* 185 T.: *spat. P, om. A* 187 et quidem *A:* equidem *P* quod habeas hodie *P* 188 egon *A:* eoon *B*, eo *CD* lubidos est *P* 190 urolo *A* ire *L.:* currere *A*, curare *P* 191 *duobus versiculis* faciam — uti *vel* ut | domi — censeas *A fort. recte* (ut), *sequente systemate (192—194), cf. 197* 192 aliquiṭ *A*, aliquid *P*, *corr. Dousa*

193 fidei *P* hercọlẹ *A* opprobari *P* 194 ne (nẽ?) *A* 195—247 *deest A* 195 ergo 196. 197 *coniungit B* 196 lemnisse leni *CD* 198 isanego *B* curas 199 marrinus *B* 200 hinc abiit *Ritschelius:* abiit (habiit *B*) hinc hunc *CD* me (mae duor sum *B*); *fort.* intro. sed q. h. est, huc quae me 201 T. *praem. D* sophodidisca *C*, sophodiclisca *D*, *item 205* peculiaris est, *v. ad Capt. 518* 202 missum *B* poior *B*

PAEG. Compellabo. SOPH. Commorandust. PAEG. Apud hanc obieci *
SOPH. Paegnium, deliciae pueri, salve. quid agis? ut vales?
PAEG. Sophoclidisca, di me amabunt. SOPH. Quid me? PAEG. Vtrum hercle ⟨di volent⟩;
sed si ut digna es faciant, odio hercle habeant et faciant male.
SOPH. Mitte male loqui. PAEG. Quom ut digna es dico, bene, non male loquor.
SOPH. Quid agis? PAEG. Feminam scelestam te astans contra contuor.
SOPH. Certe equidem puerum peiorem quam te novi neminem.
PAEG. Quid male facio aut quoi male dico? SOPH. Quoi pol cumque occasio est.
PAEG. Nemo homo umquam ita arbitratust. SOPH. At pol multi esse ita sciunt.
PAEG. Heia. SOPH. Beia. PAEG. Tuo ex ingenio mores alienos probas.
SOPH. Fateor ego profecto me esse ut decet lenonis familiae.
PAEG. Satis iam dictum habeo. SOPH. Sed quid tu? confitere ut te autumo?
PAEG. Fatear, si ita sim. SOPH. Iam ábi, vicisti. PAEG. Abi núnciam ergo. SOPH. Hoc mi expedi,
quó agis? PAEG. Quo tu? SOPH. Dic tu. ⟨PAEG. Dic tu. SOPH.⟩ Prior rogavi. PAEG. At post scies.
SOPH. Eo ego hinc haud longe. PAEG. Et quidem ego haud longe ⟨hinc eo⟩. SOPH. Quo ergo ⟨is⟩, scelus?
PAEG. Nisi scieró prius ex te, tu ex me numquam hoc quod rogitas scies.
SOPH. Numquam ecastor hodie scibis prius quam ex te audivero.
PAEG. Itane est? SOPH. Itane est. PAEG. Mala es. SOPH. Scelestu's. PAEG. Decet me. SOPH. Me quidem addecet.
PAEG. Quid ais? certumnest celare, quó iter facias, pessuma?

---

203 P.: T. D^2 S.: *spat.* P. *addidi* obicem *Valla; fort.* ⟨standumst⟩ apud hanc obicem 204 penignum *B* pueris *B* 205 et *ante* quid *eras. B* ⟨di uolent⟩ *Schoellius* 206 digna es: dignas, *item 207* 208 P. *ex* T. *corr.* D^2 astan *B* 209 quan *B* 210 mali facio *CD* 212 beia *v. ad Epid. 95* 213 ergo, *corr. Camerarius* 215 faciar *B* *pers. spat. ante* ergo (*non ante* hoc): *corr. Brixius Fleckeiseni annalium 123, 51* hoo *B* 216 ais *correctum 1. m. in* abis *CD* ⟨dic tu⟩ *Bentleius* 217 *supplevi, similiter alii* ergo: ego *B* *spat. ante* scelus 218 scio *Kampmannus ut 234. 236 all., cf. Lindskogius de enunt. condicion 14; sed vide v. sq.* (prius) scis *C, B ante corr.* 219 ⟨ego⟩ ex *Kampmannus* 220 *cf. Herm. 18, 574 sq.* mala es: maleas *B* quide *B* addecet *Bothius:* haud decet 221 certum est, *corr. Camerarius*

Soph. Offirmastin occultare quo te immittas, pessume?
Paeg. Par pari respondes dicto. abi iam, quando ita certa res.
nihili facio scire. valeas. Soph. Asta. Paeg. At propero. Soph. Et pol ego item.
Paeg. Ecquid habes? Soph. Ecquid tú? Paeg. Nil equidem. Soph. Cedo manum ergo. Paeg. Estne haec manus?
So. Vbi illa altera ést furtifica laeva? Pa. Domi eccam. huc nullam attuli.
Soph. Habes nescio quid. Paeg. Ne me attrecta, subigitatrix. Soph. Sin te amo?
Paeg. Male operam locas. Soph. Qui? Paeg. Quia enim nihil amas, quom ingratum amas.
Soph. Temperi hanc vigilare oportet formulam atque aetatulam,
né, ubi versicapillus fias, foede semper servias.
tu quidem haud étiam es octoginta pondo. Paeg. At confidentia
illa militia militatur multo magis quam pondere.
atque ego hanc [nunc] operam perdo. Soph. Quid iam? Paeg. Quia peritae praedico.
sed ego cesso. Soph. Mane. Paeg. Molesta es. Soph. Ergo ⟨ero⟩ quoque, nisi scio,
quó agas te. Paeg. Ad vos. Soph. Et pol ego ad vos. Paeg. Quid eo? Soph. Quid id ad te attinet?
Pa. Enim non ibis nunc, vicissim nisi scio. So. Odiosu's. Pa. Lubet.
numquam hercle istuc exterebrabis, tu ut sis peior quam ego siem.
Soph. Malitia certare tecum miseria est. Paeg. Mers tu mala es.
So. Quid est quod metuas? Pa. Idem istuc quod tu. So. Dic ergo *
[ne hoc cuiquam homini edicerem, omnes muti ut loquerentur prius.]
Pa. Edictum est magno opere mihi, ne quoiquam hoc homini crederem,

222 offirmasti, *corr. Camerarius* pessuma *B ante corr.* 223 piri *B* dicito *CD* (*cf. 302*), *sequente spatio ut in B; fort. Sophoclidisca insequitur* dic tu res est 214 nihilo, *corr. Camerarius* uleas *B* at propero: apropera *B* ite *B*, ire *CD*, *corr. Camerarius* 225 etquid tu 226 uibi alterra *B; pronuntiandum* altra eccillam *Muellerus* atuli *B* 227 habescio quid *B* sibigitatrix *B*, subigatrix *CD* sin *cf. Pseud. 253* 228 ingratu 230 ibi *B* uorsicapillus *Ritschelius:* capillus uersipellis (uesipellis *B*, uersibellis *C*, uersippellis *D*) *puerum vigilare oportet, ut peculium conficiat; cf. Vssingius* 231 *tantum ultimis respondet: licet parvus sim, iam amare valeo. suaserat alium amorem* 233 [nunc] *Bothius* 234 molesta es: molestes *B* ⟨ero⟩ *Bothius* 235 ate attenet *B* 236 cio *B* odiosus es 237 prior, *corr. Camerarius* 238 milicia *B* 239 di *B* ⟨at dic tu prius⟩ *Goetzius;* at vetita sum *post v. 240* '*libri veteres*' *Lambini* 240 dicerem '*libri vet.*' *Lambini* (*etiam* muti *ex silentio*) multi *versum delevit Goetzius act. Lips. 6, 238* 241 editum *B* magnopere hoc *om. CD*

omnes muti ut eloquerentur prius hoc quám ego. So. At tu hoc face:
fide data credamus. Paeg. Novi: omnes sunt lenae levifidae,
neque tippulae levius pondust, quam fides lenonia.
So. Dic amabo. Pa. Dic amabo. So. Nolo ames. Pa. Facile impetras.
Soph. Tecum habeto. Paeg. Et tu hoc taceto. Soph. Tacitum erit.
Paeg. Celabitur.
Soph. Toxilo has fero tabellas tuo ero. Paeg. Abi, eccillum domi.
at ego hánc ad Lemniselenem tuam eram opsignatam abietem.
Soph. Quid istic scriptum? Paeg. Iuxta tecum, si tu nescis, nescio;
nisi fortasse blanda verba. Soph. Ábeo. Paeg. Et ego ábiero. —
Soph. Ambula. —

SAGARISTIO II 3

Ióvi opulento, ínclito,
Ope gnáto, suprémo, validó, viripoténti,
opés, spes bonás, copiás commodánti
* lubens vítulorque merito,
quiá meo amico amíciter hanc cómmoditatis cópiam
danúnt, argenti mutui ut éi egenti opem adferam;
quód ego non magis sómniabam neque opinabar neque censebam,
eam fore mihi occasionem, ea nunc quasi decidit de caelo;
nam erus meus me Eretriam misit, domitos boves ut sibi mercarer,
dedit argentum, nam ibi mercatum dixit esse die septumi:
stultus, qui hoc mihi daret argentum, cuius ingenium noverat.
nam hoc argentum álibi abutar: boves, quos emerem, non erant;
nunc et amico prosperabo et genio meo multá bona faciam,

---

242 omnis *B* miti *B ante corr.* loquerentur, *corr. Muellerus* 244 tippulae *Paulus 366:* stipul(a)e; *cf. frg. inc. 52* pondus est, *item Paulus* 246 abeo *B* taceo *B* 247 tabellaes *B* ecillum 248 *accedit A* at *AP:* at pol *Muellerus* ḷẹṃṇ[ise]lẹṇ[em] *AP* (lemnisse lenem *D*) 250 et *Acidalius:* at *P, A n. l.* sagaristio *add. P*, sag. seruus *D*², *spatium (cum nomine?) A* 251. 252 *et* 253. 254 *coniungit B;* 251 *ab* ịọụi, 252 supremo, 253 ọpẹṣ *incipit A* 251 ope gnato *num in A post* [in]çḷụṭọ *fuerit incertum* 254 *ante* q̣ *plura fuisse videntur A. lacunam demonstrat quod sequitur* danunt; *deesse velut* disque omnibus ago gratias *dixit Vssingius, cf. 755 Capt. 909. 922; Liv. 6, 29, 9* 255 qu[ia] *AP:* quam *Nonius 510* 256 mutui *B et fort. A:* minuti *CD* [ụṭ]ị ẹ[gẹ]ṇṭị *A*, utlegenti *P, corr. Weisius;* (ut amanti egenti *Schoellius*) 257 magis: *mira anacoluthia* 258. 259 *inverso ordine P* 259 num *P* eretsiam *B*, iam *post spatium CD;* nam Eretriam erus *Schoellius* ụṭ *A:* uti *P, cf. ad v. 265* 260 die esse *Bothius, cf. ad Cas. 230* septụṃị *A:* septimei *P* 262 abutar alibi *Guietus* 263 et amico: amico *A*, et amico meo *P*

diu quo bene erit, die úno absolvam: tux tax tergo erit meo. non curo.
nunc amico homini boves dómitos mea ex crumina largiar.
nam id demum lepidumst, triparcos homines, vetulos, avidos, aridos
béne admordere, qui salinum servo obsignant cum sale.
virtús, ubi occásio admonet, dispicere. quid faciet mihi?
verberibus caedi iusserit, compédes impingi? vapulet,
ne sibi me credat supplicem fore: vae illi, nil iam mihi novi
offérre potest, quin sím peritus. sed * Toxili
púerum Paegnium eccum.

PAEGNIVM II 4

Pensúm meum, quod datumst, cónfeci. nunc dómum propero. SAG. Mane, etsí properas.
Paégnium, ausculta. PA. Emere oportet, quem tibi oboediré velis. S. Asta.
PAEG. Exhibeas molestiam, ut opínor, si quid debeam,
qui nunc sic tamen es molestus. SAG. Scelerate, etiam respicis?
PAEG. Scio ego quid sim aetatis, eo istuc maledictum impune auferes.
SAG. Vbi Tóxilus est tuus érus? PAEG. Vbi illí libet, néque te consulit. SAG. Etiam
dicis ubi sit, venéfice?
PAEG. Néscio, inquam, ulmítriba tu.

SAG. Male dícis maiorí. PAEG. Prior proméritus perpetiáre.
servam operam, linguam liberam erus iussit med habere.

---

264 quo *A:* quod *P* tuxtax *A:* tuxcax *P*, tuttax *gloss. Plaut.* 265 homiṇị ḅịḅus domi[ti]s *A*, hominibus domitis *P*, *corr. Spengelius; cf. Zanderus vers. Ital. CX* 266 a]ṛị[dos *AP; pronuntiandum* ardos (*Seyffertus stud. Pl. 6*); uetules aridos *Guietus* 267 qu[i s]alinum *A:* quis alienum *P* 268 uirtus — occasio | admonet — mihi *A* uirtus est ubi *AP*, *cf. Asin. 323; fort.* uiri opust, *cf. Most. 412* (*Muellerus pros. 366*) 269 compedẹs *ACD:* compedis *B* impingi *A:* imponi *CD*, inpono *B* 270 suplicem *BC* mihi iam nihil *P* 271. 271ª *coniungunt AP* 271 oferi *B*, offerri *CD* *octonarius fuisse videtur sequente clausula; velut* sed ⟨quis hinc exit?⟩ Toxili 271ª *cf. 254* 272 PAEGNIVM SAGARISTIO *AB*, PICNIVM PVER SAGARISTIO SERV. *D*² *anapaesti, cf. 277* domum propero *A:* pro domum *P* 273 p(a)epnium *BC* astas *A* 274 ut ⟨ego⟩ *Ritschelius, cf. Kaempfius de pron. pers. 4* 275 S. *praem. D*² tamen *A:* tam *P* P. *D*² *et sic deinceps nomina commutans usque ad v. 279* 277 *versiculis minutis A:* ubi — erus | ubi — neque | te — etiam, *voluisse videtur dimetros iambicos duos cum clausula Reiziana* etiam *in B versum sq. incipit* 278. 279 *coniungit B* 278 edicis *P* 279 uịmitriba *A*, mul mitriba *CD; sane paenultimam corripit* 280ª liberam *P:* operam *P* iussit me *B*, iussit meọ (med *ex* meo *correctum?*) *A*, me iussit *CD*

SAG. Dicisne mi, ubi sit Toxilus? PAEG. Dico ut perpetuo pereas.
SAG. Caedere hodie tu restibus. PAEG. Tua quidem, cucule, causa!
non hercle, si os perciderim tibi, metuam, morticine.
SAG. Video ego te: iam incubitatus es. PAEG. Ita sum. quid id ad te [attinet]?
at non sum, ita ut tu, gratiis. SAG. Confidens. PAEG. Sum hercle vero.
nam ego me confido liberum fore, tu te numquam speras.
SAG. Potin ut molestus ne sies? PAEG. Quod dicis facere non quis.
SA. Abi in malam rem. PA. At tu domum: nam ibi tibi parata praestost.
SAG. Vadatur hic me. PAEG. Vtinam vades desint, in carcere ut sis.
SAG. Quid hoc? PAEG. Quid est? SAG. Etiam, scelus, male loquere? PAEG. Tandem ut liceat,
quom servos sis, servom tibi male dicere. SAG. Itane? specta
quid dedero. PAEG. Nil, nam nil habes. SAG. Di deaeque me omnes perdant —
PAEG. Amicus sum, eveniant volo tibi quae optas. SAG. Atque id fiat,
nisi te hodie, si prehendero, defigam in terram colaphis.
PAEG. Tun me defigas? te cruci ipsum adfigent propediem alii.
SAG. Qui te di deaeque — scis quid hinc porro dicturus fuerim,
ni linguae moderari queam. potin abeas? PAEG. Abigis facile.
nam umbra mea iam intus vapulat. — SAG. Vt istúnc di deaeque perdant.
tamquam proserpens bestiast bilinguis et scelestus.
hercle illum abiisse gaudeo. foris aperit, eccere autem
quem convenire maxime cupiebam egreditur intus.

---

282 cedere *AC*, credere *D* caussa *A* 283 hos *AD*[1] morticeine *A* 284 es *P:* sum *A* *ovum es, sed iam incubitum* an te attinet *A*, attinet adte *P*; ad te attingit *Muellerus; convicium latere coniecit Seyffertus, puta fatue. cf. ad Rud. 1106* 285 sum *om. A* (*cf. 284*) ut tu gratiis *A:* uitu (uita *CD*) gratis *P* 287 sis *A* 289 desinit *A* 290 *versus non quadrat ad antecedentem, tantum ad v. 279* (*cf. 280*) *aut 283. praeterea offendit v. 290 post v. 280. fortasse v. 280—289 ad alteram, 290—295 ad alteram recensionem pertinent* uti liceat *A*, udiceat *B* tandem: *quasi de re magna et illicita loquatur* 292 me *A:* te *P* 293. 294 *inverso ordine P* 293 eueniat *A* *ante* atque *spat. om. A* 294 deferam *A* colapheis *A* 295 tun *A:* tunc *P* propediem (-enti *CD*) adfigent *P* aliei *A* 296 qui *A:* quin *P* 297 nillinguae *CD*, nil ingruae, *sed* il in *in ras.*, *B* moderaris quiam *A* ✝ potin *A* habeas *P* 298 [iam] *A*, *ut supplevit Bothius: om. P* istum *A* 299 tanquam *AC* bestiast *A:* bestiae *P* 300 istum *A* fores *P* aperit *AP*, *cf. Aul. 411* eccere autem *cf. ad Cas. 969* 301 conuenire *A:* cum uenire *P*

TOXILVS II 5

Paratum iam esse dicito, unde argentum sit futurum,
iubeto habere animum bonum, dic me illam amare multum;
ubi se adiuvat, ibi me adiuvat. quae dixi ut nuntiares,
satin ea tenes?

SOPHOCLIDISCA

Magis cálleo quam aprugnum callum callet. —
Tox. Propera, abi domum. * Sag. Nunc ego huic graphice facetus fiam.
subnixis alis me inferam atque amicibor gloriose.
Tox. Sed quís hic ansatus ambulat? Sag. Magnifice conscreabor.
Tox. Sagaristio hic quidemst. quíd agitur, Sagaristio? ut valetur?
ecquid, quod mandavi tibi, + estne in te speculae? Sag. Adito.
videbitur. factum volo. venito. promoneto.
Tox. Quid hoc hic in collo tibi tumet? Sag. Vomicast, pressare parce;
nam ubi quí mala tangit manu, dolores cooriuntur.
Tox. Quando istaec innatast tibi? Sag. Hodie. Tox. Secari iubeas.
Sag. Metuo, ne immaturam secem, ne exhibeat plus negoti.
Tox. Inspicere morbum tuom lubet. Sag. Ah ah, abi atque cave sis
a cornu. Tox. Quid iam? Sag. Quia boves bini hic sunt in crumina.
Tox. Emitte sodes, ne enices fame; sine ire pastum.
Sag. Enim métuo, ut possim reicere in bubile, ne vagentur.
Tox. Ego reiciam. habe animum bonum. Sag. Credetur, commodabo.
sequere hac sis. argentum hic inest, quod mecum dudum orasti.

---

302 TOXILVS SAGARISTIO SOPHOCLIDISCA *AB*, SERVI · II · *et* ANC. *add. D* dicto *P* 304 adiuu[at] ibi me a]di]u[uat] *A:* adluat ibi me adluat *P* 305 satinea *P:* satine *A* magis *AP*, *Charisius 72:* plus *Nonius 258* calleo *AP, Nonius:* tabello *Charisius* aprugnum *AP*, *Servius Aen. 11, 65:* aprunum *Nonius*, prunum *Charisius, cf. Poen. 579* 306 ego huic *P:* huic ego *A; cf. Kaempfius de pron. pers. 22 sq., qui coniecit* domum ⟨nunc⟩. *minime Paegnio facetum se fecerat Sagaristio. cf. Poen. 426* (propera atque abi) *Pseud. 161. fort.* domum. ⟨SOPH. Abeo.⟩ 308. 309 *inverso ordine A* 308 set *A* ansatus *AP:* conatus *Nonius 479* conscreabor *Nonius:* concreabo · *A*, constabor (contestabor *D*) *P* 309 quidem est *A*, quidem sed *P* 310 *ut s. AP;* in te speculaest *Ritschelius; fort.* estne *adiectum* 311 *cf. Asin. 685* promoneto *AP*, promoueto *ς. promonere significatum habere videtur coram et aperte admonendi de promisso vel debito, cf. proclamare protestari proquiritare alia. Cicero ad Att. 4, 12* ibi te igitur videbo et promonebo 313 tetigit *P* 315 negotei *A* 316 iubet *A* ah ah abi *A:* ahbi *B*, abi *CD* 317 crumena *A*, crimina *B* 319 in bubile (bubilem *P*) r[ei]cere *AP, corr. Bothius* uag[en]tur *A:* uiagentur *B*, uagientur *CD* 320 creditur *P, corr. Guietus; A n. l.* 321 seque *P* quod me dudum rogasti *P*

Tox. Quid tú ais? Sag. Dominus me bovis mercatum Eretriam misit.
nunc mi Eretria erit haec tua domus. Tox. Nimis tú facete loquere.
atque ego omne argentúm tibi hoc actutum incolume redigam;
nam iam omnes sycophantias instruxi et comparavi,
quo pacto ab lenone auferam hoc argentum, Sag. Tanto melior.
Tox. Et mulier ut sit libera atque ipse ultro det argentum.
sed sequere me: ad eam rem usus est tua mihi opera. — Sa. Vtere ut vis. —

SATVRIO III 1

Quae res bene vortat mi et tibi et ventri meo
perennitatique adeo huic, perpetuo cibus
ut mihi supersit, suppetat, superstitet:
sequere hac, mea gnata, me, cum dis volentibus.
quoi rei opera detur scis, tenes, intellegis;
communicavi tecum consilia omnia.
ea causa ad hoc exemplum te exornavi ego.
venibis tu hodie, virgo.

VIRGO

Amabo, mi pater,
quamquam libenter escis alienis studes,
tuin véntris causa filiam vendas tuam?
Sat. Mirum quin regis Philippi causa aut Attali
te potius vendam quam mea, quae sis mea.
Vir. Vtrum tú pro ancilla mé habes an pro filia?
Sat. Vtrum hercle magis in ventris rem videbitur.
meum, opino, imperiumst in te, non in me tibi.
Vir. Tua istaéc potestas est, pater. verum tamen,
quamquam res nostrae sunt, pater, pauperculae,
modice et modeste meliust vitam vivere;

---

322 bouis *A:* uobis *P* me Eretriam b. m. *Ritschelius, cf. 253* 324 hoc actutum *A:* hoc tu tum *P;* ego ⟨hoc⟩ *Muellerus pros. 368 sq. qui* hoc (*i. e.* huc) redigam *coniungit* 325 omneis *A* 328 saturacio *add. B* SATYRIO *A*, PARASITVS VIRGO *D*[2] 330 perennitateique *A*, perennitatisque *P* cibo *AP, correxi* perennitassitque adeo huic perpetuom cibum *Buechelerus* (*cf. Ribbeckius trag. frg. p. 270*), *sed sic* huic *post* mihi *et* ventri meo, *sequente* mihi, *locum non habere videtur* 334 commonicaui *B ante corr.* 335 caussa *A* exemptum *A* 336 odie *BD* 338 tui uentris causam *A* uendis *P*; uendes *Salmasius, cf. Vssingius ad Amph. 741* 339 caussa *A* 341 tu *om. A* 343 opinor *AP, item Bacch. 511, Cas. 541, Poen. 1169* tibist *P* 346 modeste meliust *AP:* modestest melius *Nonius 342; cf. Charisius 206*

nam ad paupertatem si admigrant infamiae,
gravior paupertas fit, fides sublestior.
SAT. Enim véro odiosa es. VIR. Non sum, neque me esse arbitror,
quom parva natu recte praecipio patri.
nam inimici famam non ita ut natast ferunt.
SAT. Ferant eantque maximam malam crucem;
neque ego inimicitias omnes pluris existimo,
quam mensa inanis nunc si apponatur mihi.
VIR. Patér, hominum immortalis est infamia;
etiam tum vivit, cum esse credas mortuam.
SAT. Quid? metuis, ne te vendam? VIR. Non metuo, pater.
verum insimulari nolo. SAT. At nequiquam nevis.
meo modo istuc potius fiet quam tuo
fiat. quae hae res sunt? VIR. Cogita hoc verbum, pater:
erus si minatus est malum servo suo,
tametsi id futurum non est, ubi captumst flagrum,
dum tunicas ponit, quanta adficitur miseria!
ego nunc quod non futurumst formido tamen.
SAT. Virgo atque mulier nulla erit quin sit mala,
quae praeter sapiet quam placet parentibus.
VIR. Virgo atque mulier nulla erit quin sit mala,
quae reticet, si quid fieri pervorse videt.
SAT. Malo cavere meliust te. VIR. At si non licet
cavere, quid agam? nám ego tibi cautum volo.
SA. Malusne égo sum? VI. Non es, neque me dignumst dicere,
verum ei rei operam do, ne alii dicant, quibus licet.
SAT. Dicat quod quisque volt; ego de hac sententia

---

347 admigrant *AP:* immigrant *Festus 294* imfamiae (-mȩ *CD*) *P* nam ubi ad paupertatem accessit infamia *Nonius 177, sine vitio* 348 paupertas grauior *Nonius* subtẹstior *A* 349 me *om. A* 350 qum *A*, cum *P* 351 nata est *A*, nata si *P; fort.* res natast 352 eantque *A:* eantque in *P* 353 non ego *AP, corr. Sonnenscheinius class. rev. 1892, 401* omnis *P* aestimo *Pylades* (*cf. Capt. 682*), *sed* pluris existimo *coalescit* (plure *Charisii 109. 211 huc rettulit Seyffertus*); *cf. 833* 360 *post* fiat *personae spatium AB* qua[ee h]ae res sunt *A*, quae heres sunt *P;* ⟨ne⟩ fiat. S. quae (haec) res? *Ritschelius* 362 tamen etsi (esi *A*) *AP, corr. ς* id futurum *P:* aurus *super scripto a correctore* id fuṭu— *A;* tamen si daturus non est *Ritschelius* 367 erat *P* 369 meliust *B:* melius st *CD*, melius est *A* liceat *A* 371 esṭ *A* dignụst *A*, dignusst *P, corr. ς* 372 uẹrum *A:* uirum *P*

non demovebor. Vir. At, meo si liceat modo,
sapienter potius facias quam stulte. Sat. Lubet.
Vir. Lubere per me tibi licere intellego;
verum lubere hau lubeat, si liceat mihi.
Sat. Futura es dicto oboediens an non patri?
Vir. Futura. Sat. Scis iam tibi quae praecepi? Vir. Omnia.
Sat. Et ut surrupta fueris? Vir. Docte calleo.
Sat. Et qui parentes fuerint? Vir. Habeo in memoria.
necessitate me mala ut fiam facis.
verum videto, me ubi voles nuptum dare,
ne haec fama faciat repudiosas nuptias.
Sat. Tace, stúlta. non tu nunc hominum mores vides?
quoivis modi hic cum [mala] fama facile nubitur:
dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur.
Vir. Ergo istuc facito ut veniat in mentem tibi,
me esse indotatam. Sat. Cave sis tu istuc dixeris.
pol deum virtute dicam et maiorum meum,
ne te indotatam dicas, quoi dos sit domi:
librorum eccillum hábeo plenum soracum.
si hoc adcurassis lepide, cui rei operam damus,
dabuntur dotis tibi inde sescenti logi,
atque Attici omnes; nullum Siculum acceperis:
cum hac dote poteris vel mendico nubere.
Vir. Quin tu me ducis, si quo ducturu's, pater?
vel tu me vende vel face quid tibi lubet.
Sat. Bonum aequomque oras. sequere hac. — Vir. Dicto
sum audiens. —

---

374 liceat *A* 375 *fort.* ⟨at⟩ lubet 376 tibi per me *A* 377 lubeat si liceat *Pistoris:* liceat si lubeat (iubeat *B*) *P*, liceat si liceat *A* 379 iam *Seyffertus:* nam *AP* 380 ut: ut ui *A*, id ut *P: fort.* etiam ut (*ui non surripitur*) 382 necesitate *A* 386 quoius *B*, quo uis *CD*, cuius *A*, *corr. Guietus* mala fama *AP*, *corr. Camerarius* 387 sit *P:* et *A* 390 uirtutem *Nonius 495* dicam *P*, *Nonius:* dlcọ *A* 391 ni *A* 392 *Paulus 296* soracum est quo ornamenta portantur scaenicorum (*Poll. 10, 129*), *apud Festum servatur:* —rum icillum ecillum *A*, ecce illum *CD;* eccillud *secundum Paulum Sonnenscheinius class. rev. 1892, 400* plenum *P:* plenum illum *A*, *cf. Poen. 314* plelli (?)*A* (*Seyffertus*) 393 adcurassis *A:* accurras sis *P* 394 *Ps. Asconius p. 115 Or. ad Cic. divin. 39 adfert* dabuntur tibi sexcenti logi, atque attici, nullum siculum acceperis logei *A:* longi *P* 398 ⟨me⟩ face *Ritschelius* 399 aequmque *A*, aequumque *P* dicto *P:* ẹndicto *A* audi eas *P* dordalus *add. B* DORRA LVS LENO *D*[2] (*eraso* TOXILVS SERVVS, *cf. sc. sq.*), *spat. ABCD*[1]

DORDALVS III 2

Quidnam esse acturum hunc dicam vicinum meum,
qui mihi iuratust sese hodie argentum dare?
quod si non dederit atque hic dies praeterierit,
ego argentum, ille iusiurandum amiserit.
sed ibi concrepuit foris. quisnam egreditur foras?

TOXILVS III 3

Curate isti intus, iam égo domum me recipiam. DOR. Oh,
Toxile, quid agitur? TOX. Oh, lutum lenonium,
commixtum caeno sterculinum publicum,
impure, inhoneste, iniure, inlex, labes popli,
pecuniae accípiter avide atque invide,
procax, rapax, trahax — trecentis versibus
tuas ímpuritias traloqui nemo potest —
accipin argentum? accipe sis argentum, impudens,
tené sis argentum, etiam tu argentum tenes?
possum te facere ut argentum accipias, lutum?
non mihi censebas copiam argenti fore,
qui nisi iurato mihi nil ausu's credere?
DOR. Sine respirare me, ut tibi respondeam.
vir summe populi, stabulum servitutium,
scortorum liberator, suduculum flagri,
compedium tritor, pistrinorum civitas,
perenniserve, lurco, edax, furax, fugax,
cedo sis mi argentum, da mihi argentum, impudens,
possum a te exigere argentum? argentum, inquam, cedo,
quin tu mi argentum reddis? nilne te pudet?

---

400 *tit. ad 399* dicat hunc *A* 401 iuratus est *AP* se *A* 404 fores *P* 405 TOXILVS DORDALVS *B*, TOXILVS SERVVS DORRALVS LENO *D*², *spat. ACD*¹ isti *A*: istic *B*, istuc *CD* oh *A*: ob *B*, o *CD* 406 oh *A*: eo *P* 407 stercilinum *P* *cf. Most. 41* 408 iniure *P*, *Nonius 10. 447*: periure *A*; *cf. Paulus 110* iniurum: periurum popli *A*, *Nonius 10*: populi *P*, *Nonius 447* 409 adque *A* 411 transloqui *A* 415 *om. P* 417 sene *P* tibi ut *P* 418 seruitritium (-cium *D*) *AP*, *corr. Colerus*; *cf. Lorenzius Philol. 30, 596 sq.*; *vitiosum est adiectivum, flagitatur genetivus rei ut illa* nequitiae, flagiti, confidentiae. *nec idem est in hac librorum memoria* —tium *quod* —cium 419 suduculum *A*, *cf. Paulus 336*: subiculum *P* 420 pristinorum *AB*; *cf. Epid. 145* ciuilas *A* 421 per[enn]isserue *A*, perennis herbae *Nonius 11* lurco edax *Nonius*: lyrche edax *A*, lurchedax *P*; lurcho *veteribus tribuit Servius Aen. 6, 4, Plauto Sacerdos 6, 475 K., cf. Probus cath.* 422 coedo *P* (*item B v. sq.*) 423 a *om. A* 424 nihilne *A*: nihil ni *P*

leno te argentum poscit, solida servitus,
pro liberanda amica, ut omnes audiant.
Tox. Tace, obsecro hercle. ne tua vox valide valet.
Dor. Referundae ego habeo linguam natam gratiae.
eodém mihi pretio sal praehibetur quo tibi.
nisi me haec defendet, numquam delinget salem.
Tox. Iam omitte iratus esse. id tibi suscensui,
quia te negabas credere argentum mihi.
Dor. Mirum quin tibi ego crederém, ut idem mihi
faceres quod partim faciunt argentarii:
ubi quid credideris, citius extemplo a foro
fugiunt quam ex porta ludis cum emissust lepus.
Tox. Cape hoc sis. Dor. Quin das? Tox. Nummi sescenti hic erunt,
probi, numerati. fac sit mulier libera,
atque huc continuo adduce. Dor. Iam faxo hic erit.
non hercle, quoi nunc hoc dem spectandum, scio.
Tox. Fortasse metuis in manum concredere?
Dor. Mirum quin * * [citius iam a foro argentarii
abeunt, quam in cursu rotula circumvortitur.]
Tox. Abi istác travorsis angiportis ad forum;
eadem ístaec facito mulier ad me transeat
per hortum. Dor. Iam hic faxo aderit. Tox. At ne propalam.
Dor. Sapienter sane. Tox. Supplicatum cras eat.
Dor. Ita hercle vero. — Tox. Dum stas, reditum oportuit.
si quam rem accures sobrie aut frugaliter, IV 1
solet illa recte sub manus succedere.
atque edepol ferme ut quisque rem accurat suam,
sic ei procedit postprincipio, denique

---

428 referendae *AD* 430 haec me *A* *versus sententiae alienae* 431 omitto *P* 432 quia ... negabas *A* 433 ut *AP:* ut tu *Bothius* 435 a *om. A* 436 cum emissust (-us st *C*) *P:* emissus *A* 437 cape *A:* scape *B*, sape *CD* sexcenti *P; A n. l.* 439 ad]duce[*A*, adluce *B* 442 *leno responderat* mirum quin cupiam. *quae perierunt hausit dittographia versuum 435. 436 huc delata propter par initium versus 433. fortasse Toxilus lenonem monuerat ut vicinos rem celaret, ne ero narrarent postea consentiunt AB,* in manum concredere mirum quin citius *om. CD* 444—478 *deest A* 444 istrac *B* trauorsis '*libri veteres*' *Lambini:* tauorsis 445 eadem: ad est *B* ista haec 446 ortum *B* 449 *scaenae spatium codd.*, TOXILVS D^2 450 summanus 451 firme, *corr. Scaliger* 452 post principio *testatur Donatus in Ter. Hec. 3, 3, 33*

si malus aut nequamst, male res vortunt quas agit,
sin autem frugist, eveniunt frugaliter.
hanc ego rem exorsus sum facete et callide,
igitur proventuram bene confido mihi.
nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo,
ut ipsus sese, qua se expediat, nesciat.
Sagaristio, heus, exi atque educe virginem
et istás tabellas, quas consignavi tibi,
quas tu attulisti mi ab ero meo usque e Persia.

SAGARISTIO IV 2

Numquid moror? Tox. Euge, euge, exornatu's basilice;
tiara ornatum lepida condecorat schema.
tum hanc hospitam autem crepidula ut graphice decet.
sed satin estis meditati? Sag. Tragici et comici
numquam aeque sunt meditati. Tox. Lepide hercle adiuvas.
[age, illúc abscede procul e conspectu et tace.
ubi cum lenone me videbis conloqui]
id erit adeundi tempus. nunc agite ite vos.

DORDALVS IV 3

Quoi homini di própitii sunt, áliquid obiciúnt lucri;
nam égo hodie compendi feci binos panes in dies.
ita ancillá mea quae fuit hodie, sua nunc est: argento vicit;
iám hodie alienum cenabit, nil gustabit de meo.
sumne probus, sum lepidus civis, qui Atticam hodie civitatem
maximam maiorem feci atque auxi civi femina?
sed ut ego hodie fui benignus, ut ego multis credidi,

---

456 prouentura *CD;* bene prouenturam *Bothius, cf. Bacch. 856, ad Mil. 852* 459 sagariscio *B* educ *CD* 460 *in zeugmate offendit Ritschelius* 462 SAGARISTIO (-SCIO *B*) TOXILVS SERVI (SERVI *om. B*) BD^2 basillice *BC* 463 tiara ornatum lepide condecorat tuum *codd.*, theatrum lepida condecorat schema *Priscianus 1, 200 qui testatur* schema *primae declinationis et generis feminini; corr. Lipsius, Vssingius* (*qui scripsit* ornatum ut). schema *apud veteres tantum ablativo casu* 465 *potius virgo loquitur. cf. 673* 467. 468 *redeunt v. 727. 728, ubi et* tace (*cf. 729*) *et totum versum alterum tam apta esse quam hic inepta intellexit Vssingius. versus substituti sunt aliis quibus dixit Toxilus, post epistulam perlectam et rem lenoni expositam adeundi tempus fore* 467 age illuc aspice deprocul inconspectum. s. (s. *om.* BCD^1) tace, *cf. 727* 469 id aderit *CD* nun *CD* agite ite *Camerarius:* age rite *BC*, agite *D* 470 DORDALVS LENO TOXILVS SERVVS C D^2, DORDALVS TOXILVS *B* de *B* 471 binons *B*, non *CD, corr. Camerarius* 476 ut *B:* ut et (*scil.* utei) *CD*

nec satis a quiquam homine accepi: ita prosum credebam omnibus;
nec metuo, quibus credidi hodie, ne quis mi in iure abiurassit:
bonus volo iam ex hoc die esse — quod neque fiet neque fuit.
Tox. Hunc hominem ego hodie in trasennam doctis deducam dolis,
itaque huic insidiae paratae sunt ˏprobe. adgrediar virum.
quid agis? Dor. Credo. Tox. Vnde agis te, Dordale? Dor. Credo tibi.
di dent, quae velis. Tox. Eho, an iám manu emisisti mulierem?
D. Crédo edepol, credo, inquam, tibi. T. Iam liberta auctu's? D. Enicas.
quin tíbi me dico crédere. T. Dic bona fíde: iam liberast? D. Ólim.
i, i ád forum ad praetorem, éxquire, siquidém mihi credere nón vis.
líbera, inquam, est: ecquid audis? Tox. At tibi di bene faciant omnes.
númquam enim písthac tibi nec tuorum quoiquam quod nolis volam.
Dor. Abi, né iura, satis crédo.
Tox. Vbi núnc tua libertást? Dor. Apud te. Tox. Ain, apud mést?
Dor. Aio, inquam, apud te ést, inquam.
Tox. Ita mé di ament, ut ob ístam rem tibi múlta bona instant á me.
nam est rés quaedam, quam occúltabam tibi dícere: nunc eam nárrabo,
unde tú pergrande lucrúm facias: faciam, út mei memineris, dúm vitam
vivás. Dor. Bene dictis tuís bene facta aurés meae auxilium expóscunt.
Tox. Tuom prómeritumst, merito út faciam. et ut mé scias esse ita fácturum,
tabellás tene has, péllege. Dor. Istaé quid ad mé? Tox. Immo ád te attinént et tuá refert.
nam ex Pérsia sunt haec állatae mihi a méo ero. D. Quando? T. Haud dúdum.

---

477 quoquam *CD*, *cf. Bacch. 14* accipi *B* prosum *sic* 479 *accedit A* 480 trasennam *ACD:* trassenam *B* ducam *P* 482 *cf. ad Amph. 719* 483 mullirem *A* 484 *pers. spatia om. A* auctus *A*, auctus es *P* 485—487 *anapaesti* 485. 486 olim *L.:* olẹṭ *antecedente spatio vel littera et incerto num sequantur etiam duae tresve litterae A*, *om. P* 487 ii *P:* i *A* ad pr(a)etorem *P:* ẹ praetore *A; cf. Baierus de Pl. fab. rec. 146* credere mihi *P* 488 inquam [est †] quid *vel* inquam[st ec]quid *A* f̣iciant *A* 489 quoiquam *Lambinus:* quiquam *A, om. P* 489. 490 *coniungit A* 490 *sq. disponit B:* Abi — est | Aio — rem | Tibi — occultabam | Tibi — facias | Faciam — dicis | Tuis — expostulant 491 libertast *A:* libertas *P* 492 istanc *A* 493 ea *Nonius 210* 494 pergra[nd]e *AP:* pergrandem *Nonius testatus genus masculinum* 495 vivas *priori v. adhaeret A* dicis *P* facta *P:* actis *A* expostulant *P; cf. Abrahamus stud. Pl. 194 sq.* 496 ita *om. P* 497 *disponit B:* Tabellas — attinent | Et — domino | Quando — ipsis | Ipsae — recitato | Tace — faciam 497 pellige *P* istae *Bachius in Studemundi stud. 2, 251:* hae *AP* alienent *A* 498 nam ex Persia sunt istaec allatạẹ mihi†ạ ṃẹọ [er]o *A, corr. Bachius,* nam epersia adme allatae modo sunt istae a meo domino *P, cf. Baierus l. s. 77* haut *A*

Dor. Quid istaé narrant? Tox. Percóntare ex ipsís. ipsae tibi nárrabunt.
Dor. Cedo sáne [mihi]. Tox. At clare récitato. Dor. Tace, dúm
pellego. Tox. Hau verbúm faciam.
Dor. Salutem dicit Toxilo Timarchides
et familiae omni. si valetis, gaudeo.
ego valeo recte et rem gero et facio lucrum,
neque istóc redire his octo possum mensibus,
itaque hic est quod me detinet negotium.
Chrysopolim Persae cepere urbem in Arabia,
plenam bonarum rerum atque antiquom oppidum:
ea comportatur praeda, ut fiat auctio
publicitus; ea res me domo expertem facit.
operam atque hospitium ego isti praehiberi volo,
qui tibi tabellas adfert. cura quae is volet,
nam is mihi honores suae domi habuit maxumos.
Dor. Quíd id ad me aut ad meam rem refert, Persae quid rerum gerant
aut quid erus tuos? Tox. Tace, stultiloque; nescis quid te instet boni
neque quam tibi Fortuna faculam lucrifera adlucere volt.
Dor. Quae istaec lucrifera est Fortuna? Tox. Istas, quae norunt, roga.
ego tantumdem scio quantum tu, nisi quod pellegi prior.
sed, ut occepisti, ex tabellis nosce rem. Dor. Bene me mones.
fac silentium. Tox. Nunc ad illud venies quod refert tua.
Dor. Iste quí tabellas adfert adduxit simul
forma expetenda liberalem virginem,
furtivam, abductam ex Arabia penitissuma;
eam te volo accurare ut istic veneat.
ac suo periclo is emat qui eam mercabitur:
mancipio neque promittet neque quisquam dabit.
probum et numeratum argentum ut accipiat face.
haec cura, et hospes cura ut curetur. vale.

---

499 percontarae *A* 500 sane *Muellerus pros. 419:* sane mihi *AP; cf. 772* pellico *P,* pelligo recito *A* haud *P* 504 isto reddere *P* 505 detenet *A* 506 chrysopolin *A,* cleusipolim *P* 507 antiquum *ACD* 508 comparatur *P* 511 offert *A* uelit *A* 512 honores is mihi *Schoellius* 513 meam *P*: eam *A* 514 instet *cf. ad Amph. 17* 515 neque quam *A:* nequiquam *P* l[ucri]feram *A,* lucificam *P, corr. Ritschelius, Vssingius* 516 fortuna lucrifica est *P* 517 perlegi *A* 518 tabelle[s *A* 519 uentes *P* 521 uirginem *A:* mulierem *P* 522 abductam *A:* adductam *CD, Priscianus 1, 99,* aduectam *B* 523 curare *A; cf. Mil. 165* ueniat *A* 524 periculo *A* eam *om. A* 525 promittis *A,* promittes *non recte Geppertus*

Tox. Quid igitur? postquam recitasti quod erat cerae creditum,
iam mihi credis? Dor. Vbi nunc illest hospes, qui hasce huc attulit?
Tox. Iam hic credo aderit: arcessivit illam a navi. Dor. Nil mi opust
litibus neque tricis. quam ob rem ego argentum enumerem foras?
nisi mancipio accipio, quid eo mi opus est mercimonio?
Tox. Tacen an non taces? numquam ego te tam esse matulam credidi.
quid metuis? Dor. Metuo hercle vero. sensi ego iam compluriens,
neque mi haud imperito eveniet, tali ut in luto haeream.
Tox. Nil pericli mihi videtur. Dor. Scio istuc, sed metuo mihi.
Tox. Mea quidem istuc nil refert: tua ego hoc facio gratia,
ut tibi recte conciliandi primo facerem copiam.
Dor. Gratiam habeo. sed te de aliis, quam alios de te suaviust
fieri doctos. Tox. Ne quis vero ex Arabia penitissuma
persequatur. etiam tu illam destinas? Dor. Videam modo
mercimonium. Tox. Aequa dicis. séd optume eccum ipse advenit
hospes ille, qui has tabellas attulit. Dor. Hicinest? Tox. Hic est.
Dor. Haecine illást furtiva virgo? Tox. Iuxta tecum aeque scio,
nisi quia specie quidem edepol liberalist, quisquis est.
Dor. Sat edepol concinnast facie. Tox. Vt contemptim carnufex.
taciti contemplemur formam. Dor. Laudo consilium tuom.

SAGARISTIO IV 4

Satin Athenae tibi sunt visae fortunatae atque opiparae?

VIRGO

Vrbis speciem vidi, hominum móres perspexi parum.
Tox. Numquid in principió cessavit verbum docte dicere?

---

529 huc *om. P* 530 accersiuit *AD* opus est *P, A n. l.* 531 tr[icis] *A:* trichis (trohis *D*) *P* e]gọ *ACD: om. B* ẹnuṃẹrem *A:* numerum *P* 532 est *om. P* 534 *rem eloqui leno non vult, sed satis indicat quid metuat. cf. Vssingius* iam *om. Gellius 5, 21, 16* 535 ludo *P* 536 mihi *om. P* set *A* 537 quidem ⟨hercle⟩ *Muellerus* hoc facio *A:* refero *P* *fort. sic fere:* mea quidem nil refert, tua ego hóc faciebam gratia, *nam* istuc *non recte habet* 539. 540 alios de te *P:* ḍẹ te alios *A* 541 barbaria *P* 543 adnenit *A:* adunt *B,* addunt *CD* 544 hiccinest (-e est *CD*) *P* 546 qui aspecie quidem *B:* qui aspexi equidem *CD; A n. l.* est *A:* es *P* 547 concinnas *P, corr. Camerarius; A n. l.* 548 con[temple]mur *AP,* contemplemus *Langenus, cf. ad Most. 831* 549 SAGIṚỊSTIO TOXILV— L — *A,* SAGARISTIO TOXILVS DORDALVS LENO SERVI · II · VIRGO *D*[2] 549 s[un]t *A: om. P* 550 speciem (spedem *D*) *P* *inter* ho]minum *et* [mores p]ẹṛṣ[pexi] *spatium fere sex litteris suffecit A;* hominum ⟨autem⟩ *Schoellius* prospexi *P* *ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω* 551 gessauit *A*

DOR. Hau potui etiam in primo verbo perspiceré sapientiam.
SAG. Quid id quod vidisti? ut munitum muro tibi visum oppidumst?
VIR. Si incolae bene sunt morati, pulchre munitum arbitror.
perfidia et pecúlatus ex urbe et avaritia si exulant,
quarta invidia, quinta ambitio, sexta óbtrectatio,
septimum periurium, TOX. Euge. VIR. Octava indiligentia,
nona iniuria, decimum, quod pessimum adgressust, scelus:
haec unde aberunt, ea urbs moenita muro sat erit simplici;
ubi ea aderúnt, centumplex murus rebus servandis parumst.
TOX. Quid ais tu? DOR. Quid vis? TOX. Tu in illis es decem sodalibus:
té in exilium ire hinc oportet. DOR. Quid iam? TOX. Quia periurus es.
D. Verba quidem haud indocte fecit. T. Ex tuo, inquam, usust: eme hanc.
D. Edepol qui cum hanc magis contemplo, magis placet. T. Si hanc emeris,
di immortales, nullus leno te alter érit opulentior.
evortes tuo arbitratu hómines fundis, familiis;
cum optimis viris rem habebis, gratiam cupient tuam:
venient ad te comissatum. DOR. At ego intro mitti votuero.
TOX. At enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores:
proin tu tibi iubeás concludi aédis foribus ferreis,
ferreas aedis commutes, limina indas ferrea,
ferream seram atque anellum; ne sis ferro parseris:
ferreas tute tibi impingi iubeas crassas compedis.
DOR. I sis in malum cruciatum. TOX. I sane tu, [hanc eme atque] ausculta mihi.

552 haut *B*, haud *CD* perspicere *B*: perficere *CD; A n. l.* 553 uis[um op]pidumst *A*: uisumst oppidum (opidum *B*) *P* 554 pulchre monitum *P*, [id p]u[lch]re munitum *A* 555 peculatus *cf. ad Epid. 520* exsulant *A* 556 ambitio (-cio *B*) *P*: arbitrio *A* *hiatus probabilis medela non facile inveniatur* 557 *tantum periurio cur applaudat apparet* eugae *A* 558 adgressust *A*: adgressu *P* 559. 560 *duorum versuum loco hunc unum habet P*: haec unde aberunt centuplex murus rebus seruandis parum sit 560 aberunt *A* murum *A* 562 ire hinc *P*: h— *A, i. e.* hinc ire (*Schoellius*) *post hunc v. alium intercidisse Ritschelius statuit; sed ipse v. 562 parum facetus est et fortasse alii substitutus* 563 haut *B; A n. l.* uisust eme *C*, ussu te me *B; A n. l.* 564 contempl[or] *A* 565 di immortal— *A; cf. ad Amph. 442* 567 c]u[pient *ACD*: concipient *B* 568 comisatum *B; A n. l.; cf. ad Most. 989* uoluero *A, om. P, recte Camerarius* 570 proinde *P* aedes *CD; A n. l.* 571 aedis *A*: aedes *P* 572 anulum *AP, corr. Bothius* 573 tulte *A* conpedis crassas *A* 574 sis *om. P, quod post v. 572 minime abiciendum est* [tu] *A, Ritschelius: om. P* ausculta *L.*: h[an]c eme ausculta *A*, hanc eme atque ausculta *P* ausculta *sensus ambigui, item verborum distinctio*

DOR. Modo uti sciam, quanti indicet. TOX. Vin huc vocem? DOR. Ego illo accessero.
TOX. Quid agis, hospes? SAG. Venio, adduco hanc ad te, ut dudum dixeram.
nám heri in portum noctu navis venit. veniri hanc volo,
si potest; si non potest, iri hinc volo quantum potest.
DOR. Salvos sis, adulescens. SAG. Siquidem hanc vendidero pretio suo.
TOX. At qui aut hoc emptore vendes pulchre, aut alio non potis.
S. Esne tu huic amicus? T. Tam quam di omnes qui caelum colunt.
DOR. Tum tu mi es inimicus certus. nam generi lenonio
numquam ullus deus tám benignus fuit, qui fuerit propitius.
SAG. Hoc age. opusnest hac tibi empta? DOR. Si tibi venissest opus,
mihi quoque emptast; si tibi subiti nihil est, tantumdemst mihi.
SAG. Indica, fac pretium. DOR. Tua mers est, tua iudicatiost.
TOX. Aequom hic orat. SAG. Vin bene emere? DOR. Vin tu pulchre vendere?
TOX. Ego scio hercle utrumque velle. DOR. Age, indica prognariter.
S. Prius dico: hanc mancupio nemo tibi dabit. iam scis? D. Scio.
indica, minimo daturus qui sis, qui duci queat.
TOX. Tace, tace. nimis tú quidem hercle homo stultus es pueriliter.
DOR. Quid ita? TOX. Quia enim te ex puella prius percontari volo
quae ad rem referúnt. DOR. Atque hercle tu me monuisti hau male.
vide sis, ego ille doctus leno paene in foveam decidi,
ni hic adesses. quantum est adhibere hominem amicum, ubi quid geras.
TOX. Quo genere aut qua in patria nata sit aut quibus parentibus,
ne temere hanc te emisse dicas suasu atque impulsu meo,
volo te percontari. DOR. Quin laudo, inquam, consilium tuom.

---

575 ut *AD* 576 agis *A*, *B ante corr.:* ais *CD*, *B ex corr.* ad ṭe *A: om. P* 577 *post* uenit *talia intercidisse suspicor:* hodie uesperi proficiscetur rursus, igitur propere ueniri *P:* ue . . . . *A* 578 iri *A:* ire *P* adolescens *P* 580 potis *aut* potist *A*, potes *P* 581 estne *AP* 584 hac *A:* haec *P* ueniuisse opust *Fleckeisenus* 585 subiti *om. A* 586 † fac *vel* i fac *A* 587 aequm h. o. *A:* aequo mihi corat (curat *CD*) *P* uin tu *A:* uine tu *B*, uinctu *CD* 588 belle *A*, *Nonius 150* prognariter *testantur Nonius 150. 155, gloss. Plaut.* 591 hercule *B* (*item 593. 628. 629*), *om. A* est *AP*, *corr.* *ς* 592 ex puella te *A* 593 reperạnt *A* atque *A:* et qui *P* haud *P* 594 ego ille doctus *P:* [ṇẹ] ịlḷẹ [ḍ]ọrtus *A* leno *P:* leno et *A* 595 hominem amicum adhibere *A* gerat *A* 597 suasu atque impulsu meo *P*, *cf. Trin. 10. 167. 1140 Cas. 775, Ter. Hec. 242. 687:* me inpulsore aut inlice *A*, *cf. Most. 916 Trin. 1161, Ter. Ad. 560; cf. Niemeyerus de Plauti fab. rec. dupl. 1* 598 *om. P*

T. Nisi molestum est, percontari hanc paucis hic volt. S. Maxime,
suo arbitratu. Tox. Quid stas? adi sis tute atque ipse itidem roga,
ut tibi percontari liceat quae velis; etsi mihi
dixit dare potestatem eius; sed ego te malo tamen,
eumpse adire, ut ne contemnat te ille. Dor. Satis recte mones.
hospes, volo ego hanc percontari. Sag. A terra ad caelum, quid lubet.
Dor. Iube dum eam hoc accedat ad me. Sag. I sane ac morem illi gere.
percontare, exquire quid vis. Tox. Age, age nunc tu, in proelium
vide ut ingrediare auspicato. Vir. Liquidumst auspicium, tace.
curabo ut praedati pulchre ad castra convertamini.
Tox. Concede istuc, ego illam adducam. Dor. Age, ut rem esse in nostram putas.
T. Ehodum huc, virgo. vide sis quid agas. V. Taceas, curabo ut voles.
Tox. Sequere me. adduco hanc, si quid vis ex hac percontarier.
D. Enim volo te adesse. T. Hau possum quin huic operam dem hospiti,
quoi erus iussit. quid si hic non volt mé adesse una? Sag. Immo i modo.
Tox. Do tibi ego operam. Dor. Tibi ibidem das, ubi tu tuom amicum adiuvas.
Tox. Exquire. heus tu, advigila. Vir. Satis est dictum: quamquam ego serva sum,
scio ego officium meum, ut quae rogiter vera, ut accepi, eloquar.
Tox. Virgo, hic homo probus est. Vir. Credo. Tox. Non diu apud hunc servies.
Vir. Ita pol spero, si parentes facient officium suom.
Dor. Nolo ego te mirari, si nos ex te percontabimur
aut patriam tuam aut parentes. Vir. Quor ego id mirer, mi homo?
servitus mea mi interdixit, ne quid mirer meum malum.
Dor. Noli flere. Tox. Ah, di istam perdant, ita catast et callida.
ut sapiens habet cór, quam dicit quod opust! Dor. Quid nomen tibist?

---

600 a[ḍi] sis *A, Spengelius:* abi *B*, habi *CD* 601 percuntari *A* 603 eumse *A*, eum ipse *P*, *corr. Ritschelius* contempnat *P* 604 percontirị *A* 605 ea *AP*, *corr. Redslobius* huc *P* 606 in proelium *A:* inproe *B*, impera *CD;* in proelium, imperor '*nostri libri*' *Lambinus* 608 *om. P* 609 istuc *A:* sis iam (si suam *ante corr. B*) *P* in *P:* i *A* putras *A* 610 *om. P* 612 haud *P*, hu *A* h[ui]c *AB:* huc *CD* 613 una adesse *A* 614 ego tibi *P* 615 † heus *A* [est] *ACD:* ego *B* 616 rogit[ẹṛ] *A, Gruterus:* rogitet *P* 617 probus est hic homo *Bothius* 619 mi]rari *A:* minari *P* 620 qur *A*, cur *P* id *P:* hic *A* homo mi *A* 622 noli flere † ah ḍị istam *A, item sed ut* ah *virgini detur Lambinus auctore non indicato:* dii (di *CD*) istam *P* 623 ut sapiens *om. P* quid *P:* quod *A*

Tox. Nunc metuo ne peccet. Vir. Lucridi nomen in patria fuit.
Tox. Nomen atque omen quantivis iam est preti. quin tu hanc emis?
nimis pavebam, ne peccaret. expedivit. Dor. Si te emam,
mihi quoque Lucridem confido fore te. Tox. Tu si hanc emeris,
numquam hercle hunc mensem vortentem, credo, servibit tibi.
Dor. Ita velim quidem hercle. Tox. Optata ut evenant, operam addito.
nihil adhuc peccavit etiam. Dor. Vbi tu nata es? Vir. Vt mihi
mater dixit, in culina, in angulo ad laevam manum.
Tox. Haec erit tibi fausta meretrix: natast in calido loco,
ubi rerum omnium bonarum copiast saepissume.
tactust leno; qui rogaret, ubi nata esset diceret,
lepide lusit. Dor. At ego patriam te rogo quae sit tua.
Vir. Quae mihi sít, nisi haec ubi nunc sum? Dor. At ego illam
quaero quae fuit.
Vir. Omne ego pro nihilo esse duco quod fuit, quando fuit:
tamquam hominem, quando animam ecflavit, quid eum quaeras qui fuit?
Tox. Ita me di bene ament, sapienter. atque equidem miseret tamen.
sed tamen, virgo, quae patriast tua, age mi actutum expedi.
quid taces? Vir. Dico equidem: quando hic servio, haec patriast mea.
Tox. Iam de istoc rogare omitte (non vides nolle eloqui?)
ne suarúm se miseriarum in memoriam inducas. Dor. Quid est?
captusne est pater? Vir. Non captus, sed quod habuit perdidit.
Tox. Haec erit bono genere nata: nil scit nisi verum loqui.
Dor. Quis fuit? dic nomen. Vir. Quid illum miserum memorem qui fuit?
nunc et illúm miserum et me miseram aéquom est nominarier.

---

624 nunc *A:* nonte *P* lucridei *A* paria *A ante corr.* 625 iam *Ritschelius:* ṭam *A, om. P* 627 fore te *P:* foṛte *A* 629 optata ut eueniant *Lambini libri* (*partim* optata, *omnes* eueniant): ut opṭaṭa eueniant (*nullo pers. spatio ante* ut) *A*, opta ut conueniant *P; cf. ad Bacch. 144* 632 ca]lido *A, B ante corr.:* callido *B ex corr., CD* 633 saepissum — *A*, sepisse *B;* saepissumạ *ex A Schoellius, ut Catonem nepotem locutum esse tradit Priscianus 1, 90* (*cf. 2, 80*) 634 tactus est leno *P*, tactus lenost *A* rogạṛịt *A*; *modus assimilatus sequentibus verbis* (*pro* rogauit) 635 iussit *B* te rogo *P:* qu[ae]so *A* (quaero ex te *vel* quaeso dic *Schoellius; cf. 636*) 636 illạṃ *ACD:* illa *B* qui *A, cf. 638* 637 ducto *P* 638 ecflauit *A:* etflauit *P* 639 equidem *P:* eo *A* 641 quando h[ic] *A:* patriam quandoquidem hic *P* haec *A:* hac *B ante corr.*, has *B ex corr., CD* 642—656 *pauca in versuum initiis servata A* 642 de: d— *A; de re rogare aliud est quam rem rogare* (*cf. Abrahamus stud. Pl. 233*) loqui, *corr. Camerarius* *sententiam distinxit Schoellius* 644 perdidit *Bothius:* id perdidit

DOR. Quoius modi is ⟨suo⟩ in populo habitust? VIR. Nemo quisquam acceptior:
servi liberique amabant. TOX. Hominem miserum praedicas,
quom ét ipsus prorsus perditust et benevolentis perdidit.
DOR. Emam, opinor. TOX. Etiam opinor? summo genere esse arbitror;
divitias tu ex istac facies. DOR. Ita di faxint. TOX. Eme modo.
VIR. Iam hoc tibi dico: [iam] actutum ecastor meus pater, ubi me sciet
veniisse, ipse aderit et me abs te redimet. T. Quid nunc? D. Quid est?
TOX. Audin quid ait? VIR. Nam ètsi res sunt fractae, amici sunt tamen.
DOR. Ne sis plora; libera eris actutum, si crebro cades.
vin mea esse? VIR. Dum quidem ne nimis diu tua sim, volo.
TOX. Satin ut meminit libertatis? dabit haec tibi grandis bolos.
age si quid agis. ego ad hunc redeo. sequere. redduco hanc tibi.
DOR. Adulescens, vin vendere istanc? SAG. Magis libet quam perdere.
DOR. Tum tu pauca in verba confer: qui datur, tanti indica.
SAG. Faciam ita ut te velle video, út emas. habe centum minis.
DOR. Nimiumst. SAG. Octoginta. DOR. Nimiumst. SAG. Nummus abesse hinc non potest,
quod nunc dicam. DOR. Quid id est ergo? eloquere actutum atque indica.
SAG. Tuo periclo sexaginta haec dabitur argenti minis.
DOR. Toxilé, quid ago? TOX. Di deaeque te agitant irati, scelus,
qui hanc non properes destinare. D. Habeto. T. Eu, praedatu's probe.
non edepol minis trecentis carast. fecisti lucri.
SAG. Heus tu, etiam pro vestimentis huc decem accedent minae.

---

648 quius *A*, quo uis *CD*, quo lus *B* ⟨suo⟩ *Vssingius memorat* 650 quṃ [ẹṭ i]psụs *A*, *Ritschelius:* cum ipsus *P* prosum *Muellerus pros. 208:* prope *P; A n. l.* perditus est 651 etiamne *Muellerus* (*A n. l.*) sommo *B* esse arbitror *CD:* opinor *B* 652 ist ac facies *B:* ist acfacies acfacies *CD* 653 [iam] *Guietus* (*A n. l.*) 654 uenịsṣẹ [ịp]sẹ ạde— *A*, uenisse huc aderit hic *P; cf. Engelbrechtus stud. Vindob. 1884, 238 sq.; ad 584, Pseud. 1090* abs te *Bothius:* absentem *P; A n. l.* 657 nenimis *CD:* neminis *B*, [ṇịmị]s *A* 659—670 *paucissima in extremis versibus servata A* 659 redduco *C:* reduco *BD* 660 adolescens 661 quid, *corr. Scioppius* 662 uellem *CD* uideam, *corr. Acidalius* centum *Valla:* —tum *A*, trecentum *CD*, trecentis *B*, *cf. 668* minas *CD* 663 nu[mm]us [abess]e *AP* (nummos *B*), *cf. ad 353* 665 datur, *corr. Bentleius* 666 scelus *Pylades:* et scelus (*ex* iratei) 666—669: *in A versum 666 (? exiit fort. in* scelus) *secuntur duo vel potịus unus bipartitus, qui legi nequit; deinde 667* —pr]ọbe, *669* —ṃịnae, *omisso 668* 667 hac habebo *CD* pr]ọbe *A:* probe abi argentum effer (et fer *CD*) huc *P; verba excurrentia hic locum non habent* (*cf. 671 sq.*) *nec probabile est ea versus amissi partem esse; substituta videntur illis* eu praedatu's probe *ad scaenae finem coartandum* 669 huc *om. B* accedant *B* (*A n. l.*)

DOR. Abscedent enim, nón accedent. TOX. Tace sis, non tu illum vides
quaerere ansam, infectum ut faciat? abin atque argentum petis?
* * atque ut dignust perit. 671a
DOR. Heus tu serva istum. TOX. Quin tu is intro? DOR. Abeo atque argentum affero. —

TOX. Edepol dedisti, virgo, operam adlaudabilem, IV 5
probam et sapientem et sobriam. VIR. Si quid bonis
boni fit, esse id et grave et gratum solet.
TOX. Audin tu, Persa? ubi argentum ab hoc acceperis,
simulato, quasi eas prorsum in navem. SAG. Ne doce.
TOX. Per angiportum rursum te ad me recipito
illac per hortum. SAG. Quod futurum est praedicas.
TOX. At ne cum argento protinam permittas domum,
moneo, te. SAG. Quod te dignumst, me dignum esse vis?
TOX. Tace, párce voci: praeda progreditur foras.

DORDALVS IV 6

Probae hic argenti sunt sexaginta minae,
duobus nummis minus est. SAG. Quid ei nummi sciunt?
DOR. Cruminam hanc emere aut facere uti remigret domum.
SAG. Ne non sat esses leno, id metuebas miser,
impure, avare, ne crumillam amitteres?
TOX. Sine quaeso. quando lenost, nil mirum facit.
DOR. Lucro faciundo ego auspicavi in hunc diem:
nil mihi tam parvist, quin me id pigeat perdere.
age, accipe hoc sis. SAG. Hunc in collum, nisi piget,
impone. DOR. Vero fiat. SAG. Numquid ceterum
me voltis? TOX. Quid tam properas? SAG. Ita negotiumst:
mandatae quae sunt, volo deferre epistulas;

---

671 quere *CD* abisne 671a *om. P; servatorum verborum sententia aptiorem post v. 672 locum habet* —u̥ . . . . t atque *cf. Schoellius praef. p. 20* 672 is intro *P:* in̥— *A* (intro is *Bothius*) 673 TOXILVS SAGARISTIO serui II. PERSA VIRGO *D²; spat. BC,* —OX[IL]VS *A* ad]laudabilem *AB*, laudabilem *CD; cf. Mil. 1144* 675 i]d *A:* idem *P* 676 [ab hoc ar]gentum *A, Guietus* 677 pro[rsu]m̥ *ACD:* prorsus *B* 679 illa *P* qu[od] *A:* quo *P* [fut]u[ru]n̥ *A* 680 per]m̥ittas *AP, cf. Vssingius* 682 uoci *A:* uoce *P; cf. ad Mil. 1220* 683 TOXILVS SERVVS DORDALVS LENO SATVRIO PARASITVS VIRGO *D²*, *spat. ABC* probae *A:* probat *P* 684 *vel* minust 685 ut *AP* 686 satis *A* 687 cruminam *P* 689 faciendo *A, Nonius 468* 691. 692 age accipe (—i *B*) hoc sis nunquid ceterum | hunc incollum nisi piget impone uero fiat *P* 692 impone uero *Brixius Fleckeiseni ann. 123, 50; sed neutro loco aptum* uero 694—708, *certe 694—699 hic legi miramur,*

geminum autem fratrem servire audivi hic meum,
eum ego ut requiram átque uti redimam volo.
Tox. Atque edepol tu me commonuisti haú male.
videor vidisse hic forma persimilem tui,
eadém statura. Sag. Quippe qui frater siet.
Dor. Quid est tibi nomen? Tox. * quod ad te attinet.
Dor. Quid attinet non scire? Sag. Ausculta ergo, ut scias:
Vaniloquidorus Virginesvendonides
Nugiepiloquides Argentumexterebronides
[Tedigniloquides Nugides Palponides]
Quodsemelarripides Numquameripides. em tibi.
Dor. Eu hercle, nomen multimodis scriptumst tuom.
Sag. Ita sunt Persarum mores, longa nomina,
contortiplicata habemus. numquid ceterum
voltis? Dor. Vale. Sag. Et vos, nam animus iam in navist meus.
Tox. Cras ires potius, hodie hic cenares. Sag. Vale. —
Tox. Postquam illic ⟨hinc⟩ abiit, dicere hic quidvis licet. IV 7
ne hic tibi dies inluxit lucrificabilis.
nam non emisti hanc, verum fecisti lucri.
Dor. Ille quidem iam scit, quid negoti gesserit,

---

cf. 677 et 709. fortasse amplioris scaenae reliquiae sunt, cum hanc fabulae partem (673—752) coartatam habeamus. cf. 830 et ad v. 667 (Goetzius act. Lips. 6, 300) 695 *cf. ad Asin. 68sq.* 696 eum *A:* tum *P* [uti] *fort. A:* ut *P* 'uolo *avium*' *Taubmannus* (*cf. 199*). *immo constructionis exemplum notabile pro* eum ego me requirere atque redimere uolo, *cf. Asin. 846. 897* ut redimam ⟨adniti⟩ uolo *Schoellius, alii similiter* 697 *cf. 593* me ⟨nunc⟩ *Hermannus* [hau] *A:* haud *P* 700 quod est tibi nomen . . . s . . . quod ad te attinet *A* (quid *Brixius*), *versum om. P;* sed scire uelimus quod tibi nomen siet '*ex auctoritate unius veteris codicis*' *Lambinus* (*item Scaliger*) *versus cum antecedente sermone non satis coniunctus est* quaeso quid id ad te attinet *Goetzius; fort.* sciscita quod ad te attinet 702 uirginisuendenides *A,* uirginis uendonident (uendo uident *CD*) *P, corr. Pylades* 703 nugiepiloquides *A:* nugipiloquides *P* ar[ge]ntumextenebronides *AP, cf. ad Epid. 476* 704 nugides | palponides *A:* nundes (num des *CD*) expalponides *P i. e. idem quod A, quamvis eleganter Ritschelius coniecerit* Nummosexpalponides. *versum interpolatum esse repetita* —loquides *et* nugi— *ostendunt. nomina sententiae tenorem habent: qui vana loquitur, virgines vendit, nugas insuper addit, argentum elicit, quod arripuit tenet. cf. 715sq.* 705 quod semel larripides *P* numquameripides *A:* numquam eripi *P* em tibi *A: om. P* 706 multis modis scriptumst *P,* multimo[di] s[cri]ptum *A* 709 et *P:* set *A* iam in naui est (nauis st *CD*) meus *P:* in naui est mihi *A; cf. Pseud. 34* 711 TOXILVS S DORDALVS L SATVRIO P VIRGO *D*[2], *spat. BC, om. A* ⟨hinc⟩ *Kiesslingius* 712 lucrificabis *A*

qui mihi furtivam meo periclo vendidit,
argentum accepit, abiit. quí ego nunc scio,
an iam adseratur haec manu? quo illum sequar?
in Persas? nugas. Tox. Credidi gratum fore
beneficium meum apud te. Dor. Immo equidem gratiam
tibi, Toxile, habeo; nam te sensi sedulo
mihi dare bonam operam. Tox. Tibine ego? immo sedulo.
Dor. Attat, oblitus sum intus dudum edicere
quae volui edicta. adserva hanc. — Tox. Salvast haec quidem.
Vir. Pater nunc cessat. Tox. Quid si admoneam? Vir. Tempus est.
Tox. Heus, Saturio, exi. nunc est illa occasio
inimicum ulcisci.

SATVRIO

Ecce me. numquid moror?
Tox. Age, illúc abscede procul e conspectu, tace;
ubi cum lenone me videbis conloqui,
tum turbam facito. Sag. Dictum sapienti sat est.
Tox. Tunc, quando abiero — Sag. Quin taces? scio quid velis.

DORDALVS IV 8

Transcidi loris omnis adveniens domi,
ita mihi supellex squalet atque aedes meae.
Tox. Redis tu tandem? Dor. Redeo. Tox. Ne ego hodie tibi
bona multa feci. Dor. Fateor, habeo gratiam.
Tox. Num quippiam aliud me vis? Dor. Vt bene sit tibi.
Tox. Pol istúc quidem omen iám ego usurpabo domi,
nam iam inclinabo me cum liberta tua.

SATVRIO IV 9

Nisi ego illum hominem perdo, perii. atque optume
eccum ipsum ante aedes. Vir. Salve multum, mi pater.

---

715 periculo *A* 720 te sensissedulo *B*, sensisse te dulo *CD* 721 tibin *P* sedulo *A*: serui *P* tibine ego *quasi negans inconsulto protulit, insequitur* immo sedulo 722 dicere *A* 723—730 *cf. Wilamowitzius ind. lect. Gott. 1893/94, 21* *ante* 726 *versus vacuus novam scaenam indicat A* 727. 728 *cf. 467. 468* 727 ⟨et⟩ tace *Acidalius* (*potius* ac, *Seyffertus ap. Schoellium p. 160*) 730 *om. P, versus suspectus* *ante* quin *om. pers. spat.* 731 DORDALVS *A*, DORDALVS ·L· TOXILVS · S · VIRGO D^2, *spat.* BCD^1 transidi *P* omnẹs *A* 734 bona multa effeci *A*, bona multa feci *'libri veteres' Lambini*, bonam uitam feci *P*; *cf. Cas. 841* habẹḅo *A* 736 omne iam *CD*, omniam *B* 737 *verbum ambigue ductum a* *κλίνη*. *cf. 765* 738 SATVRIO P DORDALVS L VIRGO D^2, *spat.* BCD^1, *om. A* illunc *Camerarius* 739 mihi *A*

SAT. Salve, mea gnata. DOR. Ei, Persa me pessum dedit.
VIR. Pater hic meus est. DOR. Hem, quid? pater? perii oppido.
quid ego igitur cesso infelix lamentarier
minas sexaginta? SAT. Ego pol te faciam, scelus,
te quoque etiam ipsum ut lamenteris. DOR. Occidi.
SAT. Age ambula in ius, leno. DOR. Quid me in ius vocas?
SAT. Illi apud praetorem dicam. sed ego in ius voco.
DOR. Nonne antestaris? SAT. Tuan ego causa, carnufex,
cuiquam mortali libero auris atteram,
qui hic commercaris civis homines liberos?
DOR. Sine dicam. SAT. Nolo. DOR. Aúdi. SAT. Surdus sum. ambula.
sequere hac, sceleste, feles virginaria.
sequere hac, mea gnata, me usque ad praetorem. — VIR. Sequor. —

TOXILVS V 1

Hostíbus victis, civíbus salvis, re plácida, pacibus pérfectis,
bello éxstincto, re béne gestá, integró exércitu et praésidiis,
cum béne nos, Iuppiter, iúvisti, dique álii omnes caelípotentes,
eas vóbis habeo grátes atque ago, quía probe sum últus meum ínimicum.
nunc ób eam rem inter párticipes didám praedam et partícipabo.
íte foras: híc volo ante óstium et iánuam
meos párticipes bene accípere. 758^a
státuite hic léctulos, pónite hic quae ádsolent.
hic státui volo primum + aliqua mihi, 759^a
unde égo omnis hilaros, lúdentis, laetíficantis faciam út fiant,
quorum ópera mihi facilía factu facta haéc sunt, quae volui éffieri.

---

740 ei *A:* et *P* pessum *AP; cf. Truc. 36, corp. gloss. lat. 4, 271, 32* persum (*Schoellius*) *in* 741 *deficit A* 746 illic *cf. Rud. 866. talia desiderari videntur:* D. sed ego ⟨non sequar. S. rapiere obtorto collo. D. perii.⟩ S. in ius uoco 748 at terram *B* 749 cuus *B* 751 scelesta, *corr. Lambinus* 753 TOXILVS SAGARISTIO SERVI · II · MERETRIX D^2, *spat.* BCD^1 S. *praem.* D^2 placida *CD:* placidis a (is *eras.*) *B; fort.* rebus placidis, pacibus factis. *cf. Langenus symb. 106* 755 iupiter *B* uiuisti *CD* omnis *B* 756 grates habeo *B* 757 diuidam 758—759^a *binos versiculos coniungit B* 758 *cf. ad Poen. 1235* hostium 759 sternite *Fridericus Knatz quomodo Persei fab. artif. gr. et rom. tractaverint, th. IV, cf. v. sq.* statui *et Men. 353 Stich. 357. 678, ubi tamen intus fiunt* 759^a primum aquila mihi *CD*, pri mihi aliqua mihi *B ante corr.*, primum aliquam B^1 *ex corr.; item sequenti versui adhaeret* aliqua mihi (l *ex* c *vel* q) *B; aquilae statuendae nullus locus pace facta. mulsum indicari oportet* (*post hunc v. tale quid* plenam mulsi hirneam *suppl. Schoellius*) 761 haec mihi facilia factu facta sunt, *corr. Muellerus*

nam impróbus est homo qui béneficium scit áccipere et reddére nescit.

LEMNISELENIS

Toxíle mi, cur ego síne te sum, cur tu aútem sine me es? T. Ágedum ergo,
accéde ad me atque ampléctere sis. Lemn. Ego véro. Tox. Oh, nihil hoc mágis dulcest.
sed, amábo, oculus meus, quín lectis nos áctutum comméndamus?
Lemn. Omnía quae tu vis, éa cupio. Tox. Mutúa fiunt a me. áge, age ergo,
tu Ságaristio, accumbe ín summo.

SAGARISTIO

Ego níl moror: cedo parem, quém pepigi.
Tox. Temperí. Sag. Mi istuc temperí serost. Tox. Hoc age, accúmbe. hunc diém suavem
meum nátalem agitemús amoenum. date aquám manibus, apponíte mensam.
do hanc tíbi florentem flórenti. tu hic éris dictatrix nóbis.
Lemn. Age, púere, ab summo séptenis cyathís committe hos lúdos.
Tox. Move mánus, propera, Paegniúm, tarde cyathós mihi das, cedo sáne.
bene míhi, bene vobis, béne meae amicae, optátus bic míhi dies dátus hodiést
ab dís, quia te licet líberam med amplécti. Lemn. Tua factum ópera.
Tox. Bene omníbus nobis. hoc méa manus tuaé poclúm donat, ut amántem
amantí decet. Lemn. Cédo. Tox. Accípe. Tox. Bene eí qui invidét mi et eí qui hoc gaúdet.

DORDALVS V 2

Qui súnt + qui erunt quiqué fuerunt quiqué futuri sunt póstbac,

---

762 accipere *B:* sumere *CD* 763 autem tu *CD* (tu *sup. scr. D²*) agidum *B* 764 adme *CD:* mea adme *B* amplectere sis *CD:* amplecteris *B* L.: T. *D²* T. *Ritschelius: spat.* hoc *om. B* 765 lectis *Camerarius:* inlectis 766 L. *Weisius: om.* age age age 767 moror *om. CD* 768 T. hoc ς: hoc *B, om. CD* age, ⟨age⟩ *Muellerus* suaue *B* 769 amoenum num *B* ponite *Guietus, cf. 354 Asin. 829 Most. 308* 770—777 *disp.:* Do — puere | A — propera | Paegn. — amice | Optatus — amplecti | Tua — donat | Vt — gaudet 770 florente *B* dixtatrix *B* 771 L. *Vssingius: spat.* a ciathis *BC* 772 T. *om.* moue manus *B:* moueamus *CD* paenignium *B, item 818* cia zas *B et fort. D ante corr.*, ciatas *CD* 773 meae ς: me 774 me 775 hoc (hi) *B:* heę *CD* mea *Camerarius:* meae poculum donant *CD* 776 τῷ φθονοῦντι καὶ ἐπιχαίροντι *cf. ad Poen. 832* 777 DORDALVS LE EDĒ (*i. e.* eidem) TOXILVS SAGARISTIO SERVI *D²*, *spat. BCD¹* *cf. Bacch. 1087 Amph. 553 Mil. 776 Vid. 82 solito ordine praesentis perfecti futuri* (*cf. Catull. 49, Cic. ad Quir. 16, ad fam. 11, 21, 1, Xen. conv.*

solus ego omnibus antideo facilé, miserrimus hominum út vivam.
perii, ínterii. pessímus hic mi dies hódie inluxit córruptor,
ita mé Toxilus perfábricavit itaqué meam rem divéxavit.
vehiclum árgenti miser éieci [amisi], neque quam ób rem eieci, hábeo.
qui illúm Persam atque omnís Persas atque étiam omnis persónas
male di ómnes perdant, íta misero Toxílus haec mihi concívit.
quia eí fidem non habui árgenti, eo míhi eas machinas mólitust:
quem pól ego ut non in crúciatum atque in cómpedis cogam, sí vivam,
siquidem húc umquam erus rediérit eius, quod spéro — sed quid ego áspicio?
hoc víde, quae haec fabulast? híc quidem pol potánt. adgrediar. ó bone vir,
salvéto, et tu, bona líberta. Tox. Dordálus hic quidemst. Sag. Quin iúbe adire.
Tox. Adi, sí libet. Sag. Agite, adplaúdamus. Tox. Dordále, homo lepidissúme, salve.
locus híc tuos est, hic accumbe. férte aquam pédibus. praeben tú puere?
Dor. Ne sís me uno digito áttigeris, ne te ád terram, scelus, ádfligam.
Paeg. At tíbi ego hoc continuó cyatho oculum éxcutiam + tuum.
Dor. Quid aís, crux, stimulorúm tritor? quo módo me hodie versávisti,
ut me ín tricas coniécisti, quo módo de Persa mánus mi aditast?
Tox. Iurgium hínc auféras, si sápias.
Dor. At, bóna liberta, haec scívisti et me célavisti? Lemn. Stúltitiast,
cui béne esse licet, eum praévorti litíbus. posterius ístaec te

---

2, 10, Eur. Tro. 468), sed Hesiodus τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα, cf. Philemo frg. 91, 1, Menand. 540,7 K.; Trin. 1125, Pacuv. 297; probabile duco post alios qui sunt, ubi ubi sunt, qui fuerunt 778 *cf. Bacch. 1089 Cist. 205; fort.* solus ego omnis supero antideo homonum *B* 782 uehiculum [amisi] *Acidalius* neque ⟨illuc⟩ *Ritschelius* 784 miser, *corr. Scaliger* consciuit, *corr. Camerarius; cf. Men. 902 Merc. 796* 785 *fort.* eam machinam (*Bacch. 232*) 787 *fort.* umq. *post* eius 788 famulast *B* pol hic quidem, *corr. Muellerus* 789. 790 *spat. ante* et *B* (o bone uir *inter spatia CD*); *sed* o bone uir salueto *puellae non conueniunt* D. h. q. *puellae dedit Vssingius* quidest *BC*, quidem *D ex ras.* 791 s. *Schoellius: spat.* (*deinde* т. *D*[2]) 792 s. *praem. D*[2] acumbe *B; fort.* accuba, *cf. Most. 341* 794 *Paegnio dedit Pylades* ego tibi *CD* ciatho *BD*[1], citatho *CD*[2] *cf. Men. 156. 1011 Pseud. 510 Trin. 463; ad Mil. 1306. latet convicium* 795 stumulorum *B* 796 trichas *BD*, thrichas *C* additast, *corr. Camerarius* 797—803 *disp. B:* Iurgium — sciuisti | Ea — praeuorti | Litibus — mihi | Da — caput | Ne — intellego 797—802 *systema anapaesticum ne habeatur unum obstat* cor *v. 802; de quo cf. Buechelerus mus. Rhen. 46, 238* 798 et *Camerarius:* ea 799. 800 ista h(a)ec

magis pár agerest. Dor. Vritur cor mi. Tox. Da illí cantharum,
extingue ígnem, si
cor úritur, caput ne ardéscat.
Dor. Lúdos me fácitis, intéllego.
Tox. Vín cinaedúm novom tíbi dari, Paégnium?
quín elude, út soles, quándo libér locust hic.
huí, babae, básilice te íntulisti ét facete.
Paeg. Decét me facétum esse, et húnc inridére
lenónem lubídost, quandó dignus ést.
Tox. Perge út coeperás. Paeg. Hoc, léno, tibí.
Dor. Perií percnlít me prope. Paeg. Em, serva rúsum.
Dor. Delúde, ut lubet, erus dum hínc abest.
Paeg. Viden út tuis dictis páreo?
sed quín tu meis contra itém dictis sérvis
atque hóc, quod tibí suadeó, facis? Dor. Quid ést id?
Paeg. Restím tu tibí cápe crassam ac suspende te.
Dor. Cave sís me attigás, ne tibi hóc scipióne
malúm magnum dém. Paeg. Vteré, te condóno.
Tox. Iam iám, Paegnium, da paúsam.
Dor. Égo pol vos erádicabo. Paeg. At te ílle, qui suprá nos habitat,
qui tibi male volt maleque faciet. non hi dicunt, verum ego.
Tox. Age, circumfer mulsum, bibere da usque plenis cantharis.
iam diu fáctum est, postquam bibimus; nimis diu sicci sumus.
Dor. Di faciant ut id bibatis quod vos numquam transeat.
Sag. Nequeo, leno, quin tibi saltem staticulum, olim quem Hegea
faciebat. vide vero, si tibi satis placet. Tox. Me quoque volo
reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ionia.
Dor. Malum ego vobis dabo, ni abitis. Sag. Etiam muttis, impudens?
iam ego tibi, si me inritassis, Persam adducam denuo.

---

801 cantarum *B* 802 uritur cor *Brixius* (*metro alio*) *apud Niemeyerum stud. Pl. 13* 805 delude *Langenus symb. 17; cf. 811* 806 hui '*protervum Paegnii motum admiratur*' *Vssingius* 805. 806 *de metro cf. Richterus in Studemundi stud. 1, 581; Curc. 121; Amph. 236–247, in baccheis similia* hic *delevit et* hui *extra versum posuit Bothius* 808 dignust 810 peri probe *Bothius* hem *CD* rursum *CD,* tu sum *B* 811 delube 813 sed ς: i sed 814 tibi *om. B* 815 te suspende *Ritschelius, sed non sic collocari solet* (*Bacch. 903 Capt. 636 Poen. 309. 311*) 816 attingas *BD*[2] 817 dein *B* *nihil desideratur.* tu utitor *Schoellius* 818 penignium *B* 821 bibere da *B:* biberet *CD* cantaris *B* 822 nimi *B* diu *om. CD* 825 τ. *Schoellius: spat.* 827 nisi mutis

D. [iam taceo hercle] Atque tu Persa es, qui me usque ádmutilavisti ad cutem.
T. Tace, stulte: hic eius geminust frater. D. Hicinest? T. Ac geminissumus.
Dor. Di deaeque et te et geminum fratrem excrucient. Sag. Qui te perdidit:
nám ego nil merui. Dor. At enim quod ille meruit, tibi id obsit volo.
Tox. Agite sultis, hunc lúdificemus. Lemn. Nisi si dignust, non opust.
et me haud par est. Tox. Credo eo, quia non ínconciliavit, cúm te emo.
Lemn. At tamen non — tamen — Tox. Cave ergo sis maló, et sequere me.
te mihí dicto audientem esse addecet, nam hercle absque me
foret et meo praesidio, hic faceret te prostibilem propediem.
sed ita pars libertinorum est: nisi patrono qui adversatust,
nec satis liber sibi videtur nec satis frugi nec sat honestus,
ní id effecit, ni ei male dixit, ni grato ingratus repertust.
Lemn. Pol bene facta tua me hortantur, tuo ut imperio paream.
Tox. Ego sum tibi patronus plane, qui huic pro te argentum dedi.
* gráphice hunc volo ludíficari. Lemn. Meo ego ín loco sedulo cúrabo.
Dor. Certo ílli homines mihi néscio quid mali cónsulunt, quod faciánt.
Sag. Heus vos.
Tox. Quid aís? Sag. Hicin Dordalus ést leno, qui hic liberas virgines
mércatur?
hicinést, qui fuit quondám fortis? D. Quae haec rés est? ei, colaphó me icit.
malum vóbis dabo. Tox. At tibi nós dedimus dabimúsque etiam. Dor. Ei,
natis pérvellit.

---

829 iam taceo hercle *segregavi verba quae turbant sermonis progressum; qui interpolavit*, atque *non intellexerat. cf. Richterus in Studemundi stud. 1, 458 sq.* custem *B*, curtem *CD* 830 *cf. Luchsius ib. 346* geminus est hicine est *B*, hiccinest *CD* geminisumus *B* 833 hunc sultis *Guietus* (*cf. Asin. 1 Stich. 65*) L. *Ritschelius: spat. om.* 834 at, *corr. Ritschelius* credo eo *Schoellius:* eo credo inconciliaut, *et recte; praeterito opus est. cf. ad Mil. 1038* 835 T. non attamen (nolo tamen *Vssingius*). caue sis malo ergo *Bothius* 836 te — addecet *alius personae* (L. ϛ) 837 prostipilem *CD; cf. Stich. 765* cropediem 838 aduersatus est 839 satis honestus *B* 840 *de sententiae forma cf. Vssingius* efficit *i. e. nisi id effecit ut ei adversatus sit* (*cf. Brugmannus de part. ni 20*). ni ei offecit *Bothius* ingratos *B ante corr.* repertus est 842 *de se tamquam de patrono locutus erat; declinavit puella, se beneficiis ei obstrictam dicens. iam plane patronum se esse contendit* 843 graphice '*libri veteres*' *Lambini* (*item Scaliger*)*:* hice *post spatium B*, hic est *item CD; deest* nunc *vel* age (*Muellerus*), pergraphice *Spengelius* (*quod non satis commendat Trin. 1139*) hunc uolo: nunc uolui *l. v. Lambini* 844 quid faciant † heu 845 agis *B* hicin ϛ, *Schoellius:* hic si ne liberas uirgines: *vocales exteri videntur* mercatur *om. B* 846 hiccinest πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι colapho me *Lambinus, Acidalius:* colaphum 847 nates *CD* percellit *Vssingius*

Paeg. Licet: iám diu saepe sunt éxpunctae. Dor. Loqueré tu etiam, frustúm pueri?
Lemn. Patróne mi, i intro, amábo, ad cenam.
Dor. Mea Ignávia, tu nunc me inrides?
L. Quiane te vocó, bene ut tibi sit? D. Nólo mihi bene ésse. L. Ne sit.
Tox. Quid igitur? sescénti nummi quid agunt, quas turbás danunt?
Dor. Mále disperii, sciunt referre próbe inimico grátiam.
Tox. Satis súmpsimus súpplici iam. Dor. Fateór, manus vobis do.
Tox. Et póst dabis sub fúrcis.
Sag. Abi intro — in crucem. Dor. Án me hic parum éxercitum hisce
habént? Tox. Convenisse te Tóxilum me *

spéctatores, bene valete. leno periit. plaudite.

---

848 dius sunt *pro brevi non magis probabile quam v. 182. 761;* sunt saepe *Ritschelius. an* saepe *monosyllabum? cf. Naev. com. 108* 849. 850 *coniungit B* 849 patronem intro, *corr. Gruterus colon Reizianum duplex* 850 d. ς: *spat. om. cf. Men. 137* 851 quia necte *CD* 852 *Sagaristioni tribuit Schoellius* sexcenti *BD* acunt 854—857 *disp. B:* Satis — dabis | Sub — me 854 supplicii iam *CD*, suppliiiam *B;* iam supplici *Bothius fort. anapaesti:* satis súmpsimus supplici iám. fateor. manus uóbis (*monosyllabum*) do. et post dabis súb furcis; *etiam sequentia incerta propter bisyllabum* hisce, *cf. Studemundus in Fleckeiseni ann. 113, 65; Skutschius Berl. phil. w. 1892, 1619* 856 *spat. ante* abi: *potius haec Sagaristioni quam puellae* (*cf. 850*) *danda.* intro in crucem *quid sibi velit v. 849 sq. docent* execitum *B*, feci tum *CD*, *corr. Camerarius* 857 me⟨mineris⟩ *Camerarius* 858 plaudite pantio (pantio *probabilius est corruptela ortum esse inter* plaudite *et* plauti *quam ex* cantio *corruptum*) PLAVTI PERSA EXPLICIT BCD^2

P O E N V L V S

ARGVMENTVM

Puer séptuennis surripitur Carthagine.
Osor mulierum émptum adoptat hunc senex
Et facit heredem. ⟨deinde⟩ eius cognatae duae
Nutrixque earum raptae. mercatur Lycus,
Vexatque amantem. at ille cum auro vilicum
Lenoni obtrudit, itaque eum furto alligat.
Venit Hanno Poenus, gnatum hunc fratris repperit
Suasque adgnoscit quas perdiderat filias.

ARGVMENTVM IN PENVLVM PLAVTI *BD, om. C* 1 *cf. 66* 2 *cf. 74* ossor *CD* mulierū *B*, mulierum ibi *Ritschelius* 3 *supplevi;* ⟨item⟩ *Ritschelius* 4 mercatus, *corr. Angelius* 6 itae *B*, ita *CD, corr. Geppertus* 7 hanc *B* repperit *CD* (*vitium versificatoris*)*:* repperis *B*; *cf. 121. 124* 8 uasque adcognoscit *B*

PERSONAE

Agorastocles adulescens
Milphio servus
Adelphasium } puellae
Anterastilis } puellae
Lycus leno
Antamonides miles
Advocati
Collybiscus vilicus
Syncerastus servus
Hanno Poenus
Giddenis nutrix
Puer

SCAENA CALYDONE

Antamonides *v. ad v. 1322,* Collybiscus *ad v. 170*
de scaena cf. ad v. 372

PROLOGVS

Achillem Aristarchi mihi commentari lubet:
inde mihi principium capiam, ex ea tragoedia.
sileteque et tacete atque animum advortite,
audire iúbet vos imperator histricus,
bonoque ut animo sedeate in subselliis,
et qui esurientes et qui saturi venerint:
qui edistis, multo fecistis sapientius,
qui non edistis, saturi fite fabulis;
nam cui paratumst quod edit, nostra gratia
nimia est stultitia sessum impransum incedere.
exsurge, praeco, fac populo audientiam;
iam dudum exspecto, si tuom officium scias:
exerce vocem, quam per vivisque et + colis.
nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames.
age nunc reside, duplicem ut mercedem feras.

*

bonum factum esse, edicta ut servetis mea.
scortum exoletum ne quis in proscaenio
sedeat, neu lictor verbum aut virgae muttiant,

PROLOGVS *BD* *in prologo variarum recensionum partes coniunctas esse manifesto in fine apparet. de edictorum (16—45) tempore Ritschelius egit (parerg. 212 sq.). cf. praeter alios Schuethius de Poenulo Plautina 6 sq.* 3. 4 *Enni praeter verbum ultimum (tr. 14 sq. R.)* 4 lubet *B* hystricus 5 ut *pendet ab* iubet, *cf. Pseud. 1151, Lorenzius ad Most. 930* sedeant *ς.* sedeate *i. e.* sedeatis, *quod commendant quae antecedunt et v. 7 sq., num propter* uenerint *improbandum sit dubito; cf. Curc. 467 sq.* 6 esuplentes qui *om. CD* 7 edisti *B* 8 fabulis *verbo ludit, cf. Stich. 690 (Loewius anal. Pl. 206)* saturi fite fabulis *i. e. esurite: eo modo adiunguntur v. 9. 10* 9 num *B* paratum si 10 stultia *CD* 13 uales *Geppertus, fort.* te alis 14 num *B* tatitum *B,* statim *CD* *cf. Trin. 61* 16 *cf. 44 sq.; edicta secuntur, ergo non recte cum Pylade scribitur* factumst; *neque sufficit* factum erit. *enuntiatum intercidit a quo pendebat infinitivus. v. ad 46 sq.* 17 quis *BD:* que *C,* quod *ς* *Glycera ἐν τοῖς προσκηνίοις ἕστηκεν Alciphr. 2, 4, 5, cf. Benndorfius act. gymn. Austr. 26, 84 sq.* 18 niue

neu dissignator praeter os obambulet
neu sessum ducat, dum histrio in scaena siet.
diu qui domi otiosi dormierunt, decet
animo aequo nunc stent, vel dormire temperent.
servi ne obsideant, liberis ut sit locus,
vel aes pro capite dent; si id facere non queunt,
domum abeant, vitent ancipiti infortunio,
ne et hic varientur virgis et loris domi,
si minus curassint, quóm eri reveniant domum.
nutrices pueros infantis minutulos
domi ut procurent neu quae spectatum adferat,
ne et ipsae sitiant et pueri pereant fame
neve esurientes hic quasi haedi obvagiant.
matronae tacitae spectent, tacitae rideant,
canora hic voce sua tinnire temperent,
domum sermones fabulandi conferant,
ne et hic viris sint et domi molestiae.
quodque ad ludorum curatores attinet,
ne palma detur quoiquam artifici iniuria
neve ambitionis causa extrudantur foras,
quo deteriores anteponantur bonis.
et hoc quoque etiam, quod paene oblitus fui:
dum ludi fiunt, in popinam, pedisequi,
inruptionem facite; nunc dum occasio est,
nunc dum scriblitae aéstuant, occurrite.
haec quae imperata sunt pro imperio histrico,
bonum hercle factum pro se quisque ut meminerit.
ad argumentum nunc vicissatim volo

---

21 *perfecti* e *correpta praeter versus colive finem tantum hic, cf. ad Bacch. 668* decet *ad animum aequum pertinet, de quo imperium non fit ut de silentio* (*cf. Schuethius p. 8*) 27 curasint ueniant, *corr. Bothius* 28 minitulos *CD* 29 ut *inducit primum edictum non negativum* neue spectatum afferant *Pylades, ς* 30 pertant *B*, peritent *Turnebi schedae* 31 aedi 32 redeant *C*, rediant *B*, reddeant *D* 33 lanora *C*, onara *cum spat. init. B* 34 *cf. ad Mil. 637* 36 ad *om. B* *cf. Amph. 64 sq.* 38 niue *C* 43 scriplitae *C*, scribilitae *B; vocali augent nomen codd. fere Martialis 3, 17 Petroni 35. 66 Noni 131* (*Afran. v. 161*), *minuunt Catonis de r. r. 78, c. gl. lat. 2, 180, 29* (*cf. J. Schmidtius z. gesch. d. indog. vocal. 2, 363*), *cf. Chrysippus Tyaneus ap. Athen. 14, 647*[d], *ubi est σχριβαλτης* 46 *sq. ad locum spectant quo de argumento iam sermo fuerit; potest post v. 15 talis sententia fuisse qualis extat Asin. 6 sq. sed 46—58 non ab uno poeta esse diversae finitionis* (*48. 49*) *et*

remigrare, ut aeque mecum sitis gnarures.
eius núnc regiones, limites, confinia
determinabo: ei rei ego finitor factus sum.
sed nisi molestumst, nomen dare vobis volo
comoediai; sin odiost, dicam tamen,
siquidém licebit pér illos quibus est in manu.
Carchedonius vocatur haec comoedia,

*

latine Plautus patruus pultiphagonides.
nomen iam habetis. nunc rationes ceteras
accipite; nam argumentum hoc hic censebitur:
locus argumentost suom sibi proscaenium,
vos iuratores estis. quaeso, operam date.
Carthaginienses fratres patrueles duo
fuere, summo genere et summis ditiis;
eorum álter vivit, alter est emortuos.
propterea apud vos dico confidentius,
quia mihi pollictor dixit qui eum pollinxerat.
sed illi seni qui mortuost, ⟨ei⟩ filius,
unicus qui fuerat, ab divitiis a patre
puer séptuennis surripitur Carthagine,
sexennio prius quidem quam moritur pater.

---

censurae (*56—58*) *comparationes docent. v. 46—49 paralleli sunt versibus 55 —58. cf. Dziatzko de prologis 31* 47 remigare *B* gnarures *Turnebi schedae:* ignarures 49 eius *Nonius 11* sum factus finitor *CD, Nonius,* factus finitor *B*, *corr. Muretus* 50 set *B* molestum si non mendare, *corr.* ς, *Merula* 51 comediais inodiosi 52 immanu *B* (347 immaximam, 980 immanibus) 54 platus (p *expuncta B*) graece, latine P. P. *Ritschelius* (*quod si probandum esset, prologum scurriliter iocari potius dicerem quam pristinum fabulae nomen proferre*), *obstat pultiphagonidae nomen Romano non Poeno* (*Cato de r. r. 85*) *aptum, cf. Plin. 18, 83 Most. 828, Franckenus Mnemos. 4, 163sq. Schuethius de Poenulo p. 10sq.; secundum Cas. 31sq. post alios tali modo locum suppleverim:* Carchedonius uocatur haec comoedia ⟨graece, latine Poenulus. graece hanc quidem Menander scripsit, rursum patruum Poenulum⟩ latine Plautus patruus pultiphagonides, *scil. maccus* (*Asin. 11*) 55 orationes *CD* 57 sibis *B*, scibis *CD* (*scil.* sibist) 60 diuitiis 61 est *om. B* 62*sq. cf. Men. 45* 63 pollector *codd.*, pollinctor *Fulgentius 559* (*cf. ad Men. 35*); *cf. Asin. 910, Non. 157* (*Varro Men. 222. 324*) 64 cui *CD* ⟨ei⟩ *Acidalius* 65 fuerit *B* abditiuus, *ut post Gulielmium scribunt, et exemplo caret* (*Paul. 22, Woefflini arch. 3, 494*) *et ab huius sermonis colore alienum est, eidem aptissimum* ab diuitiis, *ut divitiae ante patrem memorentur. cf. Men. 59* 66 *cf. 902. 987 et arg. 1; ineptus etiam qui sequitur v., cf. Schuethius p. 15sq.* 67 sexenni opprius (obprius *CD*)

quoniam periisse sibi videt gnatum unicum,
conicitur ipse in morbum ex aegritudine:
facit illum heredem fratrem patruelem suom,
ipse abit ad Acheruntem sine viatico.
ille quí surripuit puerum Calydonem avehit,
vendit eum domino hic diviti quoidam seni,
cupienti liberorum, osori mulierum.
emit hospitalem is filium imprudens senex
puerum illum eumque adoptat sibi pro filio
eumque heredem fecit, quom ipse obiit diem.
is illíc adulescens habitat in illisce aedibus.
revertor rursus denuo Carthaginem:
si quid mandare voltis aut curarier,
argentum nisi qui dederit, nugas egerit;
[verum] qui dederit, magis maiores nugas egerit.
sed illi patruo húius, qui vivit senex,
Carthaginiensi duae fuere filiae,
altera quinquennis, altera quadrimula:
cum nutrice una periere a Magaribus.
eas quí surripuit, in Anactorium devehit,
vendit eas omnis, et nutricem et virgines,
praesenti argento hómini, si leno est homo,
quantum hominum terra sustinet sacerrumo.
vosmet nunc facite coniecturam ceterum,
quid id sit hominis, cui Lyco nomen siet.
is ex Anactorio, ubi prius habitaverat,
huc commigravit in Calydonem haú diu,

---

69 in morbum: improbum *B* 71 habiit acherontem *CD* *cf. Baierus in comment. Hertz. 277* 74 mulierem 75 *cf. erilis filius; 118 sq. Langrehrius de Poen. p. 25* 77 *cf. 904. Men. 62* 78 inillis ce hedibus *D*, inillis cae cae diebus *B* 79 *sq. cf. Men. 49 sq.; huc non quadrant v. 79–82, cf.* sed *et* huius *v. 83* 80 quit amandare 82 [uerum] *Schoellius ad Men. 55* 83 *hiatus medelam non admittit* 84 carthaginensi *CD* 85 alterā *cf.* tessera *1052* 86 quom *B, ut frequenter per hanc fabulam B, v. 981 A* *Μέγαρα suburbium Carthaginis Appianus describit Lib. 117 sq.,* Magalia *novit scholion recens et sine fide ad Verg. Aen. 1, 368, cf. Serv. ad 1, 421* magalia — debuit magaria dicere *e. q. s.* (*quo spectat Isidorus orig. 15, 12, 4, cf. ad 4, 259*) *et quod sequitur scholion* 88 omnis: crinis *Nonius 397* et: e *CD* uirginis *Nonius* 89 praesenti *Nonius:* praesens (Ppressaens *B*) 90 terras *Nonius* 92 homines lico *CD* 93 habitab. uerat *B* 94 calydone *B*, calidone *CD* in Calydonem commigrauit *Pylades*

sui quaésti causa. is in illis habitat aedibus.
earum híc adulescens alteram efflictim perit,
suam síbi cognatam, imprudens, neque scit quae siet
neque eam umquam tetigit, ita eum leno macerat:
[neque quicquam cúm ea fecit etiamnum stupri
neque duxit umquam, neque ille voluit mittere]
quia amare cernit, tangere hominem volt bolo.
illam minorem in concubinatum sibi
volt emere miles quidam, qui illam deperit.
sed pater illarum Poenus, postquam eas perdidit,
mari te⟨rraque⟩ úsquequaque quaeritat.
ubi quamque in urbem ést ingressus, ilico
omnes meretrices, ubi quisque habitant, invenit;
dat aurum, ducit noctem, rogitat postibi
unde sít, quoiatis, captane an surrupta sit,
quo genere gnata, qui parentes fuerint.
ita docte atque astu filias quaerit suas.
et is omnis linguas scit, sed dissimulat sciens
se scire: Poenus plane est. quid verbis opust?
is heri huc in portum navi venit vesperi,
pater harunc; idem huic patruos adulescentulo est:
iamne hoc tenetis? si tenetis, ducite;
cave dírumpatis, quaeso, sinite transigi.
ehem, paéne oblitus sum relicuom dicere.
ille quí adoptavit hunc sibi pro filio,
is illi Poeno húius patruo hospes fuit.
is hodie huc veniet reperietque hic filias
et hunc sui fratris filium, ut quidem dídici ego.

---

96 *cf. 1095* 97 neque sitque aesit *B*, neque sit que sit *D*, neque quae sit *C* 99 quom num *Merula:* nun *B*, non *CD* 99. 100 *induxit Guietus* 101 uolibolo (uoliblo *D*), *corr. Camerarius* 102 inconcubinatam *CD* 103 peperit 104 illarum *ς*: illi im *B intercedente spatio,* illi in *CD* pes quam (posquam *Ritschelius*) meas perdedit 105 marite *BCD*, mari terra *Merula*, marique terraque *Camerarius;* postquam perdidit, mari terraque eas *Geppertus* 106 ⟨is⟩ est *Pylades* 109 quolatis captaneant 112 set *B* 113 opus st *B* 114 inportuna uis *Charisius 223* uesperi *testatur Charisius:* uespere 118 reliquum 119 pro filio sibi, *corr. Bothius; cf. 76* 120 patruo *ς*: patri; *licet etiam pater Agorastoclis hospes Antidamae fuerit* (*cf. 75*), *haec ad ipsam fabulam spectant* (*955. 1042*) *possis* is illí Poeno huius patruo hóspes ⟨antiquos⟩ fuit, *cf. Bacch. 261* 121 repperietque

ego ibo, ornabor; vos aequo animo noscite.
hic qui hodie veniet, reperiet suas filias
et hunc sui fratris filium. dehinc ceterum
valete, adeste. ibo, alius nunc fieri volo:
quod restat, restant alii qui faciant palam.
valete atque adiuvate, ut vos servet Salus.

---

123 ibi *BC* aequos animos (-mas *ante corr.*) *B* 124 huc *Geppertus* repperiet 127 restant restant *CD* alii qui *Camerarius:* aliqui *121—123 prologum claudunt, item 124—128, qui versus ad 114—120 melius quadrant (121—123 ad 113). 125 et 127 cohaerere videntur, 126 et 123 paralleli esse. cf. Seyffertus stud. Pl. 11; Schuethius p. 15 add.* Adgorastocles (-des *B*) Milphio (Melphio *B*, Milpio *D*)

AGORASTOCLES I 1

Saepe ego res multas tibi mandavi, Milphio,
dubias, egenas, inopiosas consili,
quas tu sapienter, docte et cordate et cate
mihi reddidisti ópiparas opera tua.
quibus pró bene factis fateor deberi tibi
et libertatem et multas grates gratias.

MILPHIO

Scitumst, per tempus si obviamst, verbum vetus.
nam tuae blanditiae mihi sunt, quod dici solet,
gerrae germanae, *σαὶ δὲ κολλῦραι λύραι.*
nunc mihi blandidicus es: heri in tergo meo
tris facile corios contrivisti bubulos.
AGOR. Amans per amorem si quid feci, Milphio,
ignoscere id te mi aequom est. MIL. Haud vidi magis.
em, nunc ego amore pereo. sine te verberem,
item ut tu mihi fecisti, ob nullam noxiam:
post id locorum tu mihi amanti ignoscito.
AGOR. Si tibi lubido est aut voluptati, sino:

ADGORASTOCLES · ADOLESCENS . MILPHIO SERVVS *BD, om. C; deinde* AG., *inscribit B,* A^{d}g *D, om. C. nominum plerumque spatia habet B, om. CD, nomina non sine errore notare solet D*^{2} (*fere* Adg *vel* Ad. *pro* Ag.) 129 res *om. B* 130 *cf. Capt. 406* 132 *post* reddidisti *lacunam esse coniecit Muellerus pros. 499, puta* ⟨semper plenas consili, dites, opimas⟩ oppiparas *CD* 134 multas (*non* magnas) *propter res multas,* gratias (*non* gratiam) *quod multae sunt et adiunguntur* grates; grates *iocosa sollemnitate* (grates gratias *asyndeton*). *haec contra Langenum symb 14. cf. Trin. 821, Landgrafius act. sem. Erlang. 2, 48* 135 *pers. om.* (138 M. *praem. D*) st: si *utrubique* 137 hae decollyrae lyre (*pro* y *bis* i *CD;* lyrae lyrae *ex schedis testatur Turnebus adv. 15, 6*); *ego σαὶ posui* (*αὶ δὲ κ. λ. Palmerus*), *sed iocus non melior evadit quam Aristophaneus Ran. 1478 τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν coniecerunt* edepol λῆροι meri *et similia* 139 corios *testatur Nonius 199* 140 AG. amans *Weisius:* adamans (*cf. nomen in titulo*) fecit 141 M. ς: Adg. *D, om. BC* 142 em *Vssingius:* et (*cf. Merc. 911*) et ego nunc pereo amore *Ritschelius* 144 locarum, *corr. Pylades* 145 *cf. Trin. 629*

suspende, vinci, verbera; auctor sum, sino.
MIL. Si auctoritatem postea defugeris,
ubi dissolutus tu sies, ego pendeam.
AGOR. Egone istuc ausim facere, praesertim tibi?
quin si feriri video te, extemplo dolet.
MIL. Mihi quidem hercle. AG. Immo mihi. MIL. Istuc mavelim.
sed quid nunc tibi vis? AGOR. Cur ego apud te mentiar?
amo immodeste. MIL. Meae istuc scapulae sentiunt.
AGOR. At ego hanc vicinam dico Adelphasium meam,
lenonis huius meretricem maiusculam.
MIL. Iam pridem equidem istuc ex te audivi. AGOR. Differor
cupidine eius. sed lenone istoc Lyco,
illius domino, non lutumst lutulentius.
MIL. Vin tu illi nequam dare nunc? AGOR. Cupio. MIL. Em me dato.
AGOR. Abi dierectus. MIL. Dic mihi vero serio:
vin dare malum illi? AGOR. Cupio. MIL. Em, eundem me dato:
utrumque faxo habebit, et nequam et malum.
AGOR. Iocare. MIL. Vin tu illam hodie sine [damno et] dispendio
tuo túam libertam facere? AGOR. Cupio, Milphio.
MIL. Ego faciam ut facias. sunt tibi intus aurei
trecenti nummi Philippi? AGOR. Sescenti quoque.
MIL. Satis súnt trecenti. AGOR. Quid iis facturu's? MIL. Tace.
totum lenonem tibi cum tota familia
dabo hodie dono. AGOR. Qui id facturu's? MIL. Iam scies.
tuos Cóllybiscus nunc in urbest vilicus;
eum hic non novit leno. satin intellegis?
AGOR. Intellego hercle, sed quo evadas nescio.
MIL. Non scis? AGOR. Non hercle. MIL. At ego iam faxo scies.
ei dabitur aurum, ut ad lenonem deferat
dicatque se peregrinum esse, ex alio oppido:
se amare velle atque obsequí animo suo;

---

146 berbera *fort.* sum tibi 147 *pers. om.* (149 M. D^2) post era 151 mihi *alterum om. CD* 152 ergo *B* 154 ad *B* 155 meritricem *B* maluscuIum *B*, masculum *CD, corr.* *ς* 157 lico *CD* 158 domi *CD* 159 en mendato 160 uero *cf. ad Amph. 855* 161 em: e *B* 163 iocare *D:* locare *BC* [damno et] *Gruterus* 164 libertatem *CD* 166 philippii *CD*, philipii *B* 168 quom *B* 169 qui id *Guietus:* quid 170 collubiscus; *cf. 194 et* (Collabiscus) *415. 558, tituli III 2. 3; uno loco quo A testimonium praestat,* Collybiscum *habet* (*415*). *cf. Ritschelius op. 3, 344 sq.* 174 ei *ς:* et ad: a *B* 176 obsequi ⟨hic⟩ *Muellerus* *cf. 656 sq.*

locum sibi velle liberum praeberier,
ubi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter.
leno ad se accipiet auri cupidus ilico:
celabit hominem et aurum. AGOR. Consilium placet.
MIL. Rogato, servos veneritne ad eum tuos.
ille mé censebit quaeri: continuo tibi
negabit. quid tu dubitas, quin extempulo
dupli tibi auri et hominis fur leno siet?
neque id unde efficiat habet: ubi in ius venerit,
addicet praetor familiam totam tibi.
ita decipiemus fovea lenonem Lycum.
AGOR. Placet consilium. MIL. Immo etiam, ubi expolivero,
magis hoc tum demum dices: nunc etiam rudest.
AGOR. Ego in aedem Veneris eo, nisi quid vis, Milphio.
Aphrodisia hodie sunt. MIL. Scio. AGOR. Oculos volo
meos délectare munditiis meretriciis.
MIL. Hoc primum agamus quod consilium cepimus.
abeamus intro, ut Collybiscum vilicum
hanc perdoceamus ut ferat fallaciam.
AGOR. Quamquam Cupido in corde vorsatur, tamen
tibi auscultabo. — MIL. Faciam ut facto gaudeas.
inest amoris macula huic homini in pectore,
sine damno magno quae elui ne utiquam potest.
itaque hic scelestus est homo leno Lycus,
quoi iam infortuni intenta ballistast probe,
quam ego haud multo post mittam e ballistario.
sed Adelphasium eccam exit atque Anterastilis.
haec est prior, quae meum erum dementem facit.
sed evocabo. heus, i foras, Agorastocles,
si vis videre ludos iucundissimos.

AGORASTOCLES

Quid istúc tumultist, Milphio? MIL. Em amores tuos,
si vis spectare. AGOR. O multa tibi di dent bona,

---

177 praebirier *B* 183 extemplo *CD* 184 duplici *B ex corr., CD* hauri 185 ueuenerit *B* 187 licum *CD* τὸν λύκον 188 ubi *om. CD* expollauero *C, expunctum* consilium *et s. scr.* exspoliauero *D* 190 quit 191 *post* scio *erasum* hoc *B* 194 ut: ui *B* collybis cum *B:* collibiscum *CD* 195 *cf. Pseud. 765* 200 licus *CD* 203 adel fasium ecam *B* exit eccam *Camerarius* 205 ago rastodes *B*

quom hoc mi optulisti tam lepidum spectaculum.

ADELPHASIVM I 2

Negóti sibí qui volét vim paráre,
navem et mulierem, haec duo comparato.
nam nullae magis res duae plus negoti
habent, forte si occeperis exornare,
[neque umquam satis hae duae res ornantur]
neque eis ulla ornandi satis satietas est.
atque haec, ut loquor, nunc domo docta dico.
nam nos usque ab aurora ad hoc quod diei est,
[postquam aurora inluxit, numquam concessamus]
ex industria ambae numquam concessamus
lavari aut fricari aut tergeri aut ornari,
poliri expoliri, pingi fingi; et una
binae singulis quae dataé nobis ancíllae,
eae nos lavando eluendo operam déderunt,
aggerúndaque aqua sunt viri duo defessi.
apage sis, negoti quantum in muliere una est.
sed vero duae, sat scio, maxumo uni
poplo cuilubet plus satis dare potis sunt,
quae noctes diesque omni in aetate semper
ornantur, lavantur, tergentur, poliuntur.
postremo modus muliebris nullust: numquam
lavando et fricando scimus facere finem.
[nam quae lauta est nisi perculta est, meo quidem animo quasi inluta est.]

---

209 *subscr.* adelfasium (-ph- *C*) anterastilis milphio agorastocles *BC* ADELPHASIVM ANTERASTILIS MERETRICES · II · MILPHIO SERVVS AGORASTOCLES ADOLESCENS *BD, om. C; ancilla loquitur v. 332* 211 ⟨sibi⟩ duo *Pylades, Spengelius* 214 *eiecit Ritschelius versui aliquid deest* 215 ordinandi *B* 216 modo, *corr. Goellerus ad Truc. 436 in B inter v. 217 et 218 intercedunt v. 285—352, cf. ad v. 479; Spengelius T. M. Pl. 49. cf. Studemundus in Fleckeiseni ann. 93, 53* 218 *eiecit Acidalius dittographiam ad 217. 219* 220 lauari *cf. 229 Truc. 323, Langenus symb. 297* aufricari *B* 222 ancillae nobis *Bothius; cf. Herm. 18, 586* 223 ea 224 gerundaque *Spengelius* 227 populo 228—232 *eiecit Ritschelius, cf. Langenus stud. Pl. 337* 228 in omni *CD* 230 nullus est numquam *Bothius:* neque umquam 231 facere finem *Lambinus:* facere en iam *Turnebi schedae adv. 3, 5,* faceren niam *B,* facere *CD* 232 qua clauata (*i. e.* quae lauata) inlusta *B,* iniusta *CD, corr. Camerarius, cf. 316; possunt anapaesti esse versus ab Adelphasio alienus sorori conveniat*

ANTERASTILIS

Miró́r equidem, sóror, te istaec sic fabulari,
quae tam callida et docta sis et faceta.
nam quom sedulo munditer nos habemus,
vix aegreque amatorculos invenimus.
Ad. Ita est. verum hoc unum tamen cogitato:
modus ómnibus rebús, soror, optimus est habitu.
nimia ómnia nimium éxhibent negóti hominibus éx se.
Ant. Sorór, cogitá, amabo, itém nos perhibéri
quam si salsa muriatica esse autumantur:
[sine omni lepore et sine suavitate]
nisi multa aqua usque et diu macerantur,
olént, salsa súnt, tangere út non velís.
itém nos sumús
[eius seminis mulieres sunt]
insúlsae admodum átque invenústae
sine múnditia et súmptu.
Mil. Coqua ést haec quidem, Ágorastoclés, ut ego opínor:
scit, muriatica ut maceret. Agor. Quid molestu's?
Ad. Soror, parce, amabo: sat est istuc alios
dicere nobis, ne nosmet in nostra etiam vitia loquamur.
Ant. Quiésco. Ad. Ergo amó te. sed hóc nunc respónde
mihi: sunt hic ómnia,
quae ad deúm pacem opórtet adésse? Ant. Omnia áccuravi.
Agor. Diém pulchrum et célebrem et venústatis plénum,

233 sic *om. CD; fort.* te i., soror, fabulari 236 uix aegreque *item Priscianus 1, 105:* ut egre *Nonius 510* 238 optimum, *correxi, cf. Stich. 59 Mil. 101, ad 685, Trin. 679; versus Reizianus* 239 negotium, *corr. Hermannus* 240 *fort.* cogitato item 241 quam si *cf. ad Truc. 832* mariatica *B* 242 *sententiam conturbat* 243 nisi ⟨si⟩ *Hermannus, cf. 325* 244. 245 *coniuncti* 244 non uelis *dubitationem admittit, v. Solmsenus stud. 9 sq.* 245a *eiecit Ritschelius* 246 insulsae *risum captat post* salsa sunt adque *B* inuenustate, *corr. Merula;* inuenustatis ⟨plenae⟩ *Hermannus, Lochius, cf. 255, ad Merc. 795* 247 mundacia *B ante corr.* 247. 248 *coniuncti* 249—254 *disp. B:* Scit — amalo | Sat — loquamur | Quiesco — mihi | Sunt — accuraui 250 amalo 251 Ne *antecedente spatio ut personae B* uitiam *B,* ut iam *CD* nostra etiam uitia eloquamur *Hermannus* *metrum nullum certo apparet, tantum anapaesti ultro procedunt* (– ⏑́ ⏑ – – – –́ ⏑ | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ – –). *item 253 sq. metra incerta, cf. 258, mus. Rhen. 40, 189 sq.* 255 plenium *B*

dignúm Venere pól, quoi sunt Áphrodisia hódie.
MIL. Ecquid gratiae, quom huc foras te evocavi?
iam núm me decét donari
cadó vini véteris? dic dáre. nil respóndes?
lingua huic excidit, ut ego opinor.

quid hic, malum, astans ópstipuisti? AGOR. Sine amem, ne opturba ac tace.
MIL. Taceo. AGOR. Si tacuisses, iam istuc taceo non gnatum foret.
ANT. Eamus, mea soror. AD. Eho amabo, quid illo nunc properas? ANT. Rogas?
quia erus nos apud aedem Veneris mantat. AD. Maneat pol. mane.
turba est nunc apud aram. an te ibi vis inter istás versarier
prosedas, pistorum amicas, reliquias alicarias,
miseras schoeno delibutas servolicolas sordidas,
quae tibi olant stabulum statumque, sellam et sessibulum merum,
quas adeo hau quisquam umquam liber tetigit neque duxit domum,
servolorum sordidulorum scorta diobolaria?
MIL. I in malam crucem. tun audes etiam servos spernere,
propudium? quasi bella sit, quasi eampse reges ductitent,
monstrum mulieris, tantilla tanta verba funditat,
quoius egó nebulai cyatho septem noctes non emam.
AGOR. Di immortales omnipotentes, quid est apud vos pulchrius?
quid habetis qui mage immortales vos credam esse quam ego siem,
qui haec tanta oculis bona concipio? nam Venus non est Venus:
hanc equidem Venerem venerabor, me ut amet posthac propitia.

---

256 ueneri, *corr. Pius; cf. 509. 847; Trin. 1153* 257. 258 *et* 259. 260 *coniuncti* 257 gratiaest *Ritschelius* 259 dari, *corr. Dousa* (*dic te dare, non iube dari*) 260 lingua *Camerarius:* uncua *B, om. CD spatio relicto* 261 hic *om. B* opstituisti, *corr. Camerarius* ac tace *Camerarius:* actate *B,* aetate *CD* 262 sit accuisses *B* 263 illic *CD* 264 mantat *B:* mandat *CD* mantet *Ritschelius* 265 aput *B* 266 prosedas *B, Festus 330* (*Paulus 226*): proseda *CD* reliquis *C,* relliquis *D* allicarias, *cf. Paulus 7* 267 schoeno (*B,* scheno *CD*) *testatur Festus 330, cf. Varro l. l. 7, 64* dili⟨butas⟩ *Festus* seruilicolas 269 haud *CD* 270 duobolaria; *cf. Varro l. s., Paulus 74, Cist. 407;* dio— *synizesin patitur* 271 L in *C,* I i in *B* 272 pro pidium *C* eam ipse ductitent *C:* ducti tenet *B,* discutient *D* 273 monstrum *B:* et monstrum *CD* 274 quoius *B:* quo uis *C,* pro cuius *D* nebulae *CD,* nebula *B* ciatho *C,* cir at ho *B* *cf. 348. de vini flore* (*Colum. 12, 30*) *Ovidius fast. 5, 270* nebulae dolia summa tegunt (*Seyffertus Berl. phil. woch. 1889, 598*) 275 di i mortales *B,* dii imm. *C* 276 immortalis *B ex corr.* 278 ametat pos hac, *corr. Camerarius*

Milphio, heus, ubi es? MIL. Assum ápud te, eccum. AGOR. At ego elixus sis volo.
MIL. Enim vero, ere, facis delicias. AGOR. De tequidem haéc didici omnia.
MIL. Etiamne ut ames eam quam numquam tetigeris? AGOR. Nihil id quidemst:
deos quoque edepol et amo et metuo, quíbus tamen ábstineo manus.
ANT. Eu ecastor, quom ornatum aspicio nostrum ambarum, paenitet
exornatae ut simus. AD. Immo vero sane commode;
nam pro erili et nostro quaestu satis bene ornatae sumus.
non enim pótis est quaestus fieri, ni sumptus sequitur, scio,
et tamen quaéstus non consistet, si eum sumptus superat, soror.
eo illud satiust, satis quod habitu, ⟨haud satis est quod⟩ plus quam sat est.
AGOR. Ita me di ament, ut illa me amet malim quam di, Milphio.
nam illa mulier lapidem silicem subigere, ut se amet, potest.
MIL. Pol id quidem hau mentire, nam tu es lapide silice stultior,
qui hanc ames. AGOR. At vide sis, cum illac numquam limavi caput.
MIL. Curram igitur aliquo ad piscinam aut ad lacum, limum petam.
AGOR. Quid eo opust? MIL. Ego dicam: ut illi ét tibi limem caput.
AGOR. I in malam rem. MIL. Ibi sum équidem. AGOR. Perdis. MIL. Taceo. AGOR. At perpetuo volo.
MIL. Enim vero, ere, meo me lacessis ludo et delicias facis.

---

279 Milphio heus *Bothius:* milphio heus milphio adsum aput *B* *cf. Most. 1115* 280 uero *om. CD* omnia *usque ad v. sq.* illic (id) *om. B* (*habet* didici quidem st) haec omnia: *totum hoc genus cavillandi, cf. 296* 281 id *Bothius:* illic *CD* (*om. B*) 282 *accedit A* q[uibus tamen ab]s[tineo *A:* quibus ego tamen abstineo *P* 285—352 *post v. 217 B* 285 erili et *A:* erilicet *P* 286. 287 *unus versus in P:* non enim potest quaestus non consistet si eum sumptus superat soror 286 non enim potis [e]s[t] qu[ae]st[u]s fieri ni [sumptus se]qui[t]u[r — *A,* non enim pote quaestus fieri nisi sumptus sequitur scio *Charisius 223 testatus* pote pro uerbo; *sed* non enim *non creticum facit* 287 et tsmen (*vel fort.* tamen) quaestus non consis[t]e[t si] e[um] sumptus su[perat so]ror *A* 288 eo [il]lud satius[t satis] q[uod] s— *A,* eo illud (-ut *B*) satius si satis quod satis est habitus plus quam sat est *P, priora corr. Acidalius et Ritschelius, sententiam supplevi* (quam quod plus sat est *Acidalius*) 291 it quidem *P,* equidem *A* [hau] *A:* haud *P* 292 cum *ACD:* quom *B* *Eugraphius ad Eun. 3, 5, 53* (Plautus) numquam cum ea limaui caput 294 o]pus [e]st *A:* opus sit *P* limen *P* 295 i *om. A* perg[is] *A* (*fort.* perdis) ς; *cf. Morris on the sent. quest. 12* 296 *cf. 280* aere *P* m[e la]cess[is] *AD:* mel accessis *BC; cf. Pseud. 743* 289—296 *ad dittographiam versuum 275 sq. rettulerunt Muellerus pros. add. 63 sq, Goetzius act. Lips. 6, 265 sq.; sed nec probabile est meretrices tam longos sermones sine virorum interloquio habuisse neque lumen orationis 285—288 sine Agorastoclis admiratione praeteriisse* (*cf. Schuethius 23*)

ANT. Satis nunc lepide ornatam credo, soror, te tibi viderier;
sed ubi exempla conferentur meretricum aliarum, ibi tibi
erit cordolium, si quam ornatam melius forte aspexeris.
AD. Invidia in me numquam innatast neque malitia, mea soror.
bono med esse ingenio ornatam quam auro multo mavolo:
aurum, id fortuna invenitur, natura ingenium bonum.
[bonam ego quam beatam me esse nimio dici mavolo.]
meretricem pudorem gerere magis decet quam purpuram:
[magisque meretricem pudorem quam aurum gerere condecet.]
pulchrum ornatum turpes mores peius caeno conlinunt,
lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.
AGOR. Eho tu, vin tu facinus facere lepidum et festivom? MIL. Volo.
AGOR. Potesne mi auscultare? MIL. Possum. AGOR. Abi domum ac suspende te.
MIL. Quam ob rem? AGOR. Quia iam numquam audibis verba tot tam suavia.
quid tibi opust vixisse? ausculta mihi modo ac suspende te.
MIL. Siquidem tu es mecum futurus pro uva passa pensilis.
AGOR. At ego amo hanc. MIL. At ego esse et bibere. AD. Eho tu, quid ais? ANT. Quid rogas?
AD. Viden tu? pleni oculi sorderum qui erant, iam splendent mihi.
ANT. Immo etiam in medio oculo paullum sordest. AD. Cedo sis dexteram.
AGOR. Vt quidem tu huius oculos inlutis manibus tractes aut teras?
ANT. Nimia nos socordia hodie tenuit. AD. Qua de re, obsecro?
ANT. Quia non iam dudum ante lucem ad aedem Veneris venimus,

---

298 conferuntur meretricium *P* 300 innatast *P:* gnata est *A*, n *a primo correctore superscripta; cf. Mil. 1063, Pers. 314* 301 me e[sse in]genio *A:* me ingenio esse *B*, ingenio me esse *CD* 302 id *A:* in *P; cf. 1069 Mil. 25sq. Merc. 210sq., Sauppius ind. lect. 1890, 14* 303 deci *B* (dici *vel* deci *A*) *versum eiecit Ritschelius* (*cum v. 302*) 304. 305 *inverso ordine A* 305 *eiecit Guietus,* 304 *Langenus stud. Pl. 338 cum Gepperto* magisque *A:* magis quid (quit *B*) *P; non male* magisque id meretricem, pud. quam a. gerere, c. 306 *idem Most. 291, cf. Ritschelius op. 2, 284sq.* turpest *A* 309 *vel* potine (potesne *AP*) auscultari *C²D, A n. l.* 310 quia *A:* qui *P* 311 opust *A:* opus si *P* ac *P:* et *A* 312 tu es *AP:* es tu *Nonius 11* (siquide aes tu) 313 amabo *A* 314 uiden tu (*AP*) *cf. Most. 254* pleni *P:* ple . . . *A* (*fort.* plelli, *certe non* pleni) sorderum *A:* sorderunt *P* 315 paulum *P* sordet *AP, corr. ς* (sordis est, *Gruterus* sordist), *cf. Aul. 448* *ante* cedo *persona non mutatur AP* sis *P:* si *A* deteram *Scaliger* (*Anterastilis*) 316 tu quidem *P* terras *A* 318 non iandudum *A*, iam non dudum *CD*

primae ut inferremus ignem in aram. AD. Aha, non factost opus:
quaé habent nocturna ora, noctu sacruficatum ire occupant.
prius quam Venus expergiscatur, prius deproperant sedulo
sacruficare; nam vigilante Venere si veniant eae,
ita sunt turpes, credo ecastor Venerem ipsam e fano fugent.
AGOR. Milphio. MIL. Edepol Milphionem miserum. quid nunc vis tibi?
AGOR. Opsecro hercle, ut mulsa loquitur. MIL. Nil nisi laterculos,
sesumam papaveremque, triticum et frictas nuces.
AG. Ecquid amare videor? M. Damnum, quod Mercurius minime amat.
AGOR. Namque edepol lucrum amare nullum amatorem addecet.
ANT. Eamus, mea germana. AD. Age sis, ut lubet. ANT. Sequere hac.
AD. Sequor.
MIL. Eunt hae. AGOR. Quid si adeamus? MIL. Adeas. AGOR. Primum
prima salva sis,
et secunda tu secundo salve in pretio; tertia
salve extra pretium. ANC. Tum pol ego et oleum et operam perdidi.
AGOR. Quo te agis? AD. Egone? in aedem Veneris. AGOR. Quid
eo? AD. Vt Venerem propitiem.
AGOR. Eho, an irata est? propitia hercle est. vel ego pro illa spondeo.
quid tu ais? AD. Quid mihi molestu's, opsecro? AGOR. Aha, tam
saeviter.
AD. Mitte, amabo. AGOR. Quid festinas? turba nunc illi est. AD. Scio.
sunt illi aliae quas spectare ego, et me spectari volo.
AGOR. Qui lubet spectare turpes, pulchram spectandam dare?
AD. Quia apud aedem Veneris hodie est mercatus meretricius:
eo conveniunt mercatores, ibi ego me ostendi volo.

---

319 primae ut *A:* prima cum ut *B*, *Turnebi schedae*, prima cum *CD* signem *P* ah *P*, *cf. 335* factust *A* 320 occupans *P* 321 uenus expergisgatur *A*, uenus experiscatur *B*, experiscatur (expescatur *C*) uenus *CD* 322 uigulante *B ex corr.*, *D*, iugulante *C* aeae *P* 325 laterculi *non Catoniani* (*de re r. 109*) *vino aspero molliendo; cf.* *ὀστρακίτης Athen. 14, 647 f* 326 *enumerat quibus placenta fiunt. cf. praeceptum Chrysippi Athen. 647 ext.* *κάρυα — καὶ ἀμύγδαλα ἔτι δὲ μήκωνα φρύξας — εἶτα σήσαμον λευκὸν τρίψας e. q. s.* sesumam *AP*, *σησάμην* 328 *ut s. AP; cf. Capt. 604 cum Vssingii et Pseud. 555 cum Lorenzi notis;* lucrum ⟨quidem⟩ *Brixius*, *cf. Stich. 573, Merc. 508* 331 tu in secundo salue in pretio *AP*, *corr. Camerarius* 332 *ancillam loqui Acidalius dixit* (*spatia in AP*) 333 te *om. A* 334 propitia h. est *alii personae tribuunt AP* 335 *personas ut s. mutat A:* quid — obsecro *unius personae* (*Adelphasii*) *P* ais *AP* (agis *Camerarius*), *cf. 343* (*interrogare incipit, cf. Vssingius*) aha *A*, *Nonius 510:* ah *P* 336 *etiam ante* turba *pers. spat. A* 340 ego *om. A*

AGOR. Invendibili merci oportet ultro emptorem adducere:
proba mers facile emptorem reperit, tam etsi in abstruso sitast.
quid ais tu? quando illi apud me mecum caput et corpus copulas? +
AD. Quo die Orcus Acherunte mortuos amiserit.
AGOR. Sunt mihi intus nescio quot nummi aurei lymphatici.
AD. Deferto ad me, faxo actutum constiterit lymphaticum.
MIL. Bellula hercle. AGOR. I dierecte in maxumam malam crucem.
MIL. Quam magis aspecto, tam magis est nimbata et nugae merae.
AD. Segrega sermonem. taedet. AGOR. Age, sustolle hoc amiculum.
AD. Pura sum, comperce amabo me attrectare, Agorastocles.
AGOR. Quid agam nunc? AD. Si sapias, curam hanc facere compendi potes.
AG. Quid? ego non te curem? quid ais, Milphio? M. Ecce odium meum.
quid me vis? AG. Cur mi haec irata est? M. Cur haec irata est tibi?
cur ego id curem? namque istaec magis meast curatio. +
AGOR. Iam hercle tu periisti, nisi illam mihi tam tranquillam facis
quam mare olimst, quóm ibi alcedo pullos educit suos.
MIL. Quid faciam? AGOR. Exora, blandire, expalpa. MIL. Faciam sedulo.
sed vide sís, ne tu oratorem hunc pugnis pectas postea.

---

341 inuendibiḷi merc̣i *A:* inuendibili merce *CD*, inuendibilem ers *B* 342 (mers *AP*) repperit *P* tametsi *A:* tarem est et si *P* in abstrusos (—uosos *CD*) ita est *P:* in occulto sitast *A; cf. Capt. 80 sq. 165 Trin. 664* 343 caput et corpus copulas *P:* palpaṣ eṭ ḷallas *A, obscure, cf. Stundemundus stud. 2, 129; in P* caput et *nimium est et sermo rusticus* 344 achaerunte *A:* ab achaerunte *B*, ab aheronte *CD* amiseris *P* 345 intus *om. A* quod *AP* laurei lymphaticẹi *A* 346 *verba vix Adelphasii deest initium diverbii inter erum et servum* 347 AG.: *persona non mutatur AP* eị *A* 348 *Isidorus orig. 19, 31, 2* quo magis eam aspicio, t. m. nimbata est (*nimbatam a nimbo fasciola in fronte feminarum derivans; alludi videtur ad lymphatam*) *ante v. 349 Agorastoclis verba desunt, quibus respondeat Adelphasium; atque etiam eri responsum desideratur post v. 348* 350 attractare *A* 351 sei *A* potest *AP* 352 non *Acidalius:* nunc *AP* ais *A:* agas *P* ecce odium *cf. Men. 784. non recte Bachius Studemundi stud. 2, 395* 353 qur *bis A* (*prius* c̣ur) *B* irata est ṭibi *AB:* mihi irata est *CD. usus non postulat* tibi haec irata sit: *aut a verbo pendet* (quid est? quid sit me rogitas?) *aut persona mutatur* (quid tu mihi facies? egone quid faciam tibi?). *cf. Bacch. 561. aliter comparatus Trin. v. 1050. sed Terentius sic:* quid est? quid sit? *exempla congessit Beckerus in Stud. stud. 1, 199 sq.* 354 q̣[ur] *AB* meast *A*, mea est *P*, tua est *ϛ; nam qui Ritschelius, sed hoc desideratur:* tua istaec magis quam meast curatio. *cf. 427* 355 peristi *P*, peristiṣ *A* 356 alcedo *testatur Priscianus 1, 206* (*item legerat Fronto, v. p. 225 N.*), *cf. Loewius prodr. 271 sq.:* alcyo *AB*, alycio *CD. cf. Varro de l. l. 7, 88, Paulus 7* educit *A, Priscianus, cf. Isidorus orig. 12, 7, 28:* seducit *P* 357 exblandire *Goetzius Loewius* expalpa *P, Nonius 104 (s. v.):* palpa *A* 358 postea *P:* omnia *A*

AGOR. Non faciam. AD. Non aequos in me es, sed morare et male facis.
bene promittis multa ex multis: omnia in cassum cadunt.
liberare iuravisti me haud semel, sed centiens:
dum te exspecto, neque ego usquam aliam mihi paravi copiam
neque istuc usquam apparet; ita nunc servio nihilo minus.
i, soror. apscede tu a me. AGOR. Perii. ecquid agis, Milphio?
MIL. Mea voluptas, mea delicia, mea vita, mea amoenitas,
meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum savium,
meum mel, meum cor, mea colustra, meus molliculus caseus —
AGOR. Mene ego illaéc patiar praesente dici? discrucior miser,
nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi.
MIL. Noli, amabo, suscensere ero meo, causa mea.
ego faxo, si non irata es, ninnium pro te dabit
atque te fáciet ut sis civis Attica atque libera.
quin adire sínis? quin tibi qui bene volunt, bene vis item?
si ante quid mentitust, nunciam dehinc érit verax tibi.
sine te exorem, sine prehendam auriculis, sine dem savium.
AD. Apscede hinc sis, sycophanta par ero. MIL. At scin quo modo?
iam hercle ego faciam ploratillum, nisi te facio propitiam,
atque hic ne me verberetillum faciat, nisi te propitio,
male formido: novi ego huius mores morosi malos.
quam ob rem amabo, mea voluptas, sine te hoc exorarier.

---

359 aequoṣ *A:* aecuius *P* set *AP* 361 iura nis te *P* sed centiens *A:* sedent lens *B*, sed deciens *CD* 362 expecto *P* ego *om. P* 364 A.: *spat. A, om. P* agis *P:* ais *A* 365 mea delicia *testatur Gellius 19, 8, 6 (inde Nonius 100):* meae deliciae *AP* 366 oculus *A* 367 mel *CD:* mei *B*, meḷi (*vel* mel †) *A* (*cf. 383. 388*) colustra *AB:* collustra *CD* *tract. de dub. nomin. 5, 576 K.* meum mel mea colustra 368 illaec patiar praesente *P:* praesent[e] patiar illaec *A* 370 causa mea *cum* noli *coniungendum* 371 irata es *Turnebi* (*adv 15, 6*) *schedae:* iṛataṣṭ *A*, irata *P* niṇṇiụm *AB*, *Turnebi schedae:* nimium *CD; vocabulum significatus obscuri, cf. gens Ninnia, Suet. vit. Hor. 45, 5 R., νέννος, Hesych. νίννον τὸν καβάλλην ἵππον, cf. Turnebus, Steph. s. νινίον* 372 siẹs *A* *permire* Attica; *cf. L. Reinhardtus in Studem. stud. 1, 109, Langenus stud. Pl. 185* 373 adire *AP*, *sed fort.* abire *A, qui haec* quin a. sinis *puellae tribuit* quin *A:* qui lu *B*, qui ui *D*, qui *C* 374 quid mentitust *A:* quidem entitus sit *B*, quidem mentitus sit *CD* 375. 376 *hoc ordine A: inverso P* 375 auris *A, cf. Asin. 668* 376 sicophanta *P* sin *P* *cf. Amph. 857* 377 hercule *P* ploratillum *A:* plorantem illum *P* facio p— *A:* propiciam facio *P* 378 ne me *A:* me ne *P, cf. Turnebus adv. 15, 6 ext.; fort.* ne in me, *cf. vind. Plaut. 7 sq.* 379 morosi *B:* moros *A*, mores *CD* 380 amabo *om. A* te hoc *Geppertus:* te *P*, hoc *A; cf. 375 Most. 1175 Bacch. 1170 Ter. And. 901 (Muellerus pros. add. 116)*

Agor. Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiae
exturbo oculos atque dentes. em voluptatem tibi,
em mel, em cor, em labellum, em salutem, em savium.
Mil. Impias, ere, te: oratorem verberas. Agor. Iam istoc magis:
[etiam ocellum addam et labellum et linguam. Mil. Ecquid facies modi?
Ag.] sicine ego te orare iussi? Mil. Quo modo ergo orem? Ag. Rogas?
sic enim díceres, sceleste: huius voluptas, te opsecro,
huius mel, huius cor, huius labellum, huius lingua, huius savium,
huius delicia, huiús salus amoena, huius festivitas:
[huius colustra, huius dulciculus caseus, mastigia,
huius cor, huius studium, huius savium, mastigia]
omnia illa, quae dicebas tua, ésse ea memorares mea.
Mil. Opsecro hercle te, voluptas huius atque odium meum,
huius amica mammeata, mea inimica et malevola,
oculus huius, lippitudo mea, mel huius, fel meum,
ut tu huic irata ne sis aut, si id fieri non potest,
capias restim ac te suspendas cúm ero et vostra familia.
nam mihi iam video propter te victitandum sorbilo,
itaque iam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito
propter amorem vestrum. Ad. Amabo, men prohibere postulas
ne te verberet magis quám ne mendax me advorsum siet?
Ant. Aliquid huic responde, amabo, commode, ne incommodus
nobis sit. nam detinet nos de nostro negotio.
Ad. Verum. etiam tibi hanc amittam noxiam unam, Agorastocles.
non sum irata. Agor. Non es? Ad. Non sum. Agor. Da ergo, ut credam, savium.
Ad. Mox dabo, quom ab re divina rediero. Agor. I ergo strenue.
Ad. Sequere me, soror. Agor. Atque audin etiam? Veneri dicito
multam meis verbis salutem. Ad. Dicam. Ag. Atque hoc audi. Ad. Quid est?

---

384 *cf. Donatus ad Hec. prol. 2, 1* 385 et linguam *P:* linguam *A versum spurium esse et* labellum *post 383 ostendit et quam non dixerat* linguam, *cf. 388, et quod 386* orare *ad* oratorem *v. 384 pertinet* 386 orares *P* iussit *A* ego *A* 389 *om. CD* deliciae *A, corr. Geppertus (cf. 365):* colustra *B* 390 *om. A, cf. ad v. sq.; Milphionis facetias sane non repetit* 390a cor *cf. Buechelerus mus. Rh. 46, 238* *supra* sauium mastigia *corrector scripsit* dulciculus caseus *A* *versum delevit Angelius* 391 esse *del. Reizius* 392 eius *A* 393 mammeata *A:* mammiata *P* cuius amicam mammeatam *Nonius 137* 394 oculos *P* leppitudo *P* 396 quom *B* 399 AD. *s: spat. om. AP* 401 incommodis *BC* 402 nobeis *A* 404 *spat. ante* non sum *om. A* 406 seque *B* etiam *Adelphasii AP (spatia); cf. Asin. 109* 407 multa *P* [ue]rbeis *A* audin *Ritschelius* quidst *aut* quit est *A*

AGOR. Paucis verbis rem divinam facito. atque audin? respice.
respexit. idem edepol Venerem credo facturam tibi.

I 3

quid nunc mi es auctor, Milphio? MIL. Vt me verberes
atque auctionem facias: nam impunissume
tibi quidem hercle vendere hasce aedis licet.
AGOR. Quid iam? MIL. Maiorem partem in ore habitas meo.
AGOR. Supersede istis verbis. MIL. Quid nunc vis tibi?
AGOR. Trecentos Philippos Collybisco vilico
dedi dúdum, prius quam me evocavisti foras.
nunc opsecro te, Milphio, hanc per dexteram
perque hanc sororem laevam perque oculos tuos
[perque meos amores perque Adelphasium meam]
perque tuam libertatem — MIL. Em nunc nihil opsecras.
AGOR. Mi Milphidisce, mea commoditas, mea salus,
fac quod facturum te esse promisti mihi,
ut ego hunc lenonem perdam. MIL. Perfacile id quidemst.
i, adduce testis tecum; ego intus interim
iam et ornamentis meis et sycophantiis
tuom exornabo vilicum. propera atque abi.
AGOR. Fugio. MIL. Meum est istuc magis officium quam tuom.
AGOR. Egone egone, si istuc lepide ecfexis — MIL. I modo.
AGOR. Vt non ego te hodie — MIL. Abi modo. AGOR. Emittam manu —
MIL. I modo. AG. Non hercle meream. MIL. Oh— AG. Vah— MIL. Abi modo.
AGOR. Quantum Acheruntest mortuorum. MIL. Etiamne abis?
AGOR. Neque quantum aquaist in mari. MIL. Abiturun es?

---

409 idem edepol *A:* idem pol *P*, it[i]d[e]m edepol *A t. Loewio* 410 AGORASTOCLES MILPHIO *A, item in fine v. 409 et subscr.* ADOLESCENS. SERVVS *B* auctor es *A* 412 aedes *A* 413 mea *P, Turnebi schedae* (*eaedem* partem minore, *cum* parte minore *sit in P*) 414 nunc uis *P:* ueis nunc *A* 415 collybiscon *A*, collabisco (colab. *D*) *P* 416 dudum *P:* dum *A* euocasti *P* 419 *cf. ad Capt. 246; sed versum spurium esse vidit Vssingius* 420 leibertatem *A* 422 esse *om. A* promisti *C:* promisisti *ABD; cf. Curc. 705. 709* 424 *om. A* i *om. CD* 425 et ornamentis *P:* tormentis *A* miis *B, cf. 473* 426 uilicom *B ante corr.* 427 fugio *servo continuat A* 428 effexis *A*, et fexis *P* 430 meream *P:* merear *A; cf. Bacch. 1184 Men. 217 Stich. 24, contra quae non satis efficit Most. 987* oh *AP: scribendum videtur* ohe uah *ut Cas. 369* *in personis mutandis consentiunt AP* 431 achaeruntest *A* 432 aqua est *B*, aquast *A*, est aqua *CD, corr. Pareus* mare *A* abiturusne *P*

AGOR. Neque nubes omnes quantumst. MIL. Pergin pergere?
AGOR. Neque stellae in caelo. MIL. Pergin auris tundere?
AGOR. Neque hoc neque illud neque — enim vero serio —
neque — hercle vero — quid opust verbis? quippini?
quod uno verbo — dicere hic quidvis licet,
neque — hercle vero serio, scin quomodo?
ita me di amabunt, vin bona dicam fide,
quod hic inter nos liceat? ita me Iuppiter,
scin quam videtur? credin quod ego fabuler?
MIL. Si nequeo facere ut abeas, egomet abiero;
nam isti quidem hercle orationi Oedipo
opust cóniectore, qui Sphingi interpres fuit. —
AGOR. Illic hinc iratus abiit. nunc mihi cautio est,
ne meámet culpa meo amori obiexim moram.
ibo atque arcessam testis, quando Amor iubet
me oboedientem ésse servo liberum. —

LYCVS II

Di illum infelicent omnes, qui post hunc diem
leno ullam Veneri umquam immolarit hostiam
quive ullum turis granum sacruficaverit.
nam ego hodie infelix dis meis iratissumis
sex immolavi ágnos, nec potui tamen
propitiam Venerem facere uti esset mihi.
quoniam litare nequeo, ábii illim ilico
iratus, votui éxta prosicarier;
[neque ea poricere volui, quoniam non bona
haruspex dixit: deam esse indignam credidi.]

433 nubis omnẹs *A* perginċ *A* (*punctum 1. m.*) 434 aurẹs *A* 435 illuc *P* 436 opus si *P*, opus *A* 437 quidueis *A* 439 bonam *sic A* 440 llcet *A* 441 uidetur *A:* uide tu *P* 442 abireo *B*, abire *CD* 443 orationi *AP*, *Priscianus 1, 272*, orationist (*deinde* opus) *Bothius* oedippo *P* 444 opust *A:* opus est *P*, *Priscianus* coniecture *et* sfingi *Prisciani codd. fere* 447 quando ⟨ita⟩ *Luchsius Studemundi stud. 2, 126. cogites de* quandoc, *cf. ad Men. 984* 448 me *ACD:* meo *B* oboedientem me *Bentleius*, meo ob. me *Gruterus* 449 LYCVS ANTAMOENIDES *A*, *item sed* antamonedes *post v. 448 P, deinde* LICVS · ANTA MONEDES · LENO · MILES *B; de militis nomine cf. Ritschelius op. 3, 345 sq. et infra de personarum notis v. ad v. 470* 451 qui ullum thuris *A* 452 deis mei, *sed corr.* meis, *A* 453 agnos immolaui *Pylades* 454 ut *A;* ut ⟨tandem⟩ *Goetzius Loewius* 455 non queo *Geppertus, cf. Abrahamus stud. Pl. 215* abi *AP* *cf. 486* 456 uotui *P:* uolui *A;* exta uotui *Reizius, fort.* uotui ⟨ei⟩ prosicarier *sic AP* (prositarier *B*) 457[a·b] *om. A, cf. 463* 457[a] picere *B*, aspicere *CD, corr. Seyffertus; cf. Pseud. 266*

eo pacto avarae Veneri pulchre adii manum.
quando id quod sat erat satis habere noluit,
ego pausam feci. sic ago, sic me decet.
ego faxo posthac di deaeque ceteri
contentiores mage erunt atque avidi minus,
quom scibunt, Veneri ut adierit leno manum.
condigne haruspex, non homo trioboli,
omnibus in extis aibat portendi mihi
malum damnumque et deos esse iratos mihi.
quid ei divini aut humani aequomst credere?
mina mihi argenti dono postilla datast.
sed quaeso, ubi nam illic restitit miles modo,
qui hanc mihi donavit, quem ego vocavi ad prandium?
sed eccum incedit.

ANTAMONIDES

Ita ut occepi dicere,
lenulle, de illa pugna Pentetronica,
quom sexaginta milia hominum uno die
volaticorum manibus occidi meis.
LYC. Volaticorum hóminum? ANTAM. Ita dico quidem.
LYC. An, opsecro, usquam sunt homines volatici?
ANTAM. Fuere. verum ego interfeci. LYC. Quo modo
potuisti? ANTAM. Dicam. viscum legioni dedi
fundasque; eo praésternebant folia farferi.
LYC. Quoi rei? ANTAM. Ad fundas viscus né adhaeresceret.
LYC. Perge. optume hercle perieras. quid postea?

---

459 paussam *A* 460 dei *A* 461 mageṛụnt *A* adque *P* 462 qum *B*, cum *ACD* 463 *post v. 471 A* 464 aiebat *AP* 466 ei *P:* ẹṭ *A* haud *P*, atque *A* aequo[m]st *A:* aequom si *B*, aecum si *CD* 469 quei *A* 470 *abhinc nomina personarum praebere solent CD, notas militis* L, *lenonis* Λ *B* 471 lenulle *Priscianus testatur 1, 109*, *Turnebi schedae* ('lenulle de illa pugna pentethronnica *aliquantulum tamen scriptura conturbata' adv. 15, 7*): ḷenullo *A*, lenuite *CD*, lennuite *B* illa *A*, *Priscianus* (*Turn. v. s.*): illac *P* pentetronica *AP*, *Turn. v. s.;* Ptenornithica *Gronovius, fort.* Ptenolatronica, *cf. Mil. 43, Herm. 18, 580* 472 quo *P* milliạ *A*, *cf. Trin. 152 Mil. 46* 473 occidimus *B*, *cf. 425* 474 ėuolati[c]orum (*cum puncto supra* e) *A*, euolaticorum (Λ uol. *B*) *P;* uolaticorumne *Guietus; cf. ad 470 Aul. 829 sim.* deico *A* 475 uiatici *P* 476 *praem.* P *B* 478 *cf. frg. inc. 70 G., Paulus 88,* farfarum *Plin. ind. 24, 85* 479 cui *A*, qui *P* ne ad fundas uịscus *AP*, *corr. Bothius* (ut ad f. uiscus ne *Luchsius*) *post v. 479 in B leguntur 547—608* 480 periuras *AP, cf. 1242* quippostea *B*, quipostea *CD*

ANTAM. In fundas visci indebant grandiculos globos,
eo illós volantis iussi funditarier.
quid multa verba? quemquem visco offenderant,
tam crebri ad terram áccidebant quam pira.
ut quisque acciderat, eum necabam ilico
per cerebrum pinna sua sibi, quasi turturem.
LYC. Si hercle istuc umquam factum est, tum me Iuppiter
faciat ut semper sacruficem nec umquám litem.
A. An mi haec non credis? L. Credo, ut mi aequomst credier.
age eamus intro. LYC. Dum exta referuntur, volo
narrare tibi etiam unam pugnam. LYC. Nil moror.
A. Ausculta. L. Non hercle auscultabo. A. Quo modo?
colaphis quidem hercle tuom iam dilidam caput,
nisi aut auscultas aut is in malam crucem.
LYC. Malam crucem ibo potius. ANTAM. Certumnest tibi?
LYC. Certum. ANTAM. Tum tu igitur die bonó Aphrodisiis
addice tuam mihi meretricem minusculam.
LYC. Ita res divina mihi fuit: res serias
omnis extollo ex hoc die in alium diem.
ANTAM. Profestos festos habeam decretum est mihi.
LYC. Nunc hinc eamus intro. sequere hac me. — ANTAM. Sequor.
in hunc diem iam tuos sum mercennarius. —

AGORASTOCLES III 1

Ita me di ament, tardo amico nihil est quicquam inaequius,
praesertim homini amanti, qui quidquid agit properat omnia.
sicut ego hos duco advocatos, homines spissigradissimos,

---

481 uisclindebant *A*, uis uindebant *P*, *corr. Gruterus* glandiculos *A* 482 eos *A*, ego *P*, *corr. Camerarius* 484. 485 c]rebr[i *A*: crebi *P* *de ixeutica agitur nec dubitari potest quid viscus effecerit. Bacch. 51. 1158* ad t. tam c. *Hermannus* 486 ⟨acta⟩ ilico *Muellerus; cf. Men. 156* 489 faciam *Nonius 424* nec *AP*: neque *Nonius; cf. 230* 490 aequmst credere *A*, est aecum (aequum *CD*) credier *P* 491 *militi tribuit D, lenoni continuant BC, corr. Brixius, cf. 502* referantur *A* 493 auscultabo *usque ad* (*v. sq.*) hercle *om. P* 494 eilidam *vel* dilidam *A*, elidam *P* 495 *prius* aut *om. P* 496 *cf. 799 Capt. 469 Men. 328* 497 aphrodiis *P* 500 ex *P, Nonius 407: om. A* 501—571 *deest A* 501 *sq. lenoni continuantur, nisi quod* L. sequor *B, corr. Gronovius* profectos, *corr. Scaliger* *post v. 503* agorastocles, *deinde* ADVLESCENS ADVOCATI · C · *B, qui adulescentem* A, *advocatos* H *littera notat scaena duplex est, brevior Plautinae substituta haec: 543—546. 567—577* 504 mediantent *B* nihili 505 qui *B e corr.*: que 506 duco duccatos *B* spissi grandissimus *CD*

tardiores quam corbitae sunt in tranquillo mari.
atque equidem hercle dedita opera amicos fugitavi senes:
scibam aetate tardiores, metui meo amori moram.
nequiquam hos procos mi elegi loripedis, tardissimos.
quin si ituri hodie estis, ite, aut ite hinc in malam crucem.
sicine oportet ire amicos homini amanti operam datum?
nam iste quidem gradus succretust cribro pollinario,
nisi cum pedicis condidicistis istoc grassari gradu.

ADVOCATI

Heus tu, quamquam nos videmur tibi plebeii et pauperes,
si nec recte dicis nobis, dives de summo loco,
divitem audacter solemus mactare infortunio.
nec tibi nos obnoxii [sumus] istuc, quid tu ames aut oderis:
quom argentum pro capite dedimus, nostrum dedimus, non tuom;
liberos nos esse oportet. nos te nihili pendimus,
ne tuo nos amori servos [tuos] esse addictos censeas.
liberos homines per urbem modico magis par est gradu
ire, servile esse duco festinantem currere.
praesertim in re populi placida atque interfectis hostibus
non decet tumultuari. sed si properabas magis,
pridie nos te advocatos huc duxisse oportuit.
ne tu opinere, haud quisquam hodie nostrum curret per vias,
neque nos populus pro cerritis insectabit lapidibus.
AGOR. At si ad prandium me in aedem vos dixissem ducere,
vinceretis cervom cursu vel gralatorem gradu;

507 corbitae *Nonius 533:* corditae in: et in *Nonius* 508 adque haec edita *B* fugit aut senes *CD* 509 sciebam aetati; *cf. 256* tardiores *om. relicto spatio B* 510 procos *cf. Festus 249, Zanderus vers. Ital. ant. 85* 511 estis hodie *CD* aut ite *ς:* audite 514 condidicisti (—tei *D*, conde dicisti *B*, *cf. 554*) sis occrassari, *corr. Lambinus* (*'sic habent nostri codices antiqui'*) 515 A *praem. B* (*errore*) 516 net *B* suum mo *B* 517 aucdacter *B* 518 obnixii *BC*[1] [sumus] *Bothius* 521 [tuos] *Pylades* 522 perturbem *B* 523 seruili *D*, seruuli *C fort. recte, velut Most. 190* duco *cf. 567. 609. 728. 733, Langrehrius de Pl. Poen. 19. singularis non magis offendit quam in Atticorum choris* 524 adque *B* *cf. Truc. 75* 525 tumultuari *cf. Langenus symb. 67* set *B* 529 ad si aedem *cf. Trin. 468* 530 ceruum cursu: circum curso *Varro de l. l. 7, 69* (*F*), cursu ceruas *Paulus 97* (*cf. ad 532*) uel *CD, Varro:* el *B*, et *Paulus, Turnebi schedae 3, 11* (*15, 7* uel *non certis verbis testatur*); *cf. Langenus symb. 78* gralatorem *Varro:* grallatorem *Paulus* (*cf.* grullatores *corp. gloss. 2, 36, 3*, grauatores *Placidus 5, 24, 23 etc.*), glabatorem (*ortum ex* glaratorem, *cf. Nonius 115*) *CD*, clabatorem *B*, clauatorem *Turnebi schedae*

nunc vos quia mihi advocatos dixi et testis ducere,
podagrosi estis ac vicistis cochleam tarditudine.
ADV. An vero non iusta causa est, quor curratur celeriter
ubi bibas, edas de alieno quantum velis usque ad fatim,
quod tu invitus numquam reddas domino, de quoio ederis?
sed tamen cum eo cum quiqui, quamquam sumus pauperculi,
est domi quod edimus, ne nos tam contemptim conteras.
quidquid est pauxillulum illuc, nostrum id omne, non tuomst,
neque nos quemquam flagitamus neque nos quisquam flagitat.
tua causa nemo nostrorumst suos rupturus ramites.
AGOR. Nimis iracundi estis: equidem haec vobis dixi per iocum.
ADV. Per iocum itidem dictum habeto quae nos tibi respondimus.
[AGOR. Obsecro hercle, operam celocem hanc mihi, ne corbitam date;
attrepidate saltem, nam vos adproperare haud postulo.
ADV. Si quid tu placide otioseque agere vis, operam damus;
si properas, cursores meliust te advocatos ducere.]
AGOR. Scitis rem, narravi vobis quod vestra opera mi opus siet,
de lenone hoc, qui me amantem ludificatur tam diu,
ei paratae ut sint insidiae de auro et de servo meo.
ADV. Omnia istaec scimus iam nos, si hi spectatores sciant;
horunc hic nunc causa haec agitur spectatorum fabula:
hos te satius est docere, ut, quando agas, quid agas sciant.

532 cocleam tarditune *Nonius 181* (*s.* tarditudine) quodagrosi estis cocleas (*cf. 530*) tarditudine 533 H *non huic sed sq. versui praem. B* an *Dousa:* ad *BC,* at *D* iuxta *B* quo, *corr. Ritschelius* celiriter *B* 534 edas: et das *B* uelis *CD: om. B,* uis *Geppertus* 535 quio *B,* quo *CD, corr. Bergkius* 536 quom *utrubique B, priore loco CD* quiqui *B:* cui *CD cf. 588; Buechelerus in Woelfflini arch. 1, 280* 537 nos tam: nostram *B* contemptim *om. Nonius 507* 538 pauxillum *B* non tuumst *Bentleius:* intus est 539 quemquam: quam quam *C* 540 nostrorum si *codd.,* nostrum est *Nonius 166* rupturos ramices *Nonius, cf. ad Merc. 138* 542 dicta *Bentleius; cf. 913. Epid. 240, ad Bacch. 126* 543 *v. ad v. 503; cf. 507* celocem *Nonius 533 bis* (*s.* celox *et* corbita): uelocem ne: nec *Nonius bis* 544 attrepitate *CD* adprobare *CD* *attrepidare per iocum finxit; non ad corbitas trepidationem refert* (*cf. Schuethius 27 Langenus stud. Pl. 339*), *sed postquam dixit 'celoces este non corbitae', hoc addit: si ut celoces properare nequitis, spissos vestros gradus accelerate saltem, i. e. attrepidate* 546 melius si *cum hoc v. cohaeret v. 567* 547 quod *cf. ad Asin. 52;* quid *Vssingius* operamini opus 550 staec *B* speccatores *B* sciant *cf. ad Curc. 299, Lindskogius de enunt. condic. 81* 551 horunt *B,* horum *CD* hinc *BD,* huic *C, corr. Pylades* agitur haec *CD* *cf. Pseud. 720* 552 quid agant, *corr. Acidalius*

nos tu ne curassis: scimus rem omnem, quippe omnes simul
didicimus tecum una, ut respondere possemus tibi.
AGOR. Ita profecto est. sed agite igitur, ut sciam vos scire rem,
expedite [et] mihi quae vobis dudum dixi dicite.
ADV. Itane? temptas an sciamus? non meminisse nos ratu's,
quo modo trecentos Philippos Collybisco vilico
dederis, quos deferret huc ad lenonem inimicum tuom,
[isque] sé ut assimularet peregrinum esse aliunde ex alio oppido?
ubi is detulerit, tu eo quaesitum servom advenies tuom
cum pecunia. AGOR. Meministis memoriter, servastis me.
ADV. Ille negabit: Milphionem quaeri censebit tuom;
id duplicabit omne furtum. leno addicetur tibi.
ad eam rem nos esse testis vis tibi. AGOR. Tenetis rem.
ADV. Vix quidem hercle, ita pauxilla est, digitulis primoribus.
AGOR. [Hoc cito et cursim est agendum. propera iam quantum potest.
ADV. Bene vale igitur. te advocatos meliust celeris ducere;
tardi sumus nos. AGOR. Optime itis, pessime hercle dicitis.
quin etiam deciderint vobis femina in talos velim.
ADV. At edepol nos tibi in lumbos linguam atque oculos in solum.
AGOR. Heia, hau vostrumst iracundos esse, quod dixi ioco.
ADV. Nec tuom quidem est amicis per iocum iniuste loqui.
AGOR. Mittite istaec. quid velim vos, scitis. ADV. Callemus probe:
lenonem ut periurum perdas, id studes. AGOR. Tenetis rem.]
euge, opportune egrediuntur Milphio una et vilicus.
basilice exornatus incedit et fabre ad fallaciam.

---

554 dedicimus possimus, *correxi* 555 sed: o set *B* ui *B* 556 [et] *Lambinus, Ritschelius: cf. Men. 176 Truc. 790* 557 nos ratus *Camerarius:* nostratus *B*, nostra *CD* 558 collibisco *D*, collabisco *BC* 560 isque *induxi* 561 seruom quaesitum *Bothius* aduentes, *corr. Bothius* 562 qum penicunia *B* 564 dublicabit *B* omne *cf. 184. 738* 565 esse estis 566 ita ⟨res⟩ *Ritschelius*, ita est p. *Geppertus* 567—575 *dittographiam agnovit Weisius* 568 aduocatus melius, *corr. Geppertus* 570 femina uobis *Ritschelius* 571 tibi nos *Bothius cf. Men. 156* 572 *accedit A* [eia ha]ụ [ues]ṭrụṃst *A* haud *B*, aut *CD* 573 nẹ *A* 574 miṭṭẹ ịsṭẹc quid uelimus sciṭis *A* callemus *cf. 578* 575 ut peṛiurum *AB*[2]*:* ut periurem *B*[1], periurum ut *CD* studeas *CD, A n. l.* 576 euce *vel* euge *A:* ecce *P; cf. Langenus symb. 4* oportune *P* 577 bassilice *A* incedit *P*, cedit *potius quam* incedit *A, cf. ad Asin. 405* *subicit* Milphio collabiscus agorastocles *B*, *deinde* SERVOS VILICVS ADVLESCENS ADVOCATI · C ·; *in A tituli reliquiae* COLLYBISC[V]S *t. Loewio, dubitat Studemundus* *personas servi* B, *vilici* Θ, *adulescentis* A, *advocatorum* H *notat B*

MILPHIO III 2

Iam tenes praecepta in corde?

COLLYBISCVS

Pulchre. MIL. Vide sis calleas.
COLL. Quid opust verbis? callum aprugnum callere aeque non sinam.
MIL. Fac modo ut condocta tibi sint dicta ad hanc fallaciam.
COLL. Quin edepol condoctior sum, quam tragoedi aut comici.
MIL. Probus homost. AGOR. Adeamus propius. MIL. Adsunt testes?
AGOR. Tot quidem.
MIL. Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos.
nam istorum nullus nefastust: comitiales sunt meri;
ibi habitant, ibi eos conspicias quam praetorem saepius.
hodie iuris coctiores non sunt qui lites creant,
quam hi sunt, qui si nihil est quicum litigent, lites emunt.
ADV. Di te perdant. M. Vos quidem hercle — cum eo cum quiqui tamen
et bene et benigne facitis, quóm ero amanti operam datis.
sed isti iam sciunt, negoti quid sit? AGOR. Omne in ordine.
MIL. Tum vos animum advortite igitur. hunc vos lenonem Lycum
novistis? ADV. Facile. COLL. At pol ego eum, qua sit facie, nescio.
eum mihi volo demonstretis hominem. ADV. Nos curabimus.
satis praeceptumst. AGOR. Hic trecentos nummos numeratos habet.
ADV. Ergo nos inspicere oportet istuc aurum, Agorastocles,
ut sciamus quid dicamus mox pro testimonio.
COLL. Agite, inspicite. ADV. Aurum est profecto hoc, spectatores, comicum:
macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boves;
verum ad hanc rem agundam Philippum est: ita nos adsimulabimus.

---

579 opust *A:* opus si *P*, opus *Nonius 258* uerb[ẹịṣ] *A* ạpru[g]nuṃ *A:* aprunum *Nonius*, apugnum *P; cf. Pers. 305* 582 [adeam]us *A:* ad eam *P* propị[u]ṣ *AD:* proprius *BC* adsunt t. *Agorastocli continuatur*, tot quidem non *e. q. s. Milphioni tribuuntur, correxi* qu[id]e *A* 584 nefastust *D:* nefastus st *BC*, [n]ẹfạṣṭ[u]ṣ ẹst *A* 586 ịụrị[s] *AB: om. CD* ç[o]çṭịọṛẹṣ *AP:* doctiores *ς; iocum explicavit Turnebus adv. 15, 7: coctiores, non doctiores, dicit ad ius culinarium adludens, cum genetivo iungit quasi doctiores* 587 quicum litigent lites emunt *A:* litium lites semunt *P* (ipsis litium, l. e. *Kienitzius*) 588 dei *A* cum eo cum: quo meo (o *ex* do *C*) quom (quum *B*) *P*, cum·ọdum (*pro* d *fort.* o, c, g) *A* 590 omne in ordinem *A*, omnem in ordine *P*, *corr. ς;* omnem rem ordine *Camerarius; cf. ad Mil. 875, Pseud. 676* 592 c.: B *B* 593 uolo mihi *P* 594 praeceptunst *A*, praeceptum *P* 597 hoc *Geppertus:* hic (*non* hoc) *A*, *om. P* 599 aḅ *A* agundum est philippum est ita nos adsimulemus *A*

Coll. Sed ita adsimulatote quasi ego sim peregrinus. Adv. Scilicet,
et quidem quasi tu nobiscum adveniens hodie oraveris,
liberum ut commostraremus tibi locum et voluptarium,
ubi ames, potes, pergraecere. Coll. Eu, edepol mortales malos.
Agor. Ego enim docui. Mil. Quis te porro? Coll. Agite intro abite,
Agorastocles,
ne hic vos mecum conspicetur leno neu fallaciae
praepedimentum obiciatur. Adv. Hic homo sapienter sapit.
facite quod iubet. Agor. Abeamus. sed vos — Adv. Satis dictumst. abi.
Agor. Abeo. Adv. Quaeso, di immortales, quin abis? Agor. Abeo. —
Adv. Sapis.
Coll. St,
tace. Adv. Quid est? Coll. Fores haé fecerunt magnum flagitium modo.
Adv. Quid ⟨id⟩ est flagiti? Coll. Crepuerunt clare. Adv. Di te perduint.
pone nos recede. Coll. Fiat. Adv. Nos priores ibimus.
Coll. Faciunt scurrae quod consuerunt: pone sese homines locant.
Adv. Illic homo est, qui egreditur, leno. C. Bonus est, nam similis malist.
iam nunc ego illi égredienti sanguinem exsugam procul.

LYCVS III 3

Iam ego istúc revortar, miles: convivas volo
reperire nobis commodos, qui una sient;
interibi attulerint exta, atque eádem mulieres
iam ab re divina credo apparebunt domi.
sed quid huc tantum hominum incedunt? ecquidnam adferunt?
et illé chlamydatus quisnam est, qui sequitur procul?
Adv. Aetoli cives te salutamus, Lyce,

---

601 hodie *om. A* 602 commonstraremus *P* uoltarium *A* 603 *Θ B:* (*om. CD*), M. ς 604—634 *deest A* 604 agorastodes *B* (*item 595*) 605 nec *ante corr. B* 606 ADV. *Seyffertus stud. Pl. 3:* A *B*, (*om. CD*), M. ς domo *CD* 607 lubet AG. *Angelius: om.* ADV. *Vssingius: om.* 608 ADV. *Bothius* (*ante* di): *om.* H quin *B* B sapis *B, corr. Ritschelius* 609 si tace C. ς: A *B* hi fecerint *B* 610 ⟨id⟩ *Acidalius* 612 faciun *B* consueuerunt pones esse *B* *cf. Festus 294* 613 malus est *CD*, est *B*, *corr. Ritschelius* (malo est *Camerarius*) 614 illic *Ritschelius* *subscr.* lycus collabiscus, *deinde* LENO ADVOCATI VILICVS DV *B;* LICVS LENO ADVOCATI COLLABISCVS VILLICVS II D^2, *om.* CD^1 *personas lenonis* E, *advocatorum* H, *vilici Θ notat B* 615 istuc ego, *corr. Bothius; cf. Brixius Fleckeiseni ann. 101, 776* reuotar *B* 616 repperire *BC* qui *om. CD* 617 attulerunt *CD* adque *B* 618 diuiua *BD*, diuuia *C* 619 et quidnam *B* 620 chlamidatus (cl. *CD*) sequetur *post v. 622 legitur* et quamquam *sq. versus 639, hinc eiecit Bentleius*

quamquam hanc salutem ferimus inviti tibi.
Lyc. Fortunati omnes sitis, quod certo scio
nec fore nec fortunam id situram fieri.
Adv. Istic ést thensaurus stultis in lingua situs,
ut quaestui habeant male loqui melioribus.
Lyc. Viam qui nescit, qua deveniat ad mare,
eum oportet amnem quaerere comitem sibi.
ego male loquendi vobis nescivi viam:
nunc vos mihi amnes estis; vos certum est sequi:
si bene dicetis, vostra ripa vos sequar,
si male dicetis, vostro gradiar limite.
Adv. Malo bene facere tantundemst periculum
quantum bono male facere. Lyc. Qui vero? Adv. Scies.
malo si quid bene facias, [id] beneficium interit;
bono si quid male facias, aetatem expetit.
Lyc. Facete dictum. sed quid istúc ad me attinet?
Adv. Quia nos honoris tui causa ad te venimus,
quamquam bene volumus leniter lenonibus.
Lyc. Si quid boni adportatis, habeo gratiam.
Adv. Boni de nostro tibi nec ferimus nec damus
neque pollicemur, neque adeo volumus datum.
Lyc. Credo hercle vobis: ita vestra est benignitas.
sed quid nunc voltis? Adv. Hunc chlamydatum quem vides,
ei Mars iratust. Coll. Capiti vestro istuc quidem.
Adv. Nunc hunc, Lyce, ad te diripiundum adducimus.
Coll. Cum praeda hic hodie incedet venator domum:
canes compellunt in plagas lepide lupum.

---

624 foren et *B*, fore et *CD*, *corr. Pylades* sisaturam *D*, s•itaturam (t *eras.*) *C* 625 *vel* iste in lingua situs *om. B* 626 loqui *bis B* 627 L. *om.* 630 amnis *Brixius* 631 uos ripa *Bothius* 632 lymite *B* *non ripas discernit, sed utcumque locuturi sint, eorum cursum se sequi velle dicit; amnem in ripa meantes sequimur* (*cf. Langrehrius de Pl. Poen. 19, Langenus stud. Pl. 340*) 633 tantundem (– de *B*) si 634 quid 635 *accedit A* bene *P:* malẹ *A* id beneficium interit (id *del. Bentleius*) *P:* aetatem expetit *A* *cf. 812 sq.* 636 quidè *sic A* etatem expetis *A* 638 atte *A*, huc adte *P* tui honoris causa huc ad te *Reizius*, *atque sic* tui h. c. *poni solet, sed cf. Amph. 867 Asin. 191;* huc ad te *cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 205 sq.* 639 *cf. ad 622* 640 adportastis *A* 641 boni *cf. Most. 1017 Ter. Phorm. 709; vind. Plaut. 8* damus *A:* damus tibi *P* 642 necque pollicemur *A* 643 uobeis *A* 644 A.: *spat. om. A* clamidatum *CD* 645 iratus est *P* 646 hunc nunc *P* diripiendum *P* 647 C. *Acidalius: om.* raeda *B*, reda *CD* 648 lupum *A:* lycum *P; cf. 776. 646*

Lyc. Quis hic est? Adv. Nescimus nos quidem istum qui siet;
nisi dudum mane ut ad portum processimus,
atque istum e navi éxeuntem oneraria
videmus. adiit ad nos extemplo exiens;
salutat, respondemus. Coll. Mortalis malos,
ut ingrediuntur docte in sycophantiam.
Lyc. Quid deinde? Adv. Sermonem ibi nobiscum copulat.
ait sé peregrinum esse huius ignarum oppidi;
locum sibi velle liberum praeberier,
ubi nequam faciat. nos hominem ad te adduximus.
tu si te di amant, agere tuam rem occasiost.
Lyc. Itane? Adv. Ille est cupiens, aurum habet. Lyc. Praeda haec meast.
Adv. Potare, amare volt. Lyc. Locum lepidum dabo.
Adv. At enim hic clam furtim ésse volt, ne quis sciat
neve arbiter sit. nam hic latro in Sparta fuit,
ut quidem ipse nobis dixit, apud regem Attalum;
inde huc aufugit, quoniam capitur oppidum.
Coll. Nimis lépide de latrone, de Sparta optume.
Lyc. Di deaeque vobis multa bona dent, quom mihi
et bene praecipitis et bonam praedam datis.
Adv. Immo ut ipse nobis dixit, quo accures magis,
trecentos nummos Philippos portat praesidi.
Lyc. Rex sum, si ego illum hodie ad me hominem adlexero.
Adv. Quin hic quidem tuos est. Lyc. Opsecro hercle hortamini,
ut devortatur ad me in hospitium optumum.
Adv. Neque nos hortari neque dehortari decet
hominem peregrinum: tuam rem tú ages, si sapis.
nos tibi palumbem ad aream usque adduximus:
nunc te illum meliust capere, si captum esse vis.
Coll. Iamne itis? quid quod vobis mandavi, hospites?

---

649 istum quidem *P* 650 manę *A:* a mane *P, cf. Cic. epist. 9, 26, 3, Varro de re r. 3, 9, 10* 651 exiuntem *B* 655 copulant *P* 658 faciet *P* 659 sei te dei *A* agere *AP: age Acidalius; similis anacoluthia Pseud. 855 Bacch. 420. 1108; cf. ad Culic. p. 31* 660 itane — cupiens *Lyci,* a. h. *advocatorum, corr. Seyffertus Burs. ann. 80, 289* 661 noli *P, item 662, cf. 1021* 662 ad *B* ⟨se⟩ esse *Muellerus* sciant *P* 663 siparta *P* 664 nobeis *A* 665 huc *Camerarius:* nunc *P, om. A* 669 accurres *AP* 670 praesibi *AP, corr. Gulielmius* 671 ad me *om. A* mallexero *P* 672 Est *post spat.* (*deinde om. pers.*) *P:* sum *A* 676 usquae *A* 677 melius *AP, corr. Geppertus* castum *P* 678 uobeis *A*

ADV. Cum illoc te meliust tuam rem, ádulescens, loqui:
illic ést ad istas res probus, quas quaeritas.
COLL. Videre equidem vos vellem, quom huic aurum darem.
ADV. Illinc procul nos istuc inspectabimus.
COLL. Bonam dedistis mihi operam. LYC. It ad me lucrum.
COLL. Illud quidem quorsum asinus caedit calcibus.
LYC. Blande hominem compellabo. hóspes hospitem
salutat. salvom te advenire gaudeo.
COLL. Multa tibi di dent bona, quom me salvom esse vis.
LYC. Hospitium te aiunt quaeritare. COLL. Quaerito.
LYC. Ita illi dixerunt, qui hinc a me abierunt modo,
te quaeritare a muscis. COLL. Minime gentium.
LYC. Quid itá? COLL. Quia ⟨a⟩ muscis si mi hospitium quaererem,
adveniens irem in carcerem recta via.
ego id quaero hospitium, ubi ego curer mollius,
quam regi Antiocho óculi curari solent.
LYC. Edepol ne tibi illud possum festivom dare,
siquidém potes ésse te pati in lepido loco,
in lecto lepide strato lepidam mulierem
complexum contrectare. COLL. Is, leno, viam.
LYC. Vbi tu Leucadio, Lesbio, Thasio, Chio,
vetustáte vino edentulo aetatem inriges;
ibi ego te replebo usque unguentum geumatis,
quid multa verba? faciam, ubi tu laveris,
ibi ut bálneator faciat unguentariam.
sed haec latrocinantur, quae ego dixi, omnia.
COLL. Quid itá? LYC. Quia aurum poscunt praesentarium.

---

679 quom *B* melius *P* rem tuam *Guietus* 682 illic *A* 686 † saluom *A* 687 dei *A* quom *A:* quo *B,* cum *CD* 688 hos[pit]um *A* 689 quei *A* 690 minime *P:* ah minime *A* (*sequenti versui praepositio adiecta videtur et interiectio huc male inlata*) 691 a *om. AP cf. Truc. 64 Merc. 361* (*Truc. 284*)*; sed iocus qui sit non apparet. cf. Lindsay in Woelfflini arch. 8, 442* 692 irem *A:* huc irem *P* 693 hostium *P* 694 oculi *AB, om. CD;* ocelli *Goetzius Loewius. nihil mollius quam oculos curamus, ut nihil magis quam oculos amamus* 695 illum *AP* (*post* possum *CD*), *corr.* ς*;* illum *ad* locum *pertinere non potest* 696 te *om. P;* potes pati esse te *Bothius* 697 lepidam *P:* et lepidam *A* 698 contractare *P* inis *Bothius* uia *A ut vid.* 699 lesbio *A:* los bio *B,* lespia *C,* lebia *D* chio *A:* choo *P; cf. ad Curc. 78* 701 ego te *A:* te *P; cf. Capt. 918 genetivus a verbo pendet, cf. ad Merc. 795* egeumatis *P,* cheumatis *Ritschelius* 702 laueres *A* 703 balniator *A* 705 quid iam *Acidalius, cf. Luchsius Herm. 8, 114*

COLL. Quin hercle accipere tu non mavis quam ego dare.
ADV. Quid si evocemus huc foras Agorastoclem,
ut ipsus testis sit sibi certissumus?
heus tu, qui furem captas, egredere ocius,
ut tute inspectes aurum lenoni dari.

AGORASTOCLES III 4

Quid est? quid voltis, testes? ADV. Specta ad dexteram.
tuos sérvos aurum ípsi lenoni dabit.
COLL. Age, accipe hoc sis: hic sunt numerati aurei
trecenti nummi, qui vocantur Philippei.
hinc me procura; propere hosce apsumi volo.
LYC. Edepol fecisti prodigum promum tibi.
age, eamus intro. COLL. Te sequor. LYC. Age, age, ambula,
ibí, quae reliqua, alia fabulabimur.
COLL. Eadém narrabo tibi res Spartiaticas.
L. Quin sequere me ergo. — C. Abduc intro. addictum tenes. —
AGOR. Quid nunc mi auctores estis? ADV. Vt frugi sies.
AGOR. Quid si animus esse non sinit? ADV. Esto ut sinit.
AGOR. Vidistis, leno quom aurum accepit? ADV. Vidimus.
AGOR. Eum vos meum esse servom scitis? ADV. Scivimus.
AGOR. Rem adversus populi saepe leges? ADV. Scivimus.

---

706 quin *A:* qui *P* *post hunc v. haec sunt in P:*
L. quin sequere me intro. Θ duc me ergo intro. addictum tenes *720*
quid si euocemus huc foras agorastoclen *707*
ut ipse testis sit sibi certissimus *708*
(*CD: pers. spatia;* ergo me; foras huc agorastoclem; certi sumus); *haec in A:*
quid si euocemus huc foras agorastoclem *707*
quin sequere me intro duc me ergo intro *720*
si exierit leno quid tum hominem interrogem *730*
ut ipsus testis sit sibi certissumus *708*
in quo versu desinit A, iterum incipit in v. 746 *versus 720 lectio in AP differt ab altero loco, ergo vetustior est translatio, fortasse decurtandae scaenae facta* 709 qui furem *CD:* quis tu rem *B* 710 dare, *corr. Bentleius* *post h. v.* agorastocles, *deinde* ADVLESCENS IDEM DV *B,* agorastocles adolescens eidem *D*[2], *om. CD*[1] *Agorastoclis nota* A *B* 712 ⟨iam⟩ ipsi *Geppertus* dabat, *corr. Pylades* 713 hic *ς, scil.* heic: se ic *BC,* se hic *D* 714 philippi, *corr. Pylades, cf. 781; Langenus symb. 87sq.* 715 propera *CD* 716 prodigium *CD* 718 ibique reliqua 719 spartiacas *CD* 720 *cf. ad v. 706* 721 auctoris *B* sies *ς:* spes 722 ⟨ita⟩ ut *Muellerus, cf. ad Amph. 719* 723 quom *B,* cum *CD, fort.* a quo 724 scimus, *corr. Camerarius* 725 saepe leges *cf. Pers. 385* (*aliter Andr. 175*); *fort.* scita leges

AGOR. Em istaec volo ergo vos commeminisse omnia,
mox quom ad praetorem úsus veniet. ADV. Meminimus.
AGOR. Quid si recenti re aedis pultem? ADV. Censeo.
AGOR. Si pultem, non recludet? ADV. Panem frangito.
AGOR. Si exierit leno, quid tum? hominem interrogem,
meus sérvos ad eum veneritne? ADV. Quippini?
[AGOR. Cum auri ducentis nummis Philippis? ADV. Quippini?
AG. Ibi extémplo leno errabit. AD. Qua de re? AG. Rogas?
quia centum nummis minus dicetur. ADV. Bene putas.
AGOR. Alium censebit quaeritari. ADV. Scilicet.]
AGOR. Extemplo denegabit. ADV. Iuratus quidem.
AG. Homo fúrti sese adstringet. AD. Hau dubium id quidemst.
AGOR. Quantum quantum ad eum erit delatum. ADV. Quippini?
AGOR. Diespiter vos perduit. ADV. Te quippini?
AGOR. Ibo et pultabo ianuam iam. ADV. Quippini?
AGOR. Tacendi tempus est, nam crepuerunt fores.
foras égrediri video lenonem Lycum.
adeste quaeso. ADV. Quippini? + si voles
operire capita, ne nos leno noverit,
qui illi malae rei tantae fuimus inlices.

LYCVS III 5

Suspendant omnes nunciam se haruspices,
quam ego illis posthac quod loquantur creduam,
qui in re divina dudum dicebant mihi

---

726 hem *CD* ego uos meminisse *Charisius 240* 727 quum *B*, cum *CD* ad praetorem quom *Geppertus* memiminimus *B* 728 *cf. ad 523* 730 *cf. ad 706* (*A*) quid tum *A:* censerit *B*, censent (—eo *C ante corr.*) *CD*, *i. e.* censen 731 seruos *Geppertus:* seruosi *B*, seruus si *CD* 732—735 *spurios esse apparet, pugnant cum 181sq. 561sq. 761sq.; cf. Schuethius de Poen. 27, Langenus stud. Pl. 341; interpolatio facta fortasse ut alia de eisdem rebus omitti possent* 732 quom *B* 733 cerrabit *B* 734 diceretur, *corr. Pylades* 737 furti sese *Pareus:* furtis est (es C^1B^2, e C^2D^2) adstringit haud *C*, aud *B* quidem *CD*, quid est *B*, *corr. Camerarius* 739 *post* 740 *posuit Acidalius* 739 *imprecatur eis propter repetitum* quippini 740 iam. AG. quippini? *L.:* ita quippini? *advocatorum* 742 egredier *B*, egredietur *CD*, *corr. Brixius* (*ad Men. 754*) 743 sed *vel* nisi prius lubet *Seyffertus*, *fort.* sed usui est 744 nouerit: *post spat.* rit *CD* 745 qui *B:* cui *CD* malae (-rę *C*) ire it ante (ante *om. C*) inlyces *B* *Nonius 447* quid illi tantae rei fumus illix *addit* lycus. agorastocles, *deinde* LENO ADOLESCENS ADVOCATI DV *B*, Licus leno Agorastocles Advocati D^2, *om.* CD^1, *vers. vac. A* 746 *accedit A* sese *A*

malum damnumque maximum portendier:
is explicavi meam rem postilla lucro.
Agor. Salvos sis, leno. Lyc. Di te ament, Agorastocles.
Agor. Magis mé benigne nunc salutas quam antidhac.
Lyc. Tranquillitas evenit, quasi navi in mari:
utquomque est ventus, exim velum vortitur.
Agor. Valeant apud te quos volo; atque haud te volo.
Lyc. Valent ut postulatumst, verum non tibi.
Agor. Mitte ad me, si audes, hodie Adelphasium tuam,
die fésto celebri nobilique Aphrodisiis.
Lyc. Calidum prandisti prandium hodie? dic mihi.
Agor. Quid iam? Lyc. Quia os nunc frigefactas, quom rogas.
Agor. Hoc age sis, leno. servom esse audivi meum
apud te. Lyc. Apud me? numquam factum reperies.
Agor. Mentire. nam ad te venit aurumque attulit.
ita mihi renuntiatumst, quibus credo satis.
Lyc. Malus es, captatum me advenis cum testibus.
tuorum apud me nemost nec quicquam tui.
Agor. Mementote illud, advocati. Adv. Meminimus.
Lyc. Hahahae, iam teneo quid sit, perspexi modo.
hi qui illum dudum conciliaverunt mihi
peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum uritur,
me esse hos trecentos Philippos facturum lucri.
nunc hunc inimicum quia esse sciverunt mihi,
eum adlegarunt, suom qui servom diceret
cum auro esse apud me; compositast fallacia,
ut eo me privent atque inter se dividant.
lupo agnum eripere postulant. nugas agunt.
Agor. Negasne apud te esse aurum, nec servom meum?

---

750 is *scil. cui malum portendi dicebant* explicauit *A* 751 ḍei *A* 753 euenẹt *A* quasị nautin *A*, quast naui in *P* 754 est *om. A, cf. Epid.* 49 755 ualent *A* 756 postulatum si *P*, postulanṭ[um] est *A* 758 afrodisiis *B* 760 os *A:* hos *P* 762 apud me numquam *AD:* apud numquam me, *sed correctum, C,* aput nunquam *B* repperies *P* (p *alt. s. scr. B*) 763 maurumque *P* 765 es *P:* esṭ *A* ad uenit *B*[1]*C* qum *B* 767 illuc *P* 768 ha ha he *CD,* [hahe] *A* perspexit *CD,* perpexit *B* 770 ḥịṣ cerebrum uritur *A, Turnebi schedae* (*adv.* 19, 12 *ext.*), hisce | crebro auritur *CD, om. B* 773 adlegauerunt *P* 774 quom *B* 775 *inter* priuent *et* atque *aliquid velut* auro *fuisse videtur A* adque *BC* 777 nec *P:* ne *A* (*fort.* c *super sq.* s)

LYC. Nego: et negando, si quid refert, ravio.
ADV. Periisti, leno. nam istest huius vilicus
quem tibi nos esse Spartiatam diximus,
qui ad te trecentos Philippeos modo detulit.
idque in istoc adeo aúrum inest marsuppio.
LYC. Vae vostrae aetati. ADV. Id quidem ⟨in⟩ mundo est tuae.
AGOR. Age omitte actutum, furcifer, marsuppium:
manifesto fur es mihi. quaeso hercle, operam date,
dum me videatis servom ab hoc abducere. —
LYC. Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario.
consulto hoc factum est, mihi ut insidiae fierent.
sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem,
prius quam hínc optorto collo ad praetorem trahor?
eheu, quom ego habui háriolos haruspices;
qui si quid bene promittunt, perspisso evenit,
id quod mali promittunt, praesentarium est.
nunc ibo, amicos consulam, quo me modo
suspendere aequom censeant potissimum. —

AGORASTOCLES III 6

Age tu progredere, ut [testes] videant te ire istinc foras.
estne hic meus servos?

COLLYBISCVS

Sum hercle vero, Agorastocles.
AGOR. Quid nunc, sceleste leno? ADV. Quicum litigas
apscessit. AGOR. Vtinam hinc abierit malam crucem.

---

778 rauio *A*, *Turnebi schedae* (*adv. 19, 12 ext.*): $\overset{r}{\text{a}}$ · uio (o *ex* a) *B*, auio *CD*; *de prosodia* (rauciam *Schuethius de Poen. 42*, rauiero *L. Muellerus ad Non. 164*) *cf. Cist. 304 Aul. 336; sed Apollinaris Sid. p. 140, 49; 165, 78; 230, 122* rāuus rāuulus 779 pẹrịṣṭị *A* 780 spartiatem *AD*, sparuatem *BC*, *corr. Vssingius* 781 ad te *A*: atte *B*, a te *CD* philippẹos *A*: philippos *P* modẹ *A* *expectatur* trecentos nummos Philippos detulit 782 adeo in istoc *Pylades* marsupio *BD* 783—849 *deest A* 783 ue *CD* uostra *B* istuc quidem *Luchsius comm. pros. 2, 6* ⟨in⟩ *Pylades* 784 marsupium 785 *cf. 184* 790 hinc *om. CD* 791 quam *Nonius 392* *cf. ad. Asin. 579* 792. 793 qui si (quia *Nonius*) quid (quit *B*) bene promittunt praesentarium (praesentiarum *CD*, praesentari *Nonius*) est, *supplet Nonius 392.* boni *ς* perspesso *Noni codicum pars*, id quid *item* 795 aequm *C*, aequum *D* *addit* agorastocles. colybiscus, *deinde* ADVLESCENS VILICVS ADVOCATI *B*, Agorastocles adol. collabiscus uillicus aduocati II *D*[2], *om. CD*[1] 796 age tu *ς*: agetur; *hoc potius ut ex Agorastoclis nomine ortum del. Spengelius T. M. Pl. 43 sq.* [testes] *Bentleius* 797 seruus meus *CD* sum me hercle, *corr. Acidalius* 798 ADV.: o *D*[2] quiquom *B* 799 aberit

ADV. Ita nos velle aequom est. AGOR. Cras subscribam homini dicam.
COLL. Numquid me? AGOR. Apscedas, sumas ornatum tuom.
COLL. Non sum nequiquam miles factus; paululum
praedae intus feci: dum lenonis familia
dormitat, extis sum satur factus probe.
abscedam hinc intro. — AGOR. Factum a vobis comiter.
bonam dedistis, advocati, operam mihi.
cras mane, quaeso, in comitio estote obviam.
tu sequere me intro. vos valete. — ADV. Et tu vale.
iniuriam illic insignite postulat:
nostro servire nos sibi censet cibo.
verum ita sunt * isti nostri divites:
si quid bene facias, levior pluma est gratia,
si quid peccatumst, plumbeas iras gerunt.
domos abeamus nostras, sultis, nunciam,
quando id, quoi rei operam dedimus, impetravimus,
ut perderemus corruptorem civium. —

MILPHIO IV 1

Exspécto quo pactó meae techinaé processuraé sient.
studeo hunc lenonem perdere, qui meum erum miserum macerat,
is me autem porro verberat, incursat pugnis, calcibus:
servire amanti miseria est, praesertim qui quod amat caret.
attat, e fano recipere video se Syncerastum,
lenonis servom; quid habeat sermonis auscultabo.

SYNCERASTVS IV 2

Sátis spectatum est, deos atque homines eius neglegere gratiam,
quoí hominí erus est consimilis velut ego habeo hunc huius modi.

---

800 aequm *C*, aequum *BD* crassus scribam 801 num qui ornamentum *B* 803 preda *CD* 805 A.: o *D*[2] 808 *del. Geppertus propter v. 801 et 805, nec satis est removere v. 805 (Langenus stud. Pl. 342); 806—808 pro 801—805 positos esse coniecit Langrehrius de Poen. 20* 810 nostros sibi nos *CD* 811 sunt ⟨omnes⟩ *Pylades*, ⟨morati⟩ *Palmerus Hermath. vol. 5, 61sq. (coll. Truc. 99 Asin. 390)* uostri *Bachius in Studemundi stud. 2, 259* 812 grauia 813 peccatum si *B* 814 habeamus stultis *CD* nuntiam *B* 815 quoire (*scil. dativus* re) *CD*, quodrei *ante corr. B* 816 mylphio *addit, deinde* SERVOS c. *B*, Milfio seruus *D*[2], *om. CD*[1] 817 pacco *B* mea et ethine (ehinę *CD*), *cf. Ritschelius op. 2, 473* sierit *B* 818 qui *ς:* iut *B*, ut *CD* 820 presentim *BC* 821 sincerastum 822 sermones 823 SINCERASTVS · MILPHIO SERVI · II C. (C. *om. D*[2]) *BD*[2], *om. CD*[1] *Syncerasti nota* K *in B, vide ad 864. 892. 897. 906* neclegere *B* 824 quohi homines *C;* quoius hominis *Geppertus* est *Pylades:* et nunc, *corr. Bothius*

neque periurior neque peior alter usquam est gentium,
quám erus meus est, neque tam luteus neque tam caeno conlitus.
ita me di ament, vel in lautumiis vel in pistrino mavelim
agere aetatem praepeditus latere forti ferreo,
quam ápud lenonem hunc servitutem colere. quid illuc est genus,
quae illic hominum corruptelae fiunt. di vostram fidem,
quodvis genus ibi hominum videas, quasi Acheruntem veneris,
equitem peditem, libertinum, furem an fugitivom velis,
verberatum, vinctum, addictum: quí habet quod det, ⟨ut⟩ut homo est,
omnia genera recipiuntur; itaque in totis aedibus
tenebrae latebrae, bibitur estur quasi in popina, hau secus.
ibi tu videas litteratas fictiles epistulas,
pice signatas, nomina insunt cubitum longis litteris:
ita vinariorum habemus nostrae dilectum domi.
MIL. Omnia edepol mira sunt, nisi erus hunc heredem facit,
nam id quidem, illi, uti meditatur, verba faciet mortuo.
et adire lubet hominem et autem nimis eum ausculto lubens.
SYNC. Haec quom hic video fieri, crucior: pretiis emptos maxumis,
apud nos expeculiatos servos fieri suis eris.
sed ad postremum nihil apparet: male partum male disperit.
MIL. Proinde habet orationem, quasi ipse sit frugi bonae,
qui ipsus hercle ignaviorem potis est facere Ignaviam.
SYNC. Nunc domum haec ab aede Veneris refero vasa, ubi hostiis
erus nequivit propitiare Venerem suo festo die.
MIL. Lepidam Venerem. SYNC. Nam meretrices nostrae primis hostiis
Venerem placavere extemplo. MIL. O lepidam Venerem denuo.

---

827 lautumus *C*, lautumis *D*[1] pristino *B* 828 praeditus *B* catulo *Bentleius*, *cf. Muellerus pros. 346*, *Schuethius de Poen. 43* ferro, *corr. Scaliger; nisi corrigendum est* praepeditus forti ferro —. *sed fortasse* laterem ferreum *dixit ut lateres aureos argenteos*, πλίνθους χρυσᾶς (σιδηρᾶς *Lucian. Char. 12*), *cf. ind. philol. 14, 395* 829 quod *Bothius; cf. Truc. 382* 830 hominem *B* corruptellae *CD* 832 *eques pedes liberos complectuntur ut Hor. art. 113, deinde libertinus, denique servorum omne genus* ad, *corr. Acidalius, contra quem Hinzius de an partic. 15; del.* ad? 833 ⟨ut⟩ *Gulielmius* 835 estu *CD* haud *CD* 836 fictiles *om. CD* 839 nesi 840 ut *B*, *om. CD* *cf. misc. Ciceron. 10* facite, *corr. Vssingius* 841 aut culto 843 fieris uisceris *B*, fieri siuisceris *CD*, *corr. Camerarius* 844 posterum *B* parum *cf. Naev. tr. 54 R.* 846 hercle ipsus, *corr. Curio, Lambinus* poti est 847 aedi 848 nequiuit *ς*: ne quuti *B*, necuti *CD* 849 meretricis nostras *B ante corr.* primus *CD*, *om. B* hostis *CD* 850 *accedit A* exemplo *P*

SYNC. Nunc domum ibo. MIL. Heus, Synceraste. SYNC. Syncerastum qui vocat?
M. Tuos amicus. S. Haud amice facis, qui cum onere offers moram.
MIL. At ob hanc moram tibi reddam operam úbi voles, ubi iusseris.
habe rem pactam. S. Si futurumst, do tibi operam hanc. M. Quo modo?
SYNC. Vt enim ubi mihi vapulandum sit, tu corium sufferas.
apage, nesció quid viri sis. MIL. Malus sum. SYNC. Tibi sis. MIL. Te volo.
SYNC. At onus urget. MIL. At tu appone et respice ad me. SYNC. Fecero,
quamquam haud otiumst. MIL. Salvos sis, Synceraste. SYNC. O Milphio,
di omnes deaeque ament. MIL. Quemnam hominem? SYNC. Nec te nec me, Milphio:
neque erum meum ádeo. MIL. Quém ament igitur? SYNC. Aliquem, dignus qui siet.
nam nostrorum nemo dignust. MIL. Lepide loquere. SYNC. Me decet.
MIL. Quid agis? SYNC. Facio quod manufesti moechi haú ferme solent.
MIL. Quid id est? SYNC. Refero vasa salva. MIL. Di te et tuom erum perduint.
SYNC. Me non perdent; illum ut perdant facere possum, si velim,
meum erum ut perdant, ni mihi metuam, Milphio. MIL. Quid id est? cedo.
SYNC. Malus es? MIL. Malus sum. SYNC. Male mihi est. MIL. Memora, num esse aliter decet?
quid est, quod male sit tibi, quoi domi sit quod edis quod ames adfatim,
neque triobolum ullum amicae das et ductas gratiis?
SYNC. Diespiter me sic amabit, MIL. Vt quidem edepol dignus es.

---

851 heus *AD:* heu *BC* sinceraste *P* sincerastum *AP* 852 cum *A:* quam *P* offeras *A, B ante corr.* 853 moram *A:* rem *P;* remoram *Geppertus* 854 *spat. ante* si *et* quo *A: versum Syncerasto tribuit P* futurum est *A,* futurum si *P* 855 s. *Acidalius:* Milph. sit *A, Nonius 397:* est *P* *plus quam habent acuminis in his quaerit Beckerus in Studemundi stud. 1, 238 sq.* 856 s. *praem., ceterum recte inter personas distribuunt AP* apage *ut Bacch. 73 al.* malus sum *cf. 866* te uolo *cf. Gronovius* 857 adonus *P* 859 dei *A* quennam *B* 860 aliquem [e]ọ ḍignus qui siet *A:* aliquem *P* 861 dignus est *AP* lepidueloquere *B,* lepidum eloquere *CD* s. *ς: spat. A, om. P* 862 manufesto imo echi (m. himechi *CD*) *P;* moechi hic *Bothius* haud *P* 863 dẹi *A* 864 B *notat B* perdent illum *A:* perde nullum *BD,* per hercle nullum *C* possim *CD* 865 ut perdant *repetit cum actione, certa determinatione auctum; similia Merc. 989 Truc. 890 Most. 11. 310. 562 sq.* ni *A:* ne *B,* nei *CD* idst *A* 866 *post* es *spat. om. A* memora num *A:* memorandum *P,* memoradum *Valla,* memoradum num *Geppertus* 867 *non recte cohaerere cum v. 866 observavit Schuethius de Poen. 30. cf. Ter. Heaut. 192 sq.* tibi *om. P* quodque ames *A* 868 gratieis *A* 869 *spat. ante* ut *om. A*

Sync. Vt ego hanc familiam interire cupio. Mil. Adde operam, si cupis.
Sync. Sine pennis volare hau facilest: meae alae pennas non habent.
Mil. Nolito edepol devellisse: iam his duobus mensibus
volucres tibi erunt tuae hirquinae. S. I in malam rem. M. I tu atque erus.
Sync. Verum. enim qui hómo eum norit, norit. cito homo pervorti potest.
Mil. Quid iam? Sync. Quasi tu tacitum habere quicquam potis sis.
Mil. Rectius
tacitas tibi res sistam quam quod dictum est mutae mulieri.
Sync. Animum inducam facile ut tibi istuc credam, ni te noverim.
Mil. Crede audacter meo periclo. Sync. Male credam, et credam tamen.
Mil. Scin tu erum tuom meo ero esse inimicum capitalem? Sync. Scio.
Mil. Propter amorem — Sync. Omnem operam perdis. Mil. Quid iam?
Sync. Quia doctum doces.
Mil. Quid ergo dubitas quin lubenter tuo ero meus quid possiet
facère faciat male, eius merito? tum autem si quid tu adiuvas,
eo facilius facere poterit. Sync. At ego hoc metuo, Milphio.
M. Quid est quod metuas? S. Dúm ero insidias paritem, ne me perduim.
si erus meus me esse elocutum quoiquam mortali sciat,
continuo is me ex Syncerasto Crurifragium fecerit.
Mil. Numquam edepol mortalis quisquam fiet e me certior,
nisi ero meo uni indicasso, atque ei quoque ut ne enuntiet
id esse facinus ex ted ortum. Sync. Male credam, et credam tamen.

---

870 *spat. ante* adde *om. A* 871 pennis *ACD:* pinnis *B* haud *P* pennas *AD:* pinnas *BC* *cf. Asin. 93* 872 noli *A* 873 tuae hirquinae *A:* tuae irquinae *B,* hircinae *CD;* ⟨alae⟩ tuae *Muellerus* i in *ς:* in *P* (*i. q.* isne?), i *A, cf. 1309, ad 496* 874 uerum *respondet, cf. 403; imperativo* (i) *ut enuntiativo respondetur ut Pers. 678sq. cf. ad Men. 1024* norit norit *A:* norit (*sequente spatio CD, sine sp. B*) *P; cf. Rud. 1229, ubi ut hic oblique loquitur, Amph. 627, Ter. And. 10 Phorm. 265, carm. lat. epigr. 64, 3* qui bene cognorunt cognitam bene existumant. *de corruptela cf. 921 Stich. 687 Cas. 556. 600* scito *A* 875 tu tacitum habere *L.:* tu tacere uero *A,* tu tacere *P, cf. 890* (quasi tu *servandum est, cf. Kaempfius de pron. pers. 37*) potises *A* M. *Acidalius: om. AP* 876 tacitus tibi resistam *AP, corr. Palmerius Bothius* mulae *B,* malae *CD* 877 credam ni *A:* credamini *P* 878 periculo *AP* s. *om. A* credam credam et *A* 881 quin *A:* qui *P* meus *AP:* meus erus *A t. Loewio* quid *ACD:* quod *B;* quid *i. e.* quidquid, *cf. ad Merc. 991* 882 male eius *cf. Pers. 830* 883 poteris *P* (*ante* facere *CD*) 884 pariter *A,* parilem *P, corr. ς* me perduim *A:* a te perdiam *P* 885 locutum *P* quiquam *B,* cuiquam *ACD* mortali *CD:* mortalis *AB* (*deinde* scias *C*) 886 syncerasiocrurit fragium *B,* syncera (*sequente spatio C*) *CD* *cf. Bacch. 362; desideratur aliqua paronomasia* 888 ero uni meo *Bothius* 889 te *AB, D ex corr., om. C;* id exit facinus ortum *D ante corr.* *ante*

sed hoc tu tecum tacitum habeto. MIL. Fide non melius creditur.
loquere (locus occasioque est) libere: hic soli sumus.
SY. Erus si tuos volt facere frugem, meum erum perdet. MI. Qui id potest?
SYNC. Facile. MIL. Fac ergo id facile noscam ego, ut ille possit noscere.
S. Quia Adelphasium, quám erus deamat tuos, ingenuast. M. Quo modo?
SYNC. Eodem quo soror illius altera Anterastilis.
MIL. Cedo qui id credam. SYNC. Quia illas emit in Anactorio parvolas
de praedone Siculo. MIL. Quanti? SYNC. Duodeviginti minis,
duas illas et Giddenenem nutricem earum tertiam.
et ille qui eas vendebat dixit se furtivas vendere:
ingenuas Carthagine aibat esse. MIL. Di vostram fidem,
nimium lepidum memoras facinus. nam erus meus Agorastocles
ibidem gnatust, inde surptus fere sexennis, postibi
qui eum surrupuit huc devexit meoque ero eum hic vendidit.
is in divitias homo adoptavit hunc, quom diem obiit suom.
SYNC. Omnia memoras quo id facilius fiat: manu eas adserat
suas popularis liberali causa. MIL. Tacitus tace modo.
SYNC. Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit.
MIL. Quin prius disperibit faxo, quam unam calcem civerit.
ita paratumst. SYNC. Ita di faxint, ne apud lenonem hunc serviam.
MIL. Hercle qui meus conlibertus faxo eris, si di volent.

---

male *spat. om. A* *cf. 878; multae in hac scaena repetitiones* (*cf. 863 et 873sq., 866 et 856, 884 et 865*) *sermonem per ambages et cautelas ductum non dedecent* 890 fide *P:* fidei *A* 891 liberae *BC,* libera *A* 892 uolet *P* frugem *AP, cf. Placidus corp. gl. 5, 22, 31; 70, 24* frugem fecisti, *Symmachus ep. 1, 7, 2* frugem bonam feceris (*Krollius de Symm. stud. 29*) perdit *A* qui id *ACD:* B quid *B* 893 ego *om. P* 895 anterastillis *A* *non sine consilio v. 894 omnes praeter septimam arsin solutae sunt, v. 895 nulla* 896 cedo qui *A:* sequi *P* id *om. A* paruolas *A:* parudas *P* 897 B quanti K duo deuiginti minis | de predone syculo B quanti K duo deuiginti minis (B et K *om. CD, pers. add.* D^2, siculo *CD*) *P* 898 giddenenem *A: om. spatio relicto P* 900 carthagine *A:* sariagine *CD, om. spatio relicto B* aiebat *A,* alebat *P* dei *A* 902 gnatus st *P,* gnatus est *A* surruptus *AP* 903 eum *A:* tum *P* surrupuit *AD:* surripuit *BC* hic eum *Reizius* 904 quum *B,* cum *ACD* 905 mira memoras *qui scribit nexum sententiarum solvit.* id *scil. ut manu eas adserat* 906 caussa *A* *a* tace *demum Milphio* (B *B*) *incipit AP, corr. Camerarius* 907 s. *om.* profectu ad incita leonem *Nonius 123* (*s.* incitas) 908 disperiuit (—auit) *Nonius 199* unam *AP:* unum *testatur Nonius, cf. Charis. 93, 2* (*552, 1*) 909 paratum est *P:* paratust *A* dei *A* lenem *A* seruiam *ACD:* seruam *B,* ferueam *A t. Loewio* 910 quin hercle collibertus meus *A,* qui hercle conliberatus meus *P, corr. Fleckeisenus* eris *P:* tu eris *A* sei dei *A*

SYNC. Ita di faxint. numquid aliud me morare, Milphio?
MIL. Valeas beneque ut tibi sit. SYNC. Pol istuc tibi et tuost ero in manu.
vale et haec cura clanculum ut sint dicta. MIL. Non dictumst. vale.
S. At enim nihil est, nisi dum calet hoc agitur. M. Lepidu's, quom mones.
et ita hoc fiet. SYNC. Proba materies data est, si probum adhibes fabrum.
MIL. Potin ut taceas? SYNC. Taceo atque abeo. — MIL. Mihi commoditatem creas.
illic hinc abiit. di immortales meum erum servatum volunt
et hunc disperditum lenonem: tantum eum instat exiti.
satine prius quam unumst iniectum telum, iam instat alterum?
ibo intro, haec ut meo ero memorem. nam huc si ante aedes evocem,
quae audivistis modo, nunc si eadem hic iterum iterem, inscitiast.
[ero] uni potius intus ero odio, quam hic sim vobis omnibus. —
[di immortales, quanta turba, quanta adventat calamitas
hodie ad hunc lenonem. sed ego nunc est cum me commoror.
ita negotium institutumst, non datur cessatio;
nám et hoc docte consulendum, quod modo concreditumst,
et illud autem inserviendumst consilium vernaculum.
remora si sit, qui malam rem mihi det merito fecerit.
nunc intro ibo: dum erus adveniat a foro, opperiar domi. —]

---

911 dei *A* nunc quid *P* 912 ut *ἀπὸ κοινοῦ*, *cf. ad Amph. 9* tuo erost *P* 913 dicia *P* 914 ad *B* 917 illinc *P* dei *A* 919 unum si *P* iniectum *A:* inlectum *P* iam *A:* tam *P* alterum *A:* iterum *P* instat *mirum est quod post 918 repetitur* 920 seuocem *P* 921 audiuisti *P* iterum ite[re]m *A:* iterum *P* 922 uni *Guietus:* ero uni *AP* intus *P:* intro *A* obio *P* 923—929 *dittographiam agnovit Weisius* 923 dei *A* quanta tur[ba] *A: om. P*, quanta clades *Lambinus, qui* clades *in 'suis libris vet.' esse dicit, neque prorsus negat Studemundus idem in A esse potuisse; cf. Capt. 903 sq. 911* a[t]ueniat *vel* aduentat *A:* aduenit *B*, atuenit *CD* 924 commoror *A:* moror *B*, morer *CD* 925 ita *A:* id *P* est *A*, si *P* *spat. ante* non *A* 926 nocte *P* quod modo *A:* quod homo *CD*, quo domo q *B* 927 autem *P:* aurum *A* 928 remor *P*, remoror *A*, *corr. Camerarius* quia *A* 929 *addit* hanno foenice *B*, *deinde* POENVS LOQVITVR *BD*[2] (*i. e.* Hanno Poenus poenice loquitur), *cf. ad 939* *de Punicis agentem sequor Gildemeisterum in Goetzii et Loewii ed. p. XV sq. 114 sq.; a Plauto aliena esse recte iudicavit Vssingius* 930—939 *om. A, in quo versum 929 excipiunt 940 sq., quam Punicorum recensionem priorem esse item recte existimare videtur Vssingius* (*cf. Gildemeisterus p. XVIII*) *verba definivit Gildemeisterus, in codd. multa secus cohaerent*

HANNO V 1

Yth alonim ualonuth sicorathi symacom syth
chy mlachthi in ythmum ysthyalm ych-ibarcu mysehi
li pho caneth yth bynuthi uad edin byn ui
bymarob syllohom alonim ubymysyrthohom
byth limmoth ynnocho thuulech-antidamas chon
ys sidobrim chi fel yth chyl is chon chen liful
yth binim ys dybur ch-innocho-tnu agorastocles
yth emanethi hy chirs aelichot sithi nasot
bynu yid ch-illuch ily gubulim lasibithim
bodi aly thera ynnynu yslym min cho-th iusim

Ythalonimualoniuthsicorathiịsthymhimịhymacomsyth
combaẹpumamitalmeṭloṭiambẹat
iulecantheconaalonịmbalumbar dechor

930 Nythalonim *D, pro* N *spat. init. C; cf. B v. 940* sicorathisima *D,* sicoratsima *C* *Rufinus p. 560 K.* Sisenna in commentario Poenuli Plautinae fabulae sic: h a l o n i u m Poeni dicunt deum, et producenda syllaba metri gratia ⟨sicut⟩ exigit iambus. *quasi versus esse concedit Gildemeisterus p. XVII versio Gildemeisteri:* 'deos deasque quos inuoco huius loci' 931 Chym lachunythmumys (lahchu— *C,* lach chu— *D*) thyal (tyal *D,* thral *B*) mycthi baru imy (imi *CD*) sehi 'ut negotium meum hic perficiam rogo (eos) et ut fortunent exitum meum' 932 nuthi ad edynbynui *B,* nuthii ad ędin binuthii *CD* 'utinam hic recuperem filias meas et insuper cum eis filium fratris mei' 933 birnarob *CD* urbymy syrthoho *B,* uyby (ubi *D, sed* y *sup.* u *D*[2]) mysyrthoho *CD* 'per intercessionem tutelae deorum et per eorum iustitiam' 934 byth lym mothyn noctothu ulechanti clamas chon (dasmachon *CD*) 'tempore pristino hic hospitium meum Antidamas fuit' 935 yssid dobrim thyfel. yth? chyl? ys? chon? chem? (them *CD*) liful? (liphul *CD; signa distinctiva fere om. CD, item v. sq.*) 'uirum hunc dicunt fecisse omne quod fuit ita faciendum'; *cf. Gildemeisterus p. XVIII* 936 yth? (uth *CD*) binim? ysdybur? (ysdibur *CD*) thinnochot (—chut *CD*) nu a. 'filium eius ait aliquis: hic nobiscum est, Agorastocles' 937 ythemaneth? (—neht *CD*) ihychir saelichot (—lychot *CD*) sith naso 'signum fidei meae (meum) est tessera hospitalis, quam mecum fero' 938 bynny idchil. liichily (liihily *CD*) gubulim lasibit thim (thym *D,* hym *C*) 'nobis testimonio affirmatum est, illic esse regionem habitationis eius' 939 bodialyt (—yalit C, —yalyt *D*) herayn nynnurs (nynnuys *D,* nynuys *C*) lymmon choth (chot *CD*) lusim 'dum adhuc ad portam sum, en percontabor hinc egredientes' *addit B* hiannio punicae 940—949 *dedi ex Studemundi apographo* (*cf. Loewius praef. VII*). *haec sunt in P* (PHONVS DV *praem. B,* P L *D*[2])

N (*om. CD*) Exanolim uolanus succurratimistimaltim acum esse
concubitum abellocutim beat lula canti (cant *CD*) chona
enuses hui ec silic (silihc *CD*) panasse (panesse *CD*) atidmascon (-th- *CD*)

baṭs . . . . hunesobinesubịcsịllimbalịm
esseantidamossonalẹmuedubertefet
dọnobun.ḥunẹccilthumucommucroluful
altanịmauosdubẹrithemḥụarcharistolem
siṭṭeṣedanecnasotersahelicot
alemusdubertịmụrmuc̣ọpsuistiti
aoccaaneclicṭorboḍesiụssilimlimmịmc̣ọlus

deos deasque veneror, qui hanc urbem colunt,
ut quod de mea re huc veni rite venerim,
measque híc ut gnatas et mei fratris filium
reperire me siritis, di vostram fidem.
[quae mihi surruptae sunt et fratris filium.]
sed hic mihi antehac hospes Antidamas fuit;
eum fécisse aiunt, sibi quod faciundum fuit.
eius filium esse hic praedicant Agorastoclem:
ad eum hospitalem hanc tesseram mecum fero;
is in hisce habitare monstratust regionibus.
hos percontabor qui hinc egrediuntur foras.

AGORASTOCLES V 2

Ain tú tibi dixe Syncerastum, Milphio,
eas ésse ingenuas ambas surrupticias

---

alem uiduberte felono butune (-th- *CD*) celtumco mucrolueni
at enim auoso uberhenthracharistoclem (uberhenthyachar- *CD*)
ette seanec (-ehc *CD*) nasoctelia helicos
alemus dubertermi compsuestipti (uespti *CD*, *sed* s *sup.* e *erasa C*)
aode aneclictorbodes iussum limnimcolus

sex versus incipientes ab exanolim, concubitum, hui, celtum, ette, aodeanec *CD; v. 942* (hui) *—952 repetit post v. 1013 C* (*ubi est* 948 uespti *et versuum initia* alem, atenim) *haec recensere Gildemeisterus noluit, quod ea tantum verba intellegantur quae in prioribus quoque inveniantur* (*p. XVII sq.*) 950 *X praem. B* hụnc *A* 951 hunc *A* 952 mei *CD:* mẹl *AB* *eum non quaerit, sed cf. 932* 953 dei *A* 954 *eiecit Lindemannus* 955 antidamas *AP, cf. 1051. 1058; Muellerus pros. 10. totus sermo ut legitur vix est Plautinus* 956 *cf. ad 935; locutio frequens in sepulcralibus* (*Buechelerus ad carm. lat. ep. 146*) 957 hic praedicant esse *P* 958 deum hospitalem arcesseram *P* 959 is *om. P* abitrare *A* monstratu est *A*, monstratus st *P* 960 percunctabor *BC* hinc *A:* hunc *C*, huc *BD* 961 AGORASTOCLES MILPHIO POENVS *AD*[1], A. M. HANNO ADOLESCENS SERVOS POENVS DV *B* *personas inscribit etiam CD; de notis in B cf. ad 979. 990* dixẹ · *A* 962 eas *A:* as *B*, has *CD*

Charthaginiensis?

MILPHIO

Aio, et, si frugi esse vis,
eas liberali iam adseres causa manu.
nam tuom flagitiumst tuas te popularis pati
servire ante oculos, domi quae fuerint liberae.
HAN. Pro di immortales, opsecro vostram fidem,
quam orationem hanc aures dulcem devorant.
creta est profecto hórum hominum oratio,
ut mi apsterserunt omnem sorditudinem.
AGOR. Si ad eam rem testis habeam, faciam quod iubes.
MIL. Quid tu mihi testis? quin tu insistis fortiter?
aliqua Fortuna fuerit adiutrix tibi.
AGOR. Incipere multost quam impetrare facilius.
MIL. Sed quae illaec avis est, quae huc cum tunicis advenit?
numnam in balineis circumductust pallio?
AGOR. Facies quidem edepol Punicast. MIL. Guggast homo.
servos quidem edepol veteres antiquosque habet.
AGOR. Qui scis? MIL. Viden homines sarcinatos consequi?
† atque ut opinor digitos in manibus non habent.
AGOR. Quid iam? MIL. Quia incedunt cum anulatis auribus.
HAN. Adibo hosce atque áppellabo Punice.
si respondebunt, Punice pergam loqui;
si non, tum ad horum mores linguam vertero.

---

964 iam *om. A* adsere *P* manu *B:* manum *ACD* 965 popularis te *P* 967 dei *A* 968. 969 *inverso ordine P* 969 ⟨haec⟩ horunc *Geppertus* 970 omnem *ACD:* hominem *B,* omnes *Nonius 173; fort.* animo, *sive* ut mi animo absterait omnem 971 habeant *A* 972 quid tu *ς:* quintu *C in ras.,* quntu *D,* quantu *B,* quitu *A* quintu *CD:* quan tu *B,* quitu *A* 975 sed quae *A:* sed quaenam *P* cum *AD:* cu *C,* quom *B* *fort.* aduolat *cf. Servius ad Aen. 8, 724* 976 nunnam *P; fort.* num homo in abaliniis *P,* in bal[neeis] *A* circumductus *P* 977 A. *om.* (*spat. D*) M. *addidi* gugga[st] homo *A, Turnebi schedae, Lambini 'libri': om. P. quid sit ignoramus, sed iocus servilis videtur. sequentes 4 versus nescio an adiecticii sint.* 979 K *praem. B, item 981* hominis *P,* omnes *A* *expecto velut* incuruatos 980 atq[ue . . . . . op]inor *A* opinior *B* atque ut ego opino in manibus digitos non habent *Weisius* (atque ut ego *non fuit in A, cogitari posse de* atque (h)ercle *Studemundus dicit*) 981 cum *CD, Priscianus 1, 139:* quom *AB* 982 H. *ς: om.; cf. Dziatzko mus. Rhen. 21, 479 sq.* audibo *P* hosce atque *B,* hosc atque *A* (*cf. 1147*): atque hosce *CD,* ⟨ad⟩ hosce atque *Camerarius* *cf. 1029. utrimque accedunt cum simili consilio* 983 si *om. A* 984 linguam *A:* lingua ac *P, cf. 884. 1018. 1077. 1344*

Mil. Quid ais tu? écquid commeministi Punice?
Agor. Nihil edepol. nam qui scire potui, dic mihi,
qui illim sexennis perierim Carthagine?
Han. Pro di immortales, plurumi ad illum modum
periere pueri liberi Carthagine.
Mil. Quid ais tu? Agor. Quid vis? Mil. Vin appellem hunc Punice?
Agor. An scis? Mil. Nullus me est hodie Poenus Poenior.
Agor. Adi atque appella, quid velit, quid venerit,
qui sit, quoiatis, unde sit: ne parseris.
Mil. Avo. quoiates estis aut quo ex oppido?
Han. Anno byn mytthymballe udradait annech.
Agor. Quid ait? Mil. Hannonem se esse ait Carthagine,
Carthaginiensis Mytthumbalis filium.
Han. Avo. Mil. Salutat. Han. Donni. Mil. Doni volt tibi
dare hic nescio quid. audin pollicitarier?
Agor. Saluta hunc rursus Punice verbis meis.
Mil. Avo donni inquit hic tibi verbis suis.
Han. Me har bocca. Mil. Istuc tibi sit potius quam mihi.
Agor. Quid ait? Mil. Miseram esse praedicat buccam sibi.

---

985 quid ais? ecquid tu *Goetzius Loewius; cf. Kaempfius de pron. pers. 12* 986 potui *cf. 1056. Stich. 301* 988 dei *A* plurumeṭ *A*, pl. ⟨iam⟩ *Hermannus* ad illum modo *A*, ad hunc modum *P* *sententia non constat nisi suppleatur in hunc modum:* pro di immortales, ⟨obsecro, quid ego audio? sed uana spes est:⟩ plurimi 990 A. — M. *ς:* B — A *B*, Mil. — Agor. *CD* apellem *P* 991 A. — M. *ς:* Milph. — Agor. *P* hodie *B, Priscianus 1, 84: om. CD, A. n. l.* denus (penus D^2) punior *P*, punus punior *Priscianus*, pu— (*ad* punus *pertinere videtur*) *A; cf. 1125* 992 M. *om. B* adiị *A* 993 qui *P*, quei *A:* quid *Priscianus 1, 595 et 2, 122* quoiaṭịs *A:* quo patis *P*, cuiatis *Priscianus* parseris *Priscianus 2, 122:* passeris *Priscianus 1, 595*, paṛṣẹriṭ *A*, parleris *P* 994 M. *ς:* Agor. *P* auo quoiatis esṭis unde sit ne p[a]rs[e]riṭ *A* (*Priscianus cum P*) auo: quid est *Priscianus utrubique* cuiates *Priscianus*, quo lates *P* oppido: quoppido *B* 995 *dedi ex A* (*pro* byn *de* byty, byte, byic, *pro* mytṭhym *de* mynhym *cogitari potest;* udradait *incertissimum*): annon muthum balle bechaedre anech *P* 996 A. — M. *ς:* Milph. — Agor. *P, personae spatium omittere videtur A* se esse *A:* sese *P* 997 carthaginienses *P* mytṭhumbalis *A:* muthum ballis (baslis *praeter* C^1D^2) *P; huc spectare videtur Probus Gellii 4, 7, 2* (*frg. inc. 42 G.*) *v. 995—997 postea adiecti videntur* 998 auo *A:* uo *P* 999 hinc *P* auṭin *A* pollicierier (— cerier *D*) *P* 1000 rusus *B* 1001 donnịm *A:* nonni (—e CD) mihi *P, quae scriptura ad* donnim *redit* (*in D* mihi *post* hic) inquit hic tibi *A:* hic tibi inquid *P* (hic mihi tibi inquit *D*) 1002 me har bocca *P*, ṃẹpharbua *A;* mesharbucca *fuisse Vssingius post Schroederum putat, atque de* s *cogitari posse testatur Studemundus*

fortasse medicos nos esse arbitrarier.
AGOR. Si ⟨ita⟩ est, nega esse; nolo ego errare hospitem.
MIL. Audin tu? HAN. Rufeyn nyccho issam. AGOR. Sic volo
profecto vera cuncta huic expedirier.
roga númquid opus sit. MIL. Tu qui zonam non habes,
quid in hanc venistis urbem aút quid quaeritis?
H. Muphursa. A. Quid ait? H. Miuulec hianna. A. Quid venit?
MIL. Non audis? mures Africanos praedicat
in pompam ludis dare se velle aedilibus.
HAN. Lech lachanna nilimniichto. AGOR. Quid nunc ait?
MIL. Ligulas, canalis ait se advexisse et nuces:
nunc orat, operam ut des sibi, ut ea veneant.
AGOR. Mercator credo est. HAN. Assam. MIL. Arvinam quidem.
HAN. Palu mirga detha. AGOR. Milphio, quid nunc ait?
MIL. Palas vendundas sibi ait et mergas datas,
ad messim credo, nisi quid tú aliud sapis.
[ut hortum fodiat atque ut frumentum metat.]
AGOR. Quid istuc ad me? MIL. Certiorem te esse volt,
ne quid clam furtim se accepisse censeas.

1005 ⟨ita⟩ *Camerarius: om. AP* 1006 audi *P* H. *Vssingius: om. AP; Milphio punice nihil scit nisi* auo (*1152 ut 1001 repetit quod audierat*), *iocus autem verborum nullus apparet* rufeynnycchoissam *A:* rufeen (rufen *CD*) nuco istam *P* 1008 sonam *A*, •onam *B*[1] 1009 ⟨hic⟩ quid *Geppertus* 1010 muphursa *AP* miuulec hi an na *B:* muiulec hianna (*totum coniungit C*) *CD:* miu — na *spatio non satis capiente quae in P intercedunt A* 1011 mures africanos *P:* mu[res]acrifica[no]s *A* 1012 p]onpam *A*, popam *B* dare s[e *A:* dares *P* 1013 lechlacha[n]nanilimniichto *A:* laech lach (lalehclahc, *nisi quod ab* I *C incipit, CD*) ananim limini chot (liminichot *coniungit C, totum ab initio D*) *P;* liminuchot *Gildemeisterus; cf. ad 1152. interpretatur servus quasi distinxerit Poenus* lechla channanilim niichto 1015 sibi *om. A* ueneant *AC*[2] *:* ueniant *BD*, ueniat *C*[1] 1016 assammarbinam *A:* issam B arbinam (is sam *C*, MIL *pro* B *CD*) *P;* m (*vel* h) *in A fort. Milphionis nomen indicaverat. de* aruina *dixi in Woelfflini arch. 9, 161. quasi Poenus dixerit 'assam carnem', insequitur 'pinguiculam quidem'* *pro* quidem, *de quo Studemundus non dubitabat.* qu[i]d est *in A legit Loewius* (*ut coniecerat Camerarius*) 1017 palumirgadetha *A:* palum erga detha (dectha *CD*) *P* 1018—1021 me *om. C* 1018 bendundas *P* sibi ait et *A:* sibim tet *P* 1019. 1020 *inverso ordine P* 1019 quid tu aliud sapis *A:* quidem tua *P* 1020 fodiat *A:* fodi *BD*[2], *om. D*[1] petat *A* *dittographiam agnovit Hasperus. palae ad messim non pertinent, nec possunt* (*secundum P*) *se excipere* ut frumentum metat, ad messim. *cf. indic. philol. 14, 396* 1021 uolt *A:* uoli *P* 1022 furtim se *A:* furtise *B*, furtiue *CD*

HAN. Mufonnim siccoratim. MIL. Hem, cave sis feceris
quod hic te órat. AGOR. Quid ait aut quid orat? expedi.
MIL. Sub cratim ut iubeas se supponi átque eo
lapides imponi multos, ut sese neces.
HAN. Gunebbal samem lyryla. AGOR. Narra, quid est?
quid ait? MIL. Non hercle nunc quidem quicquam scio.
HANN. At ut scias, nunc dehinc latine iam loquar.
servom hercle te esse oportet et nequam et malum,
hominem peregrinum atque advenam qui inrideas.
MIL. At hercle te hominem et sycophantam et subdolum,
qui huc advenisti nos captatum, migdilix,
bisulci lingua quasi proserpens bestia.
AGOR. Maledicta hinc aufer, linguam compescas face.
maledicere huic tu temperabis, si sapis.
meis cónsanguineis nolo te iniuste loqui.
Carthagini ego sum gnatus, ut tu sis sciens.
HAN. O mi popularis, salve. AGOR. Et tu edepol, quisquis es.
et si quid opus est, quaeso, dic atque impera
popularitatis causa. HAN. Habeo gratiam.
[verum ego hic hospitium hábeo: Antidamae filium
quaero (commostra si novisti) Agorastoclem.]
sed ecquem ádulescentem tu hic novisti Agorastoclem?
AGOR. Siquidem Ántidamai quaeris ádoptaticium,

1023 mufo[n]nimsiccoratim *A:* muphonnium sucorahim (-raim *D*) *P* hem *A:* em *P* sis *A:* si *P* 1025 cra[te]m *A:* gratim *P* se *AP:* sese *Pylades* 1027 gunebbalsamemlyryla *A:* gunebel balsameni (-em *D*) erasan *P* 1028 quid *A:* qui *P* 1031 aduenìam *A* qui inrideas *om. A* 1032 ad *B* sicophantam *C*, sycophanta *BD* 1033 migdilix *A:* micdilix *Turnebi schedae*, mic dilia *P; migdilibs Scaliger.* —lix *explicatum non habet nec apparet nomen an adverbium sit* 1034 *cf. Asin. 695 Pers. 299* 1035 hanc *A* aufers *P* 1036 *dittographiam versus prioris notavit Lomanus; uter verus sit non dinosco. cf. Men. 121 Most. 515* tu *om. A* 1038 carthagine *A* siens *A* 1039 mihi *P* populares *A* *spat. om. A* est *A* 1041 popu[l]aritatis *A* 1042. 1043 *cum* 1053 (*qui suo loco redit*) *post v. 1048 collocat A. duplicem recensionem agnovit Seyffertus stud. Pl. 11, qui alteri tribuit v. 1042. 1043 et post Agorastoclis responsum* (*cf. 1046*) *v. 1050—1053. fortasse retractator coniunxit v. 1035* (*vel 1036*). *1042. 1043 et post responsum 1050—1055* (inde). *v. 1049 cum 1053 coniungi nequit, intercedere debent 1050 sq.* 1042 ego hic *ACD*[2]*:* ego *B*, hic ego *D*[1]*; cf. Kaempfius de pron. pers. 25* hospitium *A:* hospiti sum *P* 1043 quaero *AP:* quaeso *ς* commostra si *A:* com monstransi *B*, commonstrans *CD* agorastoclen *A* (*v. 1044* —ē) 1044 hec quem *P* 1045 antidamati *A*, anthi damarchi (antid. *C*) *P, corr. Bothius*

ego sum ipsus quem tu quaeris. Han. Hem, quid ego audio?
Agor. Antidamae gnatum me esse. Han. Sí itast, tesseram
conferre si vis hospitalem, eccam attuli.
Agor. Agedum huc ostende. est par probe, quam habeo domi.
Han. O mi hospes, salve multum. nam mihi tuos pater
patritus + ergo hospes Antidamas fuit.
haec mi hospitalis tessera cum illo fuit.
Agor. Ergo hic apud me hospitium tibi praebebitur.
nam haúd repudio hospitium neque Carthaginem,
unde súm oriundus. Han.. Di dent tibi omnes quae velis.
quid ais? qui potuit fieri, ut Carthagini
gnatus sis? hic autem habuisti Aetolum patrem.
Agor. Surruptus sum illinc. hic me Antidama hospes tuos
emit, et is me sibi adoptavit filium.
Han. Demarcho item ipse fuit adoptaticius.
sed mitto de illoc, ad te redeo. dic mihi,
ecquid meministi tuom parentum nomina,
patris atque matris? Agor. Memini. Han. Memoradum mihi,
si novi forte aut si sunt cognati mihi.
Agor. Ampsigura mater mihi fuit, Iahon pater.
Han. Patrem atque matrem viverent vellem tibi.
Agor. An mortui sunt? Han. Factum, quod aegre tuli. +
nam mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit;
pater tuos, is erat frater patruelis meus,
et is me heredem fecit, quom suom obiit diem,
quo me privatum aégre patior mortuo.

1047 H.: *spat. om. A* tesseram *A:* te esseram *B,* te esse iam *CD* 1048 comferre *A* 1049 huic *A* es *A* quam *Seyffertus:* nam *AP* abeo domi *A*, habeo domum *P* 1050 mihi tuus pater *P:* mi pater *A* 1051 patritus *A:* patri tuus *D,* pater tuus *B,* patruus *C* ergo *vitiosum est,* Antidamas *forma novicia, cf. ad 955. versus ut est retractatori debetur, fuisse conicio* patritus hospes fuit, Demarchi filius. *cf. 1060* 1052 quom *B cf. Muellerus pros. 4* 1053 tibi *om. A utrubique* (*cf. ad v. 1042 sq.*) 1054 nam *AP:* uam ego *Muellerus* prepudio *P* 1055 inde *AP, corr. ς; cf. ad 1042 sq.* dẹi *A* 1056 qui *P:* quid *A* 1058 antidamas *AP* 1061 illo *P* 1062 ecquid *AP:* et quidem *Priscianus 1, 309* (*praeter G ς*) 1063 patris atque matris memini *Agorastoclis P* memorandum *P* 1064 noui *P:* notio *A* 1065 amsigura *AC* hiaon *A,* ihon *B,* iachon *CD, cf. 1072* 1066—1103 *deest A* 1067 quod ⟨ego⟩ *Lambinus, sed* tuli *suspectum, cf. ad Curc. 644;* quod mi aegre fuit *Reizius cl. Curc. 169* 1068 ampsagura *B* (*prima* a *ex corr.*) 1070 his *B* 1071 priuatum ⟨esse⟩ *Camerarius* agrae *B*

sed si ita est, ut tu sis Iahonis filius,
signum esse oportet in manu laeva tibi,
ludenti puero quod memordit simia.
ostende, inspiciam. ⟨Agor. Em ostendo.⟩ Han. Aperi. audi atque ades:
* *
Agor. Mi patrue, salve. Han. Ét tu salve, Agorastocles.
iterum mihi gnatus videor, quom te repperi.
Mil. Pol istám rem vobis bene evenisse gaudeo.
sed te moneri num nevis? Han. Sane volo.
Mil. Paterna oportet filio reddi bona.
aequomst habere hunc bona quae possedit pater.
Han. Haud postulo aliter: restituentur omnia;
suam sibi rem salvam sistam, si illo advenerit.
Mil. Facito sis reddas, etsi hic habitabit, tamen.
Han. Quin mea quoque iste habebit, si quid me fuat.
Mil. Festivom facinus venit mi in mentem modo.
Han. Quid id est? Mil. Tua opus est opera. Han. Dic mihi quid lubet:
profecto uteris, ut voles, operam meam.
quid est negoti? Mil. Potin tu fieri subdolus?
Han. Inimico possum, amico insipientia est.
Mil. Inimicus hercle est huius. Han. Male faxim lubens.
Mil. Amat ab lenone hic. Han. Facere sapienter puto.
Mil. Leno hic habitat vicinus. Han. Male faxim lubens.
Mil. Ei duae puellae sunt meretrices servolae
sorores: earum hic alteram efflictim perit,
neque eam incestavit umquam. Hán. Acerba amatiost.

1072 iachonis *C* 1074 momordit *B*; *cf. Nonius 140* 1075 ostende inspici (-ce *CD*) iam aperi audiatque ades, *supplevi in exemplum, cf. Epid. 683 Aul. 641,* inspiciam *corr. Camerarius, inter personas distribuerunt Muretus et Gruterus* audi atque ades *cf. Men. 643 Merc. 568, Abrahamus stud. Pl. 228* *desunt verba agnitionis* 1077 *fort. Agorastocles loquitur* quo atte *B,* quo ate *CD, corr. Luebbertus* 1079 Et, *corr. Pareus* niuis *D,* me uis *C* 1080 filio reddi *D*[1]*:* reddi filio *versum induxit Langrehrius de Pl. Poen. 21, cf. 1035. 1036* 1081 aequom (aequum *D,* ęqum *C*) si 1082 haut *B* 1083 rem sibi *CD* 1084 facite *ante corr. B* habitabit *Pylades:* habit 1085 quim *B* siquit *B* fuit *B* 1086 immentem *B* 1087 est opus *CD* 1088 operam meam *cf. Langenus in Woelfflini arch. 3, 330; Pseud. 160 Stich. 616* 1090 amico est *Pylades* 1092 allenone *B,* alenone *CD; cf. Pers. 326* facile, *corr. Camerarius* 1093 *spurium esse puto* 1095 periit

Mɪʟ. Hunc leno ludificatur. Hᴀɴ. Suom quaestum colit.
Mɪʟ. Hic illi malam rem dare volt. Hᴀɴ. Frugist, si id facit.
Mɪʟ. Nunc hoc consilium capio et hanc fabricam apparo,
ut te allegemus, filias dicas tuas
surruptasque esse parvolas Carthagine *
manu líberali causa ámbas adseras,
quasi filiae tuae sint. iamne intellegis?
Hᴀɴ. Intellego hercle. nam mihi item gnatae duae
cum nutrice una sunt surruptae parvolae.
Mɪʟ. Lepide hercle adsimulas. iam in principio id mihi placet.
Hᴀɴ. Pol magis quam vellem. Mɪʟ. Eu hércle mortalem catum,
* malum crudumque, estolidum et subdolum.
ut adflet, quo illud gestu faciat facilius.
me quoque dolis iam superat architectonem.
Hᴀɴ. Sed earum nutrix qua sit facie, mi expedi.
Mɪʟ. Statura hau magna, corpore aquilost. Hᴀɴ. Ipsa east.
Mɪʟ. Specie venusta, óre atque oculis pernigris.
Hᴀɴ. Formam quidem hercle verbis depinxti probe.
Mɪʟ. Vin eam videre? Hᴀɴ. Filias malo meas.
sed i átque evoca illam; sí eae meae sunt filiae,

1097 nunc, *corr. Pius* ludicatur *B* 1098 rem *om. B* frugist *Muellerus:* frugi 1099 fabrica aparo *B* 1100 ut: ui *B* allegemus, dicas *asyndeta* tuas *om. B* *post* 1101 *intercidit nutricis mentio* (*cf. 1111*) *et sententiae continuatio:* ⟨cum nutrice una — atque ilico⟩ 1102 manum 1103 iamne *L.:* ambę inpellegis 1104 *accedit A* ▲ *praem. B,* Agor. *C* duae *B:* d— *A*, tuae *CD* 1105 quom *B* sunt s]ụṛruptạẹ *A:* surreptas uni *P*, surreptae sunt *ς* paruuloe *B*, pạṛ— *A* 1106 in principio *cf. ad Epid. 324* 1107 catum *CD:* c— *A*, *om. B* 1108 *quo versus loco vocubulum desit, velut* ⟨senem⟩ malum, *non liquet* crudum *cf. Truc. 644* [ẹṣṭọḷi]ḍụṃ *A:* est ollidum *P; cf.* egelidus, *Servius ad georg. 2, 65* 1109 illum gẹṣtum *A* 1111 *cf. ad 1101; de puellis interrogare non potest, ut quarum facies permutata sit, de nutrice non potest nisi commemorata sit. cf. Beckerus in Studemundi stud. 1, 155* facie *BD, Gellius 13, 30, 6* (*Nonius 52*): fac[iḷẹ] *AC* 1112 hau *A:* haud *CD*, haut *B*, non *Gellius* (*Nonius*) aquilost *Gellius* (aquilino *Nonius*): aquilo *AP* east *AP:* est *Gellius* (*Nonius*) 1113 ore *AP Gellius:* crine *Bentleius* (*cf. Hor. carm. 1, 32, 11 art. 37*)*; sed nec crinem dixisset sed capillum et* ore *servandum esse apparet ex Capt. 647 Pseud. 1219 Ter. Heaut. 1062; cf. Asin. 400 Merc. 640, Catull. 43, 3. nomen intercidit quale* ⟨usto⟩ ore, *aut* (*nam istarum notationum partes inconexae esse solent*) *in* atque *latet quale* integro 1114 depinxṭị *AB:* depinxit *Gellius*, depinxisti *CD* probe *A*, *Gellius:* mihi *P* 1115 uin eam *A:* uinam *P* 1116 atque *AP, cf. Cas. 295 Cist. 287 Men. 674 Most. 674 Trin. 1174; delet Pareus, cf. ad Capt. 658* illum *A* meae *om. A*

si illarum est nutrix, me continuo noverit.
MIL. Heus, ecquis hic est? nuntiate ut prodeat
foras Giddeneni. est qui illam conventam esse volt.

GIDDENES V 3

Quis pultat? MIL. Qui te proximust. GIDD. Quid vis? MIL. Eho,
novistin tu illunc tunicatum hominem qui siet?
GIDD. Nam quém ego aspicio? pro supreme Iuppiter,
erus meus hic quidem est, mearum alumnarum pater,
Hanno Carthaginiensis. MIL. Ecce autem mala.
[praestrigiator hic quidem Poenus probust,
perduxit omnis ad suam sententiam.]
GIDD. O mí ere, salve, Hánno, insperatissume
mihi tuisque filiis, salve atque — eho,
mirari noli neque me contemplarier.
cognoscin Giddenenem áncillam tuam?
HAN. Novi. sed ubi sunt meae gnatae? id scire expeto.
GIDD. Apud aedem Veneris. HAN. Quid ibi faciunt? dic mihi.
GIDD. Aphrodisia hodie Veneris est festus dies:
oratum ierunt deam, ut sibi esset propitia.
MIL. Pol satis scio, impetrarunt, quando hic hic adest.
AGOR. Eho an huius sunt illae filiae? GIDD. Ita ut praedicas.
tua pietas nobis plane aúxilio fuit,
quom huc advenisti hodie in ipso tempore;
namque hodie earum mutarentur nomina
facerentque indignum genere quaestum corpore.

1118 ecquid *A* 1119 gid dene me *P*, giddenenem *A, corr. Muellerus* 1120 GIDDENIS IDEM *A;* Ciddis Milphio Agorastocles Hanno *subscriptis* NVTRIX SERVOS ADVLESCENS POENVS DV *B;* AVGVRAS GITDIS HANO PENVS · MILFIO SER *D*² *personas non notant CD* M.: *spat. A, om. B* te *P:* tu *A* proxi[must] *A:* proximus est *P* 1121 nou— *A:* mouistin *P* 1122 suppreme *CD, A n. l.* iuppite *B, A n. l.* 1123 [hi]c quide[m est meus e]rus *A* (*vel* meus est); *cf. Most 1063* 1125 praestigiator *CD* probus est *P*, pro— *A* 1126 omnes *A* *si malam dicit nutricem, non est cur Hannonem praestigiatorem dicat.* perduxit omnes *non quadrat: Agorastocles adhuc nihil, dubitat v. 1136.* hic quidem *potest interpolatoris esse* (Poenus est *Luchsius comm. pros. 2, 15*) 1127 ⟨o⟩ Hanno *Muellerus* insperastis sume *P* 1128 *litterula plus quam* [salue atque] *in A fuisse videtur* adque *BC* eho *suspectum, cf. Seyffertus Bursiani act. 80, 316* 1129 contemptarier *P; cf. ad Most. 831* 1130 g[idd]enenem *A*, giddeninem (-imem *C*, -imen *D*) *P;* G. ⟨me⟩ *Kochius* 1131 noui sed *A:* nouis et *P* sint *A* 1132 facii[nt *A* 1136 illa et *P, i. e.* illaec 1137 plane nobis *Acidalius* 1139 '*pro virginibus meretrices fierent*' *Ussingius*

Pver. Auamma illi. Gidd. Hauon bane silli in mustine.
Gidd. Mepstaetemes tas dum et alanna cestimim.
Agor. Quid illi locuti sunt inter se? dic mihi.
Han. Matrem hic salutat suam, haec autem hunc filium.
tace atque parce muliebri supellectili.
Agor. Quae east supellex? Han. Clarus clamor. Agor. Sine modo.
Han. Tu abduc hosce intro; et una nutricem simul
iube hanc abire hinc ad te. Agor. Fac quod imperat.
Mil. Sed quis illas tibi monstrabit? Agor. Ego doctissume.
Mil. Abeo igitur. Agor. Facias modo quam memores mavelim.
patruo advenienti cena curetur volo.
Mil. Lachanna vos, quos ego iam detrudam ad molas,
inde pórro ad puteum atque ad robustum codicem.
ego faxo hospitium hoc leniter laudabitis. —
Agor. Audin tu, patrue? dico, ne dictum neges:
tuam mihi maiorem filiam despondeas.
Han. Pactam rem habeto. Agor. Spondesne igitur? Han. Spondeo.
Agor. Mi patrue, salve. nam nunc es plane meus.
nunc demum ego cum illa fabulabor libere.
nunc, patrue, si vis tuas videre filias,
me sequere. Han. Iamdudum equidem cupio, et te sequor.
[Agor. Quid si eámus illis obviam? Han. At ne intervias
praeterbitamus metuo. magne Iuppiter,
restitue certas mi ex incertis nunc opes.
Agor. + Ego quidem meos amores mecum confido fore.]

1141 auammaịllị hạuonbanẹsịll[ạẹ]mustinẹ— *A*, haudones illi hauon bene siilli in mustine *P*; *puerum loquentem fecit Angelius* 1142 mịpstạẹtemẹstx-(*vel* a)sdumetalan[ṇạçẹ]sti[ṃịṃ] *A*, mepsi (meipsi *CD*) etenes te dum et alamna cestimim *P* 1143 [si]nt *A* 1144 *fort.* hunc ⟨suom⟩ 1145 adque *B*[1]*C* suppellectili *BD* 1146 suppẹlḷ[ex] *A*, suppelle *P* H. ς: M. *B*, *spat. A spatium ante* sine *A*: *om. P*; *parcendum est clamori, non clamori sine modo. cf. Curc. 655* 1147 hosc *A*, hos *B*, has *CD* 1148 hanc abire hinç *A*: abire hanc *P* 1152 M. ς: H. *B*; *fort.* H. lachanna vos. M. ego vos iam lachạṇna *A*, lachanam *P*; *cf. 1013* 1153 ad puteum *A*: apud eum *P* adque *P*, *A n. l.* rubustum *B*, *A n. l.* 1158 mi *A*: mihi *P* nonc *vel* nunc *A* 1159 quom *B* 1161 iandudum *A* *breviorem recensionem efficere videntur v. 1146. 1162—1165. 1169—1173. cf. Seyffertus stud. Pl. 10; Schuethius de Poen. 31 sq. Langrehrius 21* 1162 illi *P* H.: *spat. AD*, *om. BC* interuiis *A* 1163 praeterbita *B*, praebiterta *CD* 1165 ego quidem *AP*, *quod retinendum* (ἐγὼ δέ γε); amores meos *Pylades*. *versus ut in libris est septenarius est*

sed eccás video ipsas. HAN. Haecine meae sunt filiae?
quantae e quantillis iam sunt factae. AGOR. Scin quid est?
tragicae sunt: in calones sustolli solent.
[MIL. Opino hercle hodie, quod ego dixi per iocum,
id eventurum esse et severum et serium,
ut haec inveniantur hodie esse huius filiae.
AGOR. Pol istúc quidem iam certum est. tu istos, Milphio,
abduce intro. nos hasce hic praestolabimur.]

ADELPHASIVM V 4

Fuit hódie operae pretiúm cuivis qui amábilitati animum adiceret,
oculís epulas dare, délubrum qui hodie órnatum eo visére venit.
deamávi ecastor illi hodie lepidíssima munera méretricum,
digná dea venustissimá Venere, neque cóntempsi eius opés hodie.
tanta ibi copia venustátum aderat, in suó quique loco sita munde.
arás tus, murrinus, ómnis odor
complébat. haud sordére visust
festús dies, Venus, nec tuóm fanum:
tantús ibi clientarum érat numerus,
quae ad Cálydoniam venérant Venerem.

1167 e *P:* [ete] *A* A. ϛ: M. *B* 1168 th[raç]aẹ sụnṭ [iṇ çẹl]ọnem susṭolli solent *A*, th[ra]eca[e s]unt *etc. t. Loewio*, thraecę (threoę *CD*) sunt caelum ne sustollis olem (oleni *CD*) *P*, *correxi. cf. Paulus 46* calones calcei ex ligno facti, *gloss. mus. Rhen. 28, 419* (*Isidorus orig. 19, 34, 6*) tragoedorum coturni sunt, quos quidam etiam calones appellarunt. *Woelfflini arch. 9, 162* 1169—1173 *Bothius post v. 1150 posuerat Acidalio duce; cf. ad 1162 sq.* 1169 opinor *P; aut* opi[nor ercle *aut* opi[no hercle *ut vid. A* ego *om. A* 1170 [ẹṣṣẹ]ṭ et *A* seuerum *cf. Cist. 646* 1171 *de structura cf. Cas. 1013* 1173 intro ⟨hinc⟩ *Goetzius Loewius* praestolabitur *P* 1174 A]del[phasium] —ṣ— [Ago]ṛas-ṭ[o]cles *A;* Adelphasium Anterastilis agorastocles hanno, *deinde* MERETRICES II · ADVLESCENS POENVS · C · *B*, *item fere sine* C · D^2 *Γ praem. B*, ADEL D^2 ẹuiuis *A:* ciuis *P* 1175 *ut supra AP;* delubrumque hodie ornatum inuisere Veneris *Brixius; versus plane corruptus talem sensum habuerit necesse est:* oculis epulas dare qui vellet, fanum ornatum visere Veneris 1176 ṭecastor *A*, ciastor *B* illi *Weisius, Muellerus:* illiç ẹo *A*, illic ego *P* 1177 dea *Guietus:* diua *AP* iịus *A* opẹs *A:* opus *P* 1178 quique *P:* quicq[ue *A; cf. ad Most. 254 et Stich. 62* loco *vel* sita *om. A* 1179 *dimetri AP* ara[b]ụ[s] murrinus ọmnịs odor *A*, arabus myrrinus odor *Charisius 123*, arabius murrinusque dor (odor *D*) *P; vitiosum est et adiectivum* Arabus, *quod male testatur Charisius, cf. Mil. 412, et compositio* Arabus murrinus odor, *et deficit obiectum; ergo correxi ut supra.* odor *ad utrumque adiectivum pertinet,* omnis *positum ut* omnia *Rud. 215* sordere haud uisust *Weisius, fort.* haud sordere, Venus, festus dies visus nec 1180—1182 *bina cola coniungunt AP* 1180 tuum *A*, tum *P; pertinet ad diem et fanum*

ANTERASTILIS

Certo enim, quod quidem ad nos duas 1181
attínuit, praepotentés pulchre
pacísque potentes, sóror, fuimus, 1182
neque ab iúventute inibi inrídiculo
habitaé, quod pol,
soror, céteris omnibus fáctumst. 1183
AD. Malim ístuc aliis vídeatur, quam uti tú te, soror, conlaúdes.
ANT. Spero équidem. AD. Et pól ego, quom, íngeniis quibus súmus atque aliae, gnósco; 1185
eo súmus gnatae genere, út deceat nos ésse a culpa cástas.
HAN. Iuppíter, qui genus colis álisque hominum, per quém vivimus vitálem aevom,
quem pénes spes vitae súnt hominum omniúm, da diem hunc sospítem quaeso,
+ rebus meis agundis, ut quíbus annos multós carui quasque ⟨é⟩ patria
perdidi parvas + redde is libertatem, invictae praemium ut esse sciam pietati. 1190
AGOR. Omnía faciet Iuppíter faxo,
nam mi ést obnoxius ét me 1191
metuít. HAN. Tace quaeso.
AGOR. Ne lácruma, patrue. 1191a

1181 *a* certo *personam mutat A, non P* certó enim quod quidĕm ád nos duas *AP; intercidit aliquid* 1182 pul[ch]rẹ *AC*, pulchrae *BD; conieci* duelli, *quod et ad* praepotentes *et ad rem aptius quadret quam* pacis potentes *sensu sacro* 1183 *uno versu AP* [ịnịbị] *A*, ibi *P* factu[mst] *A:* factus st *B ante corr.*, factum est *P* 1184 ANT *CD* aliis *A:* aliis ita *P* uti tute *CD*, ut itate *B, A n. l.* 1185 A *praem. B*, A • *erasa* g *D*, AV (*i. e.* Agor., *cf. titul.* D^2 *1120*) *C; deinde Adelph. B* et *Pylades:* ut *P, A n. l.* eg[o] *AP* ingemis *B*, ingẹ— *A* gnosco *B:* ịg[no]ṣ[co *A*, cognosco *CD* 1187—1190 *systema* 1187 uẹ[uimus uẹịtalem *Ȧ; masculinum Lucretius, cf. carm. lat. epigr. 762, 2* florentem aevum 1188 qụ[em penes] ṣ[pe]s *A:* quem apud penes spe *P* hominum ọṃṇ[ịụṃ] *ACD:* hominum *B, cf. Brixius app. Trin. 1115* ḍạ [dịẹṃ] hunc s[o]ṣ[pit]em *omisso* quaeso *A;* sospitem *cf. Hor. c. saec. 40* 1189 reb[us] meis agundiṣ *A, item sed* mis *CD*, mebus misigaindis *B;* meis rebus agundis *Muellerus, verba fort. spuria* ụt *AP*, et *ς, del. Camerarius* e *Camerarius: om. AP* 1190 redde is (his *D*) ubertatem *P*, pẹḍẹṛịṣ (*non ab* r *incepit*) libertatem *A* inuictẹ *A* (ịnuict$\overset{a}{\text{e}}$ *t. Loewio*) *B*, inuictae *CD* sciant *A* libertatem *interpolatoris esse* (*quam interpolationem secutum est* sciant *in A*) *intellexit Muellerus;* redde, inuictae (*sine* ut *v. 1189*) *Vssingius. talia fuerint:* perdidí parvas, dederís vere, tandem ínuictae ut | praemium ésse sciam pietáti. *cf. 1164. 1255* 1191 *sq. disp. AB* (*in B inter duos versus spatium vacuum 10 versuum*)*:* omnia — quaeso | ne — uictoria 1191. 1191a *cola habet dimetrum, paroe-*

ANT. Vt vólup est homini, méa soror, si quód agit cluet victória;
sicút nos hodie intér alias praestítimus pulchritúdine.
AD. Stultá, soror, magis es quám volo. an tu éo pulchra videre, óbsecro,
si tibi illi non os óblitumst fulígine? 1195
AGOR. O pátrue, o patrue mí. HAN. Quid est,
fratris mei gnate, gnate, quid vis? expedi. 1196
AGOR. At enim hóc volo agas. HAN. At enim ágo istuc.
AGOR. ⟨O⟩ pátrue mi patruíssime. 1197
HAN. Quid est? AGOR. Ést lepida et lauta. út sapit.
HAN. Ingénium patris habet quód sapit. 1198
AG. Quae rés? iam diu édepol sápientiám tuam haéc quidem abusast.
nunc hinc sapit, hinc sentít, quidquid sapit, éx meo amore. 1200

AD. Nón eo genere súmus prognatae, tam étsi sumus servaé, soror,
ut deceat nos facere quicquam quod homo quisquam inrideat.
multa mulierum sunt vitia, sed hoc e multis maxumumst,
quom sibi nimis placent minusque áddunt operam, uti placeant viris.
ANT. Nimiae voluptatist quod in extis nostris portentumst, soror, 1205
quodque haruspéx de ambabus dixit. AGOR. Velim de me aliquid dixerit.
ANT. Nos fore invíto domino nostro diebus paucis liberas.

---

miacum, Reizianum geminatum; cf. 1199 sq. obnixius *B ante corr., C* *nihil aptius his verbis in scaenae parte quae hinc incipit liberiore et iocosa. orta iocatio ex illis* οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς 1191ᵃ lacrime *P* 1193 prestitumus *P* 1194 magis es *B:* magis [e]st *A*, es magis *CD* an tu eo *A:* anueo *P* 1195 . 1196 *disp. A:* si — mi | quid — expedi, *B:* si — fuligine | o—mi | quid — expedi 1195 *inter* si *et* st fuli[gi]n[e *spatium paullo minus A* ollitum est *B* fuli neci *CD*, fuli neti *B* 1196 o pat[r]ue o patrue mi *A:* o patrue o patrue mi patruissime *P, cf. 1197* fratris mei gnate gnate quid vis expedi *P:* —nam[f[ign]a[te quid ui]s expedi *vel* —ris mei gnate *etc. A*, —gnat[e] f[ra]tris q[uid ui]s expedi *t. Loewio; repetito vocabulo Agorastoclis compellationem per iocum imitatur* 1197 *uno versu P et ut vid. A paroemiacus et dimeter iambicus* h]oc [uo]lo [agas] *A*, uolo hoc agas *P* H.: *spat. B*, Agor. *CD*, *A n. l.* ate enim ago istuc *P*, – go [istuc] *A* o *om. AP* 1198 *sic duobus versibus AB* 1199 edepol *P:* eo edepol *A* quidem *A:* qui quem *P* 1200 hinc (*ante corr.* hicc *B*, hi•c *D ut vid.*, id *C*) sapit hinc *P:* hic sapit hic *A* quic quid *P*, quicquit *A* ex *A:* e *B*, *om. CD* amare *P* *duo dimetri anapaestici cum clausulis Reizianis* 1203 sunt mulierum *AP*, *corr. Bothius* maxumust *A*, maximum est *P* 1204 addunt *A:* addant '*nostri libri veteres*' *Lambinus, om. P* ut *AP* 1206 aliquid *A:* aliquid quid *P*

id ego nisi quid di aut parentes faxint, qui sperem hau scio.
Agor. Mea fiducia hercle haruspex, patrue, his promisit, scio,
libertatem, quia me amare hanc scit. Ad. Soror, sequere hac. An. Sequor.
Han. Prius quam abitis, vos volo ambas. nisi piget, consistite.
Ad. Quis revocat? Ag. Qui bene volt vobis facere. Ad. Facere occasiost.
sed quis homost? Ag. Amicus vobis. Ad. Qui quidem inimicus non siet.
Ag. Bonus est hic homo, mea voluptas. Ad. Pol istum malim quam malum.
Agor. Siquidem amicitiast habenda, cum hoc habendast. Ad. Hau precor.
Agor. Multa bona volt vobis facere. Ad. Bonus bonis bene feceris.
[Han. Gaudio ero vobis. Ad. At edepol nos voluptati tibi.
Han. Libertatique. Ad. Istoc pretio tuas nos facile feceris.]
Agor. Patrue mi, ita me di amabunt, ut ego, si sim Iuppiter,
iam hercle ego illam uxorem ducam et Iunonem extrudam foras.
ut pudice verba fecit, cogitate et commode,
ut modeste orationem praebuit. Hán. Certo haec meast.
sed ut astú sum adgressus ad eas. Agor. Lepide hercle atque commode.
Han. Pergo etiam temptare? Agor. In pauca confer: sitiunt qui sedent.
Han. Quid istic? quod faciundumst cur non agimus? in ius vos voco.

Agor. Nunc, pátrue, tu frugi bonae es. tené. vin ego hanc adpréndam?

1208 dẹi aut parentis *A* qui *A:* quid *BD*, quod *C* haud *P* 1210 *personas not. ς: spatia AP* 1211 abitis uos uolo ambas *A:* habiit (abiit *D*) suos uolamabas (clamabas *CD*) *P* 1212. 1213 *pers. not. ς: spat. AP* 1212 qui *P:* quis *A* 1213 ameicus uobeis *A* sit *A*, est *P; de coniunctivo cf. Bacch. 1132 Men. 204 Trin. 552. 953;* qui *fort. corripitur, ut proceleumaticus sit* (*cf. 282*), *nam* uobis *monosyllabum hic quidem non commendo. de genere argutiarum v. ad Aul. 207* 1214 ad. *ς: spat. AP; item 1216. 1217* 1215 sẹiquidẹm *A* quom *B* ad. *ς: spat. A, om. P, item 1218* haud *P* habenda. ad. hau deprecor *Palmerus Hermath. 20, 70* 1216 uolt uobeis facere *A:* uobis facere uult *P* bonis *P:* beneis *A* feceris *AP*: fecerit *Acidalius* 1217 uobeis *A* ad *B* 1218 leibertatịque *A* isto *P* 1217.1218 *ut meretricios Langrehrius de Poen. 22 notat, cf. 1221* 1219 me di *P:* ḍei *A* 1222 h. *Vssingius: spat. AB* (*Hannonis notam B, spatium D versui 1223 praem.*) 1223 astus sum *P* ag. *Camerarius: spat. AP* commodo *B* (—e *ACD*) 1224 *sine pers. spat. ACD, Hannonis totus B, corr. Acidalius* perge *AP, corr. Acidalius* temptaret *P* qui *AD*: que *B*, quę *C* 1225 quur *B* in ius uos uolo *A*, in lusuos (inlisos *CD*) uolo *P, corr. Camerarius* 1226 nunc patrue tu frugi bonae es uin hanc ego adprehendam | tene *A*, nunc tene patrue tufrugi sibonę es † uin ego hanc adpredam tene (tene *om. CD*) *P, correxi* (tene *Hannoni Camerarius, sed cf. 1232; Adelphasium interpellat, nomine patrui stupefacta.* ego hanc *cf. Kaempfius de pron. pers. 24*)

Ad. An patruos est, Agorastocles, tuos hic? Agor. Iam faxo scibis.
nunc pol ego te ulciscar probe, nam faxo — mea eris sponsa.
Han. Ite in ius, ne moramini. antestare me atque duce.
Agor. Ego te antestabor, postea hanc amabo atque amplexabor.
sed illúd quidem volui dícere — immo hercle díxi quod volebam.
Han. Moramini. in ius vos voco, nisi honestiust prehendi.
Ad. Quid in iús vocas nos? quid tibi debemus? Agor. Dicet illi.
Ad. Etiam me meae latrant canes? Agor. At tu hercle adludiato:
dato mihi pro offa savium, pro ósse linguam obicito.
ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem.
Han. Ite si ítis. Ad. Quid nos fecimus tibi? Han. Fures estis ambae.
Ad. Nosne tíbi? Han. Vos inquam. Agor. Atque ego scio. Ad. Quid id fúrtist? Agor. Hunc rogato.
Han. Quia annos multos filias meas célavistis clam me,
atque equidem ingenuas liberas summoque genere gnatas.
Ad. Numquam mecastor reperies tu istuc probrum penes nos.
Agor. Da pignus, ni nunc perieres, in savium, uter utri det.
Ad. Nil tecum ago, apscede opsecro. Ag. Atque hércle mecum agendum est.
nam hic patruos meus est, pro hoc mihi patronus sim necesse est;
et praedicabo quo modo [vos] furta faciatis multa
quoque modo húius filias apud vós habeatis servas,
quas vox ex patria liberas surruptas esse scitis.
Ad. Vbi sunt eae? aut quas, opsecro? Ag. Satis iám sunt maceratae.

1227 hic *A:* hec *B,* haec *CD* ag. *D²: spat. AB* 1228 ego pol *A* eris mea *A* 1229. 1230. *Hannonis P, sine spatiis A, corr. Weisius, Geppertus* 1229 in ius *AD:* iniurs *B,* inuis *C* antetarde *A* 1230 amplexabo *P* 1231 deicere *A,* dece *B* immo dixi hercle *P;* immo dixi *Bentleius* 1232 iniussuos uoco *B,* in ius nos uoco *D,* in ius uoco vos *C* 1233 dicet illi *P:* dẹ[ic]ẹṭiṣ illi *A; i. e.* discetis illi? 1234 me *om. A;* meae me *Kaempfius de pron. pers. 21* adlatrant *ς* adtu *C,* atthu *B* 1235 pro os[se] *AP; fort.* tuam pro osse, *sed cf. ad Asin. 706* 1236 ite sị ịṭịs *A:* ite sit tis *P; nec potest aptius excogitari* (*cf. 511 Cist. 378 Mil. 1299, Stich. 710, Cas. 765. 831, Pers. 658, Vssingius ad Epid. 197*); ite *monosyllabum, cf. D. L. Z. 1892, 1432, Skutschius Plaut. u. Rom. 149* 1238 nosne *AP; cf. Stich. 135 Epid. 624, Skutschius p. 153* *ante* atque *spat. om. A* f[u]r[tis]t *A t. Loewio* (*n. l. St.*): furti estis *P* hunc *A:* nunc *P* 1239 feilias *A* 1240 leiberas *A* e genere natas *A* 1242 da *om. A* periures *AP, cf. 480; de coniunctivo cf. Epid. 699, ad Truc. 275* 1243 agi *super* i (*vel* e) *scripta* o *A* atqui *Guietus, cf. Rud. 719, relat. soc. Gotting. 1895, 430* 1245 [uos] *E. Beckerus* (*habent AP*) 1246 ⟨uos⟩ huius *Goetzius Loewius* 1248 quas *AP:* quae sunt *Camerarius* ag. *Camerarius: spat. AB* sati[s i]am *A:* sati sim *P*

H. Quid si eloquamur? AG. Censeo hercle, patrue. AD. Misera timeo,
quid hoc sit negoti, mea soror; ita stupida sine animo asto.
HAN. Advortite animum, mulieres. primum, si id fieri possit,
ne indigna indignis di darent, id ego evenire vellem;
nunc quod boni mihi di danunt, vobis vostraeque matri,
eas dís est aequom gratias nos agere sempiternas,
quom nostram pietatem adprobant decorantque di immortales.
vos meae estis ambae filiae et hic ést cognatus vester,
huiusce fratris filius, Agorastocles. AD. Amabo,
num hi falso oblectant gaudio nos? AGOR. At ita me di servent,
ut hic páter est vester. date manus. AD. Salve, insperate nobis
pater, té complecti nos sine. ANT. Cupite atque exspectate
pater, salve. AD. Ambae filiae sumus. ANT. Amplectamur ambae.
AGOR. Quis me amplectetur postea? HAN. Nunc ego sum fortunatus,
multorum annorum miserias nunc hac voluptate sedo.
AD. Vix hoc videmur credere. HAN. Magis quí credatis dicam.
nam vostra nutrix + primum me cognovit. AD. Vbi ea, amabo, est?
HAN. Apud hunc est. AGOR. Quaeso, qui lubet tam diu tenere collum?
omitte saltem tu altera. nolo ego istuc. AD. Enicas me.

* *

prius quám tibi desponderit. AGOR. Mitto. AD. Sperate, salve.

1249 quid si eloquạmụṛ *A:* quin eloquar *P* hercle *B:* hẹrçi·· *A,* ergo *CD; fort.* ⟨o⟩ patrue 1251 pọsseṭ *A* 1252 *cf. 1270* dei *A* euenisset *A; cf. Blasius diss. Argent. 10, 87, gesch. d. irrealis 3* 1253 dei danunt *A:* idid anunt *B,* didanint *C,* di dant *D* uobeis *A* 1254 deis *A* aequo *B* (—quum *CD*) 1255 di *P:* deṭ *A* 1257 huiusce *AP: cf. Schmidtius de pron. dem. formis 56 sq., qui de* Iahonis *cogitat; fort.* meique. *cf. Capt. 10* agorastodes *B, om. CD* 1258 obḷectant *A:* obiectant *P* ạṭ *AC:* ad *BD* me ita *AP, corr. Geppertus; cf. Wackernagel Indogerm. Forsch. 1, 410* dei *A* 1259 AD. *ς: spat. AD, om. BC* 1260 ṭẹ *A:* e *P* nos sine *A:* nosse ne *P* ANT. *Bothius: om. AP* 1261 *spat. praem. D post* salue *spat. B; A n. l.* ⟨tuae⟩ ambae *Goetzius Loewius; A n. l.* sumus *ς:* sunt *P,* su— *A post* sunt *spat. P; aut item aut* sumus *sine spat. A; distribui inter puellas* 1262 H.: *spat. A?, om. P* 1263 sedeo *P* 1264 uideamur *P* 1265 primum *AP:* prima *Bentleius; fort.* primum erum AD. *ς: spat. A, om. P* ubi ea *A:* ibi^e *B,* ubi *CD* 1266 nunc *P* est *om. A* AG. *Angelius: spat. AP* 1267. 1268 *ordine inverso P* 1267 [sa]ltem *A:* salte *CD,* salute *B* AD. *Goetzius Loewius: om. AP* [en]ịçạ[s] mẹ *A:* enicam *P deficit hoc: non decet me rem tecum habere* 1268 ṭị[bi de]sponderi[t + mitto +] *A ex Studemundi supplemento,* m[ihi de]s[p]onderi[t te + omitto·] *t. Loewio:* te mihi desponderit + omitto + *P* (*sed* despenderit *B,* derit *i. ras.*) *versu careri non potest, quo Agorastoclis animum ex impatienti tranquillum* (*1271*) *fieri videamus*

HAN. Condamus alter alterum ergo in nervom bracchialem.
quibus núnc in terra melius est? AGOR. Eveniunt digna dignis.
HAN. Tandem huic cupitum contigit. AG. O Apella, o Zeuxis pictor,
cur numero éstis mortui, hoc exemplo ut pingeretis?
nam alios pictores nil moror huius modi tractare exempla.

HAN. Dí deaeque omnes, vóbis habeo mérito magnas grátias,
quom hac me laetitia adfecistis tanta et tantis gaudiis,
ut meae gnátae ad me redirent in potestatem meam.
[AD. Mi pater, tua pietas plane nobis auxilio fuit.
AGOR. Patrue, facito in memoria habeas, tuam maiorem filiam
mihi te despondisse. HAN. Memini. AGOR. Et dotis quid promiseris.]

ANTAMONIDES V 5

Si ego minam non ultus fuero probe, quam lenoni dedi,
tum profecto me sibi habento scurrae ludificatui.
is etiam me ad prandium ad se abduxit ignavissimus,
ipse abiit foras, mé reliquit pro atriensi in aedibus,
ubi nec leno néque illae redeunt, nec quod edim quicquam datur.
pro maiore parte prandi pignus cepi, abii foras;
sic dedero: aere militari tetigero lenunculum.
nanctus est hominem, mina quem argenti circumduceret.
sed mea amica nunc mihi irato obviam veniat velim:
iam pol ego illam pugnis totam faciam uti sit merulea,
ita replebo átritate, átrior multo ut siet,

1269 H. *Camerarius: om. P* 1270 meliust *A* digna dignis *cf. Buechelerus mus. Rhen. 46, 243* 1271 H. *Pylades: om. P* contingit *A* AG. *ς: spat. AP* apellẹ *A* 1272 qur *AB* numero estis *AP, Festus 170 (verba cum alio fragmento errore conglutinata)*; estis numero *Reizius* hoc exemplo *A, Festus:* hic exemplum *P* 1274 dei *A* uobeis *A* *cf. ad Asin. 143* 1275 adfecistis *post* tantis *P* 1276 in *P:* et *in A fuisse coniecerunt Studemundus et Loewius* 1277—1279 *induxit Geppertus* 1277 *cf. 1137* noḅ[ei]s *A* 1278 memoriam *P* 1279 *spatia pers. om. A* promiserim *ς* ANTAMONIDES ỊDEM *A*, ANTAMENIDES MILES EIDEM C *D*, antamoenides *sq. v. vacuo B* 1281 habento scur— *A*, habeant oscurrae *P*].....ç[a]ṭụ[i] *A t. Loewio (n. l. St.):* ludificis catii (cauiis *CD*) *P* 1282 ad *A t. Loewio, P,* ịṇ *A t. St.* abduxit *B:* adduxit *CD, A n. l.* 1283 abeit *A*, habiit *CD* reliquid pro atrensi *P* 1284 illae *A:* illac *B*, ille *CD* 1285 prom more *B*, pro more *CD* prandẹi *A* abi *A* 1286 aerem *P, corr. Pylades:* e (*vel* i) *A, item* e *Priscianus 1, 109 testatus* lenunculum; *cf. Gai inst. 4, 27, Gell. 6, 10, 2* 1287 nactus *A* que *P* 1289 ut *AP* 1290 replebo ⟨eam⟩ *Bentleius* atritate *i. q.* atritatis, *cf. ad Merc. 795* atrior *P:* ạtrịṭior *A, cf. Paulus 28* atritas: atri coloris, *ante* Aegyptinos, *v. ad v. sq. et Reitzensteinius Verr. Forsch. 62, Goetzius in Woelfflini arch. 2, 347*

quam Aegyptini, qui cortinam ludis per circum ferunt.
ANTER. Tene sis me arte, mea voluptas; male ego metuo miluos,
mala illa bestia est, ne forte me auferat pullum tuom.
AD. Vt nequeo te satis complecti, mi pater. ANTAM. Ego me moror.
propemodúm hoc opsonare prandium potero mihi.
sed quid hoc ést? quid est? quid hóc est? quid ego video? quo modo?
quid hoc est conduplicationis? quae haec est congeminatio?
quis hic homo est cum tunicis longis quasi puer cauponius?
satin ego oculis cerno? estne illaec mea amica Anterastilis?
et ea est certo. iam pridem ego me sensi nihili pendier.
non pudet puellam ámplexari baiolum in media via?
iam hercle ego illum éxcruciandum totum carnufici dabo.
sane genus hoc mulierosumst tunicis demissiciis.

sed adire certum est hanc amatricem Africam.
heus tu, tibi dico, mulier, ecquid te pudet?
quid tibi negoti est autem cum istac? dic mihi.
HAN. Adulescens, salve. ANTAM. Nolo, nihil ad te attinet.
quid tibi hanc digito tactio est? HAN. Quia mihi lubet.
ANT. Lubet? HAN. Ita dico. ANT. Ligula, i in malam crucem.
tune hic amator audes esse, hallex viri,
aut contrectare quod mares homines amant?
deglupta mena, sarrapis, sementium,
manstruca, halagora, sampsa, tum autem plenior

1291 Aegyptini *A:* aegipti aut *P; cf. Paulus l. s.* Aegyptinos: Aethiopas fuerunt *P* 1292 AD. *B, corr. ς* 1294 ANT. *B, alteri dedi* compecti *A* 1295 hoc *AP; fortasse* hoc ⟨pretio⟩ 1296 quid est *antecedente personae spatio A:* quid hoc *P* 1298 quom *B* 1299 oc[ulis] ego *A* anterastris *CD,* ant rastris *B* 1300 est certo *A:* esterto *P* 1301 amplexarei *A* baliolum (*i. e.* baiiolum) *P* 1302 illunc *Bothius, fort.* illum ⟨hominem⟩ dato *A* 1303 mulierosust *A,* muliebrosum st (si *B*) *P* demissicus *C,* demisiciis *CD* 1304 hanc *A:* banc ad *P* 1305 ec quit *B,* et quid *CD* 1306 negotii (inegotii *B*) autem est *P,* negotium est autem *A* quom *B* 1307 atte *AB* 1308 istanc *Pylades, cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 244* 1309 ligula *ACD:* legula *B* i in *DA*[2]*:* †in *B,* in *C,* i *A*[1] 1310 hallex *P:* ḟạḷḷạx *A; cf. Aul. frg. 5, Cato r. r. 58;* hallux *Loewius prodr. 273 (pollex pedis apud Paulum 7* (allus) *102* (hallus) *et in glossis* (allux) 1311 contra-ctare *AP* 1312 *ut s. AP;* sarrapis *cf.* σάραπις, σαράπους; *et hoc obscurum et* sementium, *cuius prior pars erit* sem(i) 1313 ṃạṇṣṭruca *A:* manstructa *P; cf. Cic. pro Scauro 45* halagora *om. A, quid sit obscurum; sampsa sale fit* samçṣa (cs *plane incertae, sed fort.* ps; saur[e]x *t. Loewio*) *A,* sama *P* (halogoras amatum); *cf. Colum. 12, 47 sq.; nigris olivis fit*

ali ulpicique quam Romani remiges.
AGOR. Num tibi, adulescens, malae aut dentes pruriunt,
qui huic es molestus, an malam rem quaeritas?
ANTAM. Quin adhibuisti, dum istaec loquere, tympanum?
nam te cinaedum esse arbitror magis quam virum.
AGOR. Scin quam cinaedus sum? ite istinc, servi, foras,
ecferte fustis. ANTAM. Heus tu, si quid per iocum
dixi, nolito in serium convertere.
ANTER. Qui tibi lubido est, opsecro, Antamonides,
loqui inclementer nostro cognato et patri?
nam hic noster pater est; hic nos cognovit modo
et hunc sui fratris filium. ANTAM. Ita me Iuppiter
bene amet, bene factum. gaudeo et volup est mihi,
si quid lenoni óptigit magni mali.
[quomque e virtute vobis fortuna optigit.
ANTER. Credibile ecastor dicit. crede huic, mi pater.
HAN. Credo. AGOR. Et ego credo. sed eccum lenonem Lycum.]
AGOR. Bonum virum eccum video, se recipit domum;
[[HAN. Quis hic est? AGOR. Vtrumvis est, vel leno vel Lycus.
in servitute hic filias habuit tuas
et mi auri fur est. HAN. Bellum hominem, quem noveris.]]
rapiamus in ius. HAN. Minime. AG. Quapropter? HAN. Quia
+ iniuriarum multo induci satius est.

1314 alii uldicique *A* (ali[i] ulpicique *t. Loewio*): aliiulpique *B*, aluulpique *CD; cf. Colum. 11, 3, 20* *de* Romanis *dubitat Martleius Hermath. vol. 4, 308* 1317 quin *Geppertus:* qur (cur *CD*) non *AP* 1318 cinaedu *A* 1319 sum *A t. Loewio* 1320 fuistis *A* 1322 qui *Seyffertus:* quid *AP* est C^1: es *P, om. A* antamonides *A*, antomonedes *CD*, antam moenides *B* 1323 indementer *C*, in denemter *B* 1327 siquid *A:* siquidem *P* lenoni ⟨huic⟩ *Pylades* 1328—1330 *removit Langenus stud. Pl. 344. indicia interpolationis* quomque *post* si, *repetitum* optigit, *dittographia* (*repetito* eccum) *1330. 1331. versus positi pro v. 1410—1414. cf. ad 1349 sq.* 1330. 31 lycum *P:* opt[ume] *A* *post h. v. dittographiam habet A*: cred[o] + at ego credo + edepol hi[c] uenit commodus, *om. P* 1332 se recipit *P:* [r]edeun[te]m *A* domum *P:* do-[m]um + quis hicst *A, qui praeter ista prima verba omittit v. 1333—1335. qui sunt eidem qui 1382—1384 et inde huc antiquitus ascripti, ut docet A. quis sit qui veniat ex v. 1327 sq. apparet, sed 1375 sq. non nuntiatus leno accedit* 1333 uel leno uel *v. 1382* (*cf. Langenus stud. Pl. 351*): et leno 1335 mihi *v. 1384:* mihi hic 1336 in ius *A:* intus *P* 1337 indici *A* *opposita sunt* induci *et* rapiamus; *iocatur Hanno non negans in ius vocandum esse, quasi negans rapiendum esse. corruptum, cuius in hac re nullus locus est,* iniuriarum, *ac scribendum videtur* in ius ⟨bonum⟩ uirum múlto

LYCVS V 6

Decipitur nemo, mea quidem sententia,
qui suis amicis narrat recte res suas;
nam omnibus amicis meis idem unum convenit,
ut me suspendam, ne addicar Agorastocli.
AG. Leno, eamus in ius. LYC. Opsecro te, Agorastocles,
suspendere ut me liceat. HAN. In ius te voco.
LYC. Quid tibi mecum autem? HAN. Quia hasce aio liberas
ingenuasque esse filias ambas meas;
eae sûnt surruptae cum nutrice parvolae.
LYC. Iam pridem equidem istuc scivi, et miratus fui,
neminem venire qui istas adsereret manu.
[meae quidem profecto non sunt. ANTAM. Leno, in ius eas.
LYC. De prandio tu dicis. debetur, dabo.]
AG. Duplum pro furto mi opus est. LYC. Sume hinc quid lubet.
HAN. Et mihi suppliciis multis. LYC. Sume hinc quid lubet:
[ANTAM. Et mihi quidem mina argenti. LY. Sume hinc quid lubet.]
collo rem solvam iam omnibus, quasi baiolus.
[AG. Numquid recusas contra me? LYC. Haud verbum quidem.
AG. Ite igitur intro, mulieres. sed patrue mi,
tuam, ut dixisti, mihi desponde filiam.
HAN. Haud aliter ausim. ANTAM. Bene vale. AG. Et tu bene vale.

1338 LYCVS *A*, *idem v. 1337 addit B*, LICVS LENO EIDEMII *D*², *om. C* 1340 mus *B*, *cf. ad 425* idem unum *Truc. 806, Lucil. 814* eadem ut una maneant in sententia, *506. 737* (*Paul quaest. gramm. 34*) 1341 addicare *P* 1343 in ius *A:* leno in ius *P* 1344 qụ[ia] *AP*, quia ⟨enim⟩ *Bothius* hasce aio *Camerarius:* hasce mo *B*, hasce modo *CD*, has d[ico] *A* 1345 *fort.* ⟨et⟩ filias 1346 ẹaẹ *A:* te *P* surruptae *P:* [s]uṛrepṭae *A* 1347 sc̣[i]ụ[i] et *ACD:* suuet *B* 1348 manum *P* 1349. 1350 *item ut 1353 adiecti ut in exitu compendiario militis partes explerentur, qui v. 1398 demum lenonem adgredi debet* 1349 ius *ς:* lus *P*, *A n. l.* 1350 [de]bẹtur *ACD*, debitur *B* 1351 duplum *AP:* duplo *Vssingius* mihi *om. A* L.: E *B* quodiubet *A*, quidem *P* 1352 s[u]ppliciis *A:* supplicis (supl. *C*) *CD*, *B ex corr.*, supplices *B* quid lubet *P:* quọḍ [lu]bet *A* 1353 *om. A; v. ad 1349. 1350* minam *ς*, minimam *P*, *corr. Camerarius* 1354 collo rem *A:* colorem *P* 1355–1371 *novicii cum v. 1328–1330; 1349. 1350; 1353 scaenae insertis ad claudendam fabulam adiecti* 1355 contra me *P:* contram *A;* contra *Langenus stud. Pl. 352* haud uerbum quidem *A*, *Turnebus* ('*lego*'), '*sic perspicue scriptum est in nostris libris veteribus*' *Lambinus:* aduersum quidem *P* 1356 mi (*aut* meị) *A:* mihi *P* 1357 dixti *A* 1358 alṭer *A*, aliiter *B* tu uale bene *A*, *lineolis correctum*

ANTAM. Leno, arrabonem hoc pro mina mecum fero. —
LYC. Perii hercle. AG. Immo haud multo post, si in ius veneris.
LYC. Quin egomet tibi me addico. quid praetore opust?
verum obsecro te, ut liceat simplum solvere,
trecentos Philippos; credo conradi potest:
cras auctionem faciam. AG. Tantisper quidem
ut sis apud me lignea in custodia.
LYC. Fiat. AG. Sequere intro, patrue mi, út hunc festum diem
habeamus hilare, huius malo et nostro bono.
multum valete. multa verba fecimus;
malum postremo omne ad lenonem reccidit.
nunc, quod postremum est condimentum fabulae,
si placuit, plausum postulat comoedia. —]

AGOR. Quam rém agis, miles? qui lubet patruo meo V 7
loqui inclementer? ne mirere, mulieres
quod eum secuntur: modo cognovit filias
suas ésse hasce ambas.

LYCVS

Hem, quod verbum aures meas
tetigit? nunc perii. ANTAM. Vnde haec perierunt domo?
AG. Carthaginienses sunt. LYC. At ego sum perditus.
illuc ego metui semper, ne cognosceret
eas áliquis, quod nunc factumst. vae misero mihi,
periere, opinor, duodeviginti minae,
qui hasce emi. AGOR. Et tute ipse periisti, Lyce.

1359 arabonem *P* 1360 si *in A fuisse visum Loewio, litterae spatium Studemundo: om. P* [i]n ịus *A:* intus *P* 1361 egonẹt *A* addẹco *A* quod *CD*, quot *B* opus est *AP* 1363 *de re rectius v. 1393 sq. 1408. 1417, sed ne ibi quidem recte, cf. 784, Goetzius act. Lips. 6, 254* 1366 hunc *om. A; cf. Baierus de Pl. fab. rec. 18* 1367 haḅeamus *A, B ante corr.:* habemus *CD, B ex corr.* hilarem *P*, ilarem *A, corr. Bentleius; cf. Abrahamus stud. Pl. 221* 1369 posttro *A* ṛeccidit *A:* redit *P* 1370 quid *P* *post v. 1371 nullum novae scaenae indicium A, spatium P,* augu eidem *inscr. D*[2] 1372—1397 *scripti ut substituerentur versibus 1315—1354 et, ut est in libris, cum 1398 sq. coniungerentur. qui scripsit, lenonis partes ut videtur amplificare volebat* 1372 agịs *A:* agitis *P* melius cui *A* 1373 ne mirere *A:* meminere *P* 1374 sequntur *A* 1375 L.: AN. *D*[2], *item 1377* aurẹs *AB*[1]*:* auris *CD, B ex corr.* 1376 tetigi *A*[1] ANT. *Seyffertus: spat. AB,* AG. *D*[2] haec *A:* hae *P ante* domo *pers. spat. BD* 1377 *repetitur post 1381 (ubi A iam deficit); atque omitti potuerunt v. 1378—1381* carthaginiensis *post 1381 P* 1378 metuẹị *A* 1379 *ante* vae *pers. spat. AB* 1381 tute *A:* tu *P* peristi *AP*

HAN. Quis hic est? AGOR. Vtrumvis est, vel leno vel Lycus.
in servitute hic filias habuit tuas,
et mi auri fur est. HAN. Bellum hominem, quem noveris.
ANTAM. Leno, rapacem te esse semper credidi,
verúm etiam furacem qui norunt magis.
LYC. Accedam. per ego tua te genua óbsecro
et hunc, cognatum quem tuom esse intellego:
quando boni estis, ut bonos facere addecet
faciatis, vestro subveniatis supplici.
iam pridem equidem istas scivi ésse liberas
et exspectabam, si qui eas ássereret manu.
nam non meae sunt prosum. tum autem aurum tuom
reddam, quod apud me est, et iusiurandum dabo,
me malitiose nil fecisse, Agorastocles.
AGOR. Quid mihi par facere sit, ego mecum consulam.
omitte genua. LYC. Mitto, si ita sententia est.]

ANTAM. Heús tu leno. LYC. Quid lenonem vis inter negotium?
ANTAM. Vt minam mi argenti reddas, prius quam in nervom abducere.
LYC. Di meliora faxint. ANTAM. Sic est: hodie cenabis loris.

1382—1419 *deest A, omisso folio 38 versuum* (*ut P*) 1382—1384 *v. 1333 sq.* 1382 ut trum uis *B* uel leno uel lycus *Lipsius:* nouelle nouellycus (-icus *CD*) 1383 abuit *B* tua *B* (*cf. 1389. 1401. 1419*), duas (*ex* mias *C*) *CD* 1384 for *B* ueris *B* 1385 ANT.: *spat. BD, om. C,* AG. *vulgo; Agorastocles tam obscure de furto loqui non potest, miles potest ad minam suam adludens antequam reposcat* 1386 furacem ⟨aiunt⟩ *Brixius* 1387 accedam *post ista colloquii initia Plautus non scripsisset; intellegit 'propius accedam'. cf. Langenus stud. Pl. 355* tua te *Kaempfius de pron. pers. 21:* te tua te ⟨oro⟩ obsecro *Geppertus, cf. Amph. 923* 1389 bonos: bono *B* 1390 faciatis *L.:* facite et 1391 mequidem *B* esse sciui *Bothius* 1392 manum; *cf. 1348* 1393 nam meae prosum non sunt, *correxi; cf. Most. 307. Trin. 729* (prorsus *post negationem*) tuam *B* 1396 AG. ς: *spat. B, om. CD* quod, *corr. Hasperus* ego mecum *Mahlerus de pron. pers. colloc. 26:* cum (quom *B*) egomet; *cf. 1402* 1397 *ante* omitte *spat. CD, scilicet ut Hanno haec dicat, cf. 1388* mitto *cf. Mil. 444 sq.* 1398 *excipit versum 1354. sed ne hunc quidem exitum vere Plautinum esse indicare videntur v. 1408. 1417* (*cf. 784*), *v. ad v. 1363, ad v. 1400—1403. olim in fine fabulae militem Anterastilis nuptias impetrasse indicio sunt v. 1322 sq., cf. Franckenus mnemos. 4, 170 sq.* 1398—1400 *Antamonidis personam restituit Seyffertus:* AG. 1399 ut minam mi argenti *Seyffertus, Muellerus:* utinam mihi argentum 1400 de meliora faxait *B; de locutione Plauto non usitata cf. Baierus de Pl. fab. rec. 33* est hodie *Hasperus, Vssingius:* estu ideo cenabilis *B*

aurum argentum collum, leno, tris res nunc debes simul.
Han. Quid me ⟨in⟩ hac re facere deceat, egomet mecum cogito.
si volo hunc ulcisci, litis sequar in alieno oppido,
quantum audivi ingenium et mores eius quo pacto sient.
Adelph. Mi pater, ne quid tibi cum istoc rei sit pessumo, obsecro.
Anter. Ausculta sorori. abi, diiunge inimicitias cum improbo.
Han. Hoc age sis, leno. quamquam ego te meruisse ut pereas scio,
non experiar tecum. Agor. Neque ego; si aurum mihi reddes meum,
leno, quando ex nervo emissu's — compingare in carcerem.
Lyc. Iamne autem ut soles? Antam. Ego, Poene, tibi me purgatum volo.
si quid dixi iratus advorsum animi tui sententiam,
id uti ignoscas quaeso; et quom istas invenisti filias,
ita me di ament ⟨ut⟩ mihi volup est. Han. Ignosco et credo tibi.
Antam. Leno, tu autem amicam mihi des facito aut [auri] mihi reddas minam.
Lyc. Vin tibicinam meam habere? Antam. Nil moror tibicinam;
nescias, utrum ei maiores buccaene an mammae sient.
Lyc. Dabo quae placeat. Antam. Cura. Lyc. Aúrum cras ad te referam tuom.
Agor. Facito in memoria habeas. Lyc. Miles, sequere me. — Antam. Ego vero sequor. —
Agor. Quid ais, patrue? quando hinc ire cogitas Carthaginem?
nam tecum mi una ire certum est. Han. Vbi primum potero, ilico.
Agor. Dum auctionem facio, hic opus est aliquot ut maneas dies.
Han. Faciam ita ut vis. Agor. Age sis, eamus, nos curemus. plaudite.

1401 collum *cf. 1354* tris res *Lipsius:* stris re semul *CD*, semel *B* 1402 ⟨in⟩ *Reizius, Geppertus* 1403 sic *B* *de locutione Terentiana* lites sequar *v. Langenus symb. 218; cf. Ter. And. 810 sq. Phorm. 407 sq. Ad. 248. nec satis est ad sententiam, sed* '*lites sequendae erunt*' *vel* '*lites sequens periclitabor*' 1404 quod pacto (pecto *B*) 1405 mi *D:* ni *BC* nequit tibi quom *B* siet pessumo *L.:* ac massum 1406 soroi *B* 1409 *debuit* '*liber sis*', *dicit* '*compingare in carcerem*', *id ut antithesi extollat praemittit* '*quandoquidem e nervo emissus es*' (*cf. 1399*). *interpungendum erat post* ego *v. 1408* emisus *B* 1410 iam, *corr. Spengelius militis personam restituit Seyffertus: om.* pugnatum 1413 ut mihi uolup est *Seyffertus:* mihi uoluptatis est 1414 atem *B* [auri] *Seyffertus* 1416 eim *B* mores buccene amammae 1417 cras ad te *Lipsius:* crassate 1418 facto immemoria *B* 1419 cogita *B* cartaginem *CD* 1420—1422 *initia et media quaedam extant A* 1420 mihi *B: om. CD, habuisse videtur A* 1421 facto hic opus *P*, —o opus *A* aliquod *P*, *A n. l.* 1422 ut *om. B*, *A n. l.* ✝ plaudite *B* *subscriptionis reliquiae* MAϘ (*cf. Goetzi et Loewi praef. 6*) *A;* PLAVTI POENVLVS (PEN. *B*) EXPLICIT INCIPIT PERSA *P*

PSEVDOLVS

M. IVNIO. M. FIL. PR. VRB.
AC. M.

---

didascaliae reliquias servavit A 2 ac: *scriptum fuit aut* ac *aut* fac, *sequente fort.* c (acc *vel* facc) M: *scriptum fuit* me *vel* aed. acta Megalesiis *Ritschelius*

ARGVMENTVM I

Praesentis numerat quindecim miles minas,
Simul consignat symbolum, ut Phoenicium
Ei det leno, qui eum cum rélicuo adferat.
Venientem caculam intervortit symbolo,
Dicens Syrum se Ballionis, Pseudolus
Opemque erili ita tulit; nam Simmiae
Leno mulierem, quem is supposuit, tradidit.
Venit Harpax verus: res palam cógnoscitur,
Senexque argentum, quod erat pactus, reddidit.

---

arg. I habet P post prologum, om. A *argumento praem.* PSEVDOLVS *B*, PROLOGVS *CD* 1 milles *B* 2 simbolum phęnicum 3 reliquo 4 *cf. 2, 13* 6 sinimiae

ARGVMENTVM II

Calidorus iuvenis m⟨eretricem Phoenicium⟩
ecflictim deperibat, nummorum indigus;
eandem miles, qui viginti mulierem
minis mercatus abiit, solvit quindecim.
scortum reliquit ad lenonem ac symbolum,
ut qui attulisset signum simile cetero
cum pretio, secum aveheret emptam mulierem.
mox missus ut prehendat scortum a milite
venit calator militaris. hunc dolo
adgreditur adulescentis servus Pseudolus
tamquam lenonis atriensis: symbolum
aufert, minas⟨que⟩ quinque acceptas mutuas
dat subditicio caculae cum symbolo;
lenonem fallit + secophantacie cacula.
scorto Calidorus potitur, vino Pseudolus.

---

arg. II habet A ante prologum, om. P 2 etflictim 4 absolvit, *corr. Ritschelius* 5 reliquid 7 praetio muliere 8 ut prehendat *Buggius:* adpraehendit scortu 10 aduliscentis 12 adfert, *corr. Maius* ⟨que⟩ *Ritschelius* 13 subditivo *Ritschelius;* caculae subditicio *Bergkius* 14 *fort.* secophantaue *A* sycophanta *Ritschelius,* cacula sycophantice *Seyffertus* 15 Calydorus uiuo seudulo *A, corr. Sauppius*

PERSONAE

PSEVDOLVS servus
CALIDORVS adulescens
BALLIO leno
SIMO senex
CALLIPHO senex
HARPAX servus
CHARINVS adulescens
PVER
COCVS
SIMIA servus

SCAENA ATHENIS

PROLOGVS

*   *

expergi meliust lumbos atque exsurgier:
Plautina longa fabula in scaenam venit.

*   *

---

prologi duo tantum versus post Plautum factos ex initio potius quam ultimos praebent AP, post argumentum A, ante argumentum P; praemissum INCIPIT PSEVDOLVS (PSEDOLVS *D*) PROLOGVS *BCD*   *sententia sic fere suppletur:* sed si qui sunt qui nolent dare silentium   1 exporci melius lumbos atque exsurger *P;* exsurgere *Pareus. cf. Epid. 733*

PSEVDOLVS I 1

Si ex te tacente fieri possem certior,
ere, quae miseriae te tam misere macerent,
duorúm labori ego hominum parsissem lubens,
mei te rogandi et tis respondendi mihi;
nunc quoniam id fieri non potest, necessitas
me subigit ut te rogitem. responde mihi:
quid est quod tu exanimatus iam hos multos dies
gestas tabellas tecum, eas lacrumis lavis,
neque tui participem consili quemquam facis?
eloquere, ut quod ego nescio id tecum sciam.

CALIDORVS

Misere miser sum, Pseudole. PS. Id te Iuppiter
prohibessit. CAL. Nihil hoc Iovis ad iudicium attinet:
sub Veneris regno vapulo, non sub Iovis.
PS. Licet me id scire quid sit? nam tu me antidhac
supremum habuisti comitem consiliis tuis.
CAL. Idem animus nunc est. PS. Face me certum quid tibist;
iuvabo aut ré aut opera aut consilio bono.
CAL. Cape has tabellas, tute hinc narrato tibi
quae me miseria et cura contabefacit.
PS. Mos tibi geretur. sed quid hoc, quaeso? CAL. Quid est?
PS. Vt opinor, quaerunt litterae hae sibi liberos:
alia aliam scandit. CAL. Ludis iam ludo tuo?

PSEVDOLVS CALYDORVS *A*, P PSEVDOLVS C CALYDORVS | SERVVS ADVLESCENS *B*, PSEVDOLVS SERVVS CALYDORVS ADOLESCENS *C*, PSEDOLVS CALLIDORVS *D*
4 macerent *A*, *Gellius 20, 6, 9:* macerant *P* 5 hominum *AP*, *Gellius:* hominem *Nonius 501*, *Diomedes 368* 6 mei te rogandi *AP*, *Gellius:* me interrogandi *Nonius* et tis *Cario:* et tui tis *libri Gellii*, et tui *Nonius*, etui *A*, et te *P* 12 id *om. A* 13 *cf. Nordenus mus. Rhen. 49, 202* 16 id *om. A* me *P:* meo *A* 17 suppremum habuisti se — — tuis *Festus 305* 18 fac *P* 19 iubabo *A* re ⟨te⟩ *Ritschelius post Camerarium* 24 iam *A:* me *P; cf. ad Aul. 819*

Ps. Has quidem pol credo nisi Sibulla legerit,
interpretari álium posse neminem.
Cal. Cur inclementer dicis lepidis litteris
lepidis tabellis lepida conscriptis manu?
Ps. An, opsecro hercle, habent quas gallinae manus?
nam has quidem gallina scripsit. Cal. Odiosus mihi es.
lege vel tabellas redde. Ps. Immo enim pellegam.
advortito animum. Cal. Non adest. Ps. At tu cita.
Cal. Immo ego tacebo, tu istinc ex cera cita;
nam istic meus animus nunc est, non in pectore.
Ps. Tuam amicam video, Calidore. Cal. Vbi ea est, opsecro?
Ps. Eccam in tabellis porrectam: in cera cubat.
Cal. At te di deaeque quantumst — Ps. Servassint quidem.
Cal. Quasi solstitialis herba paulisper fui:
repente exortus sum, repentino occidi.
Ps. Tace, dúm tabellas pellego. Cal. Ergo quin legis?
Ps. 'Phoenicium Calidoro amatori suo
per ceram et lignum litterasque interpretes
salutem mittit et salutem abs te expetit,
lacrumans titubanti ánimo, corde et pectore.'
Cal. Perii, salutem nusquam invenio, Pseudole,
quam illi remittam. Ps. Quam salutem? Cal. Argenteam.
Ps. Pro lignean salute vis argenteam
remittere illi? vide sis quam tu rem geras.
Cal. Recita modo: ex tabellis iam faxo scies
quam subito argento mi usus invento siet.
Ps. 'Leno me peregre militi Macedonio
minis viginti vendidit, voluptas mea;
et prius quam hinc abiit, quindecim miles minas
dederat; nunc unae quinque remorantur minae.
ea caúsa miles hic reliquit symbolum,

---

25 sibylla *B*, sibilla *CD* 26 interpraetari *A* alium *AP:* natum *Brixius* 27 qur *A* 29 quas *A:* que *P* 30 gallinas *A* 33 hinc *P* 35 calydore *ABC* 36 ceram *A* 37 quantum est *A*, quantust *CD* 40 pelligo *P* 41 calydoro *ACD* 42 lignum *in Ausoni epist. 22, 1 p. 184 Sch.:* linum *AP; cf. 47* (*aliter Bacch. 748*) interpraetes *A* 43 mittit *P:* inpertit *A; cf. v. 46* remittam abste *P:* exte *A*, *fort.* capse 45 ipseudole *BD* 47 ueis *A* 51 macedonico *P* 52 mea uoluptas uendidit *A* 53 abit *P* 55—59 *pauca in initiis leguntur A* 55 caussa *A* symbulum *B ex corr.*, simbolum *CD*

expressam in cera ex anulo suam imaginem,
ut qui huc adferret eius similem symbolum,
cum eo simul me mitteret. ei rei dies
haec praestituta est, proxuma Dionysia.'
cras ea quidem sunt. CAL. Prope adest exitium mihi,
nisi quid mihi in te est auxili. PS. Sine pellegam.
CAL. Sino, nám mihi videor cúm ea fabularier;
lege: dulce amarumque una nunc misces mihi.
PS. 'Nunc nostri amores mores consuetudines,
[iocus lúdus sermo suavisaviatio]
compressiones artae amantum corporum,
teneris labellis molles morsiunculae,
[nostrorum órgiorum —iunculae] 67ª
papillarum horridularum oppressiunculae,
harunc voluptátum mi omnium atque itidem tibi
distractio discidium vastities venit,
nisi quae mihi in test aut tibist in me salus.
haec quaé ego scivi ut scires curavi omnia;
nunc ego te experiar quid ames, quid simules. vale.'
CAL. Est misere scriptum, Pseudole. PS. O, miserrime.
CAL. Quin fles? PS. Pumiceos oculos habeo: non queo
lacrumam exorare ut expuant unam modo.
CAL. Quid ita? PS. Genus nostrum semper siccoculum fuit.
CAL. Nilne adiuvare me audes? PS. Quid faciam tibi?
CAL. Eheú. PS. Eheu? id quidem hercle ne parsis: dabo.
CAL. Miser sum, argentum nusquam invenio mutuom.
PS. Eheu. CAL. Neque intus nummus ullus est. PS. Eheu.

---

57 ut *P:* qi *A* symbulum *B,* simbolum *CD* 58 qum *B* mittere *CD* 59 ⟨ad⟩ Dionysia *Ritschelius, cf. 374. 622; 85 et 82* 61 pellegam *A,* perligam *P* 62 cum *A:* quom *P ut fere per hanc fabulam* 63 nunc *P:* m— *potius quam* n— *A* (nu— *t. Loewio*) 65 *idem Bacch. 116, ubi aptus est numerus singularis; cf. Kiesslingius symb. phil. Bonn. 835* iocus *P:* loci *A* (*i. e.* loci) suauis sauiatio (—tico *B*) *P,* suau[is] suauiatio *A* 66 corporum *AB:* comparum *CD* 67ª *om. P* nostrum *Lorenzius* orgiorum ·s *et post 8 litt. spatium* nculae (osculatiunculae *inter alia Loewius*). *versus inter 67 et 68 non ferendus* (*cf. Baierus de Pl. fab. rec. 128*), *ab auctore versui 64 adiunctus* 69 harum *P* · ibidem *A,* ibidea *P, corr. ς* 70 uastities *P, Nonius 184 s. v.:* au[stitie]s *A* 71 i]n test aut tibist *A:* intestauit ibi est *P* 72 scibi *P* 73—78 *paucissima servata A* 73 simimules *B* 75 puniceos *B* 76 exputant *B* 77 quii *B* [sicc]oculum *A*[2]*P:* sicco-culoi *A*[1] 78 ades, *corr. ς* 79 *alterum* [eheu] *A,* heu *P* 81 ehe[u] *A:* pseudole PS. eheu *P* C. *om. P* PS.: C. *P*

CAL. Ille abducturus est mulierem cras. PS. Eheu.
CAL. Istocine pacto me adiuvas? PS. Do id quod mihi est;
nam is mihi thensaurus iugis in nostra est domo.
CAL. Actum est de me hodie. sed potes nunc mutuam
drachumam dare unam mihi, quam cras reddam tibi?
PS. Vix hercle, opinor, si me opponam pignori.
sed quid ea drachuma facere vis? CAL. Restim volo
mihi émere. PS. Quam ob rem? CAL. Qui me faciam pensilem.
certum est mihi ante tenebras tenebras persequi.
PS. Quis mi igitur drachumam reddet, si dedero tibi?
an tu te ea caúsa vis sciens suspendere
ut me defraudes, drachumam si dederim tibi?
CAL. Profecto nullo pacto possum vivere,
si illa a me abalienatur atque abducitur.
PS. Quid fles, cucule? vives. CAL. Quid ego ni fleam,
quoi nec paratus nummus argenti siet
neque libellai spes sit usquam gentium?
PS. Vt litterarum ego harum sermonem audio,
nisi tu illi lacrumis fleveris argenteis,
quod tu istis lacrumis te probare postulas,
non pluris refert quam si imbrem in cribrum geras.
verum ego te amantem, ne pave, non deseram.
spero alicunde hodie me bona opera aut hac mea
tibi inventurum esse auxilium argentarium.
atque id futurum unde unde dicam nescio,
nisi quia futurum est: ita supercilium salit.
CAL. Vtinam quae dicis dictis facta suppetant.

---

82 [abduc]ṭurusṭ *A* mulierem cras est *Bothius* *versus videtur interpolatus esse, cf. ad 59* 83 adiuuas *ς*: adtuas *P*, *A n. l.* 84 thensauṛụṣ *A*: thensauros *B*, thesaurus *CD* nostra *P*: nostra *vel* uostra *A* est domo *P*: d]o—t *A* (domost?) 85 actum est de m[e hodie sed pot]ẹṣtu mutuam *A*, actum hodie iam de me est sed (quod *B*) potes nunc mutuam *P* 86 drachm[am · · ·] *A* mihi unam *P* 87 ṣi *A*: est si *P*; etsi *Ritschelius* 88 qu[id] ẹạ [d]rachuma *A*: quidem adrachuma *P* 89 pen[si]ḷem *AP*: pendulum *Porphyrio ad Hor. sat. 2, 2, 99* 91 dederim *P* 92 caussa *A* sciens *scil. dolo malo* 93 defrudes *B* drachumam *B*: drachmam *A*, drachuma *CD* 98 libellae *AP* 100 lacrumis *Meursius* (dacrumis): drachmis *AP* (dracmis *B*) 101 probare *κατορθοῦν sine exemplo* 102 imbrịm in crẹbrum *A* geras *P*: legas *A*; ingeras *Salmasius, cf. 369* 104 hac mea *Merula*: ḥọc meam (*pro* hoc *fort.* hac *vel* huc) *A*, haec mea *P*; *ipsius opera qualis sit non dicit, bonae ludens suam opponit; cf. misc. Cic. 12* 107 futurus est *P*

Ps. Scis tu quidem hercle, mea si commovi sacra,
quo pacto et quantas soleam turbellas dare.
Cal. In te nunc omnes spes sunt aetati meae.
Ps. Satin est, si hanc hodie mulierem efficio tibi
tua ut sit, aut si tibi do viginti minas?
Cal. Satis, sí futurumst. Ps. Roga me viginti minas,
ut me effecturum tibi quod promisi scias.
roga, opsecro hercle. gestio promittere.
Cal. Dabisne argenti mi hodie viginti minas?
Ps. Dabo. molestus nunciam ne sis mihi.
atque hoc, ne dictum tibi neges, dico prius:
si neminem alium potero, tuom tangam patrem.
Cal. Di te mihi semper servent. verum, si potest,
pietatis causa — vel etiam matrem quoque.
Ps. De istac re in oculum utrumvis conquiescito.
Cal. Oculum anne in aurem? Ps. At hoc pervolgatumst minus.
nunc, ne quis dictum sibi neget, dico omnibus
pube praesenti in contione: omni poplo,
omnibus amicis notisque edico meis,
in hunc diem a me ut caveant, ne credant mihi.
Cal. St, táce opsecro hércle. Ps. Quid negoti est? Cal. Ostium
lenonis crepuit. Ps. Crura mavellem modo.
Cal. Atque ipse egreditur intus, periuri caput.

BALLIO I 2

Exíte, agite exite, ígnavi, male hábiti et male concíliati,
quorúm numquam quicquám quoiquam venit ín mentem ut recté faciant,
quibus, nísi ad hoc exemplum éxperior, non pótest usura usúrpari.

---

109 scis tu profecto mea si commouissem sacra *schol. Aen. 4, 301* 110 pacto *AP:* alto *Festus 355* turbellas *P:* turbelas *A, Festus,* turbas *schol. Verg.* 114 futuru (—um *C*) est *P* 115 quo *P* 116 opsecro hercle *Calidori P cf. 1073* 117 dauis ne *P* 121 di te *AD*B^{2}*:* dicite B^{1}*C* semper *om. P* se̦ *A* potes *P* 122 caussa *A* *expectabatur 'parcas ei'* 124 oculum anne in aurem *Bentleius:* oculum utrum anne in aurem *P,* utr[um a]n in a[ur]em *A*; in *ἀπὸ κοινοῦ ut* ab *Asin. 163* 129. 130 st *A:* sit *P* hercle opsec̦[r]o *A* 131 manelim *A* 132 intus *Rittershusius:* p[e]nitus *AP* periurum *CD, cf. Fleckeisenus ann. 1891, 678. Rud. 1099* BALLIO CALYDORVS PSEVDOLVS *A,* LENO LORARII IIII ET IDEM C *B,* LENO LORARII ·IIII· PSEVDOLVS SERVVS CALIDORVS ADOLESCENS *D, om. C* *egit de hac scaena Vsenerus ind. Gryphisw. 1866* 133—136 *de anapaestis constat, sed 137* flagritribae *anapaestos non admittit* 133 agite ite *P* habiti male *Spengelius* 134 nunquam *A,* nunc quam *B* faciaṭ *A*

neque ego hómines magis asinós numquam vidi, íta plagis costaé callent:
quós quom ferias, tíbi plus noceas; éo enim ingenio hi súnt flagritribae,
qui haéc habent cónsilia, úbi data occásiost, rape clépe tene
hárpaga bibe és fuge: hoc
ést eorum opus, ut mávelis lúpos apud ovis línquere,
quam hós domi custodes.
át faciem quom aspícias eorum, hau máli videntur: ópera fallunt.
núnc adeo hanc edictionem nisi animum advortetis omnes,
nisi somnum socordiamque ex pectore oculisque exmovetis,
ita ego vestra latera loris faciam ut valide varia sint,
ut né peristromáta quidem aeque pícta sint Campánica
neque Aléxandrina beluata tonsilia tappetia.
atque héri iam edixeram omnibus dederamque eas provincias,
verum ita vos estis praediti callenti ingenio ímprobi,
officium vestrum ut vos malo cogatis commonerier;
nempe íta animati éstis vos: vincítis duritia hoc átque me.
hoc sis vide, ut alias res agunt. hoc ágite, hoc animum advortite,
huc adhibete auris quae ego loquor, plagigera genera hóminum.
numquam edepol vostrum durius tergum erit quam terginum hoc meum.
quid nunc? doletne? em sic datur, si quis erum servos spernit.
adsistite omnes contra me et quae loquar advortite animum.

---

136 homines *A*, hominis *P* nunquam *A*, umquam *P* 137 quum *A:* dum *P* 138. 139 *et* 140. 141 *coniungit B, item duobus versibus bipartitis A; sunt quinque dimetri, quorum primi duo coalescunt, cum clausula 138 et 140 ut septenarii sua incisione careant* 138 clepe *om. A*, tene *om. CD;* rape clepe arpaga *adfert Nonius 20* 139 es fuge *A:* est fugi *P* 140. 141 est *priori versui adhaeret AP* eorum opus ut induellis lupus apud ouis l. q. h. d. c. *P:* eorum officium [u]t mauelis lupos apud oueis quam hos | domi linquere c[us]todes *A* (*i. e.* quam hos domi | linquere custodes, *cf. 355. 1003 Epid. 170ª all., ad Cas. 674*) 142 qum *A*, cum *P* aspicias *A:* aspicies *P* haud *P* 144 exmouetis *A:* amouetis *P* 146 *versus forma novicia, fuit* peristroma, *cf. Stich. 378, Buechelerus de decl. lat. 13* 147 ton[si]lia *A:* consilia *P* tappetia *AP* (tapetia *D*) *cf. Stichus 378, Festus 351* 149 callenti *L.:* . . glenti *A*, neglegentes *P; cf. Poen. 578 sq.* improbo *P* 150 male *A* 151 *prior pars sic cum hiatu AP; fort.* ⟨quom⟩ estis uincitis durita [ho]c atque me *A:* uincite hoc duritia ergo atque me *P, quod eodem redit nisi quod* hoc *alio loco positum est non peiore;* ergo = tergo (*cf. Asin. 321 Mil. 219*) *interpretamentum ad* duritia, *v. D. L. Z. 1892, 1433* 152 sis uide ut *Loewius:* uide sis ut *P*, uid[e ut] *A* atuortite *A* 153 *post* 154 *A* loquar *P* 154 durum *Non. 227* *non* erit, *sed* etit *vel* efit *vel sim. A* terginum hoc *P:* hoc terg. *Nonius*, terginum *A* 155 qui[d] *A:* qui *P* sic *P:* si *A* 156 me et quae *A:* me•quo *B*, me (a)eque *CD* loquor *P*

tu qui urnam habes aquam ingere, face plenum ahenum sit coco.
te cum securi caudicali praeficio provinciae.
Servvs At haec retunsast. Bal. Sine siet; itidem vos quoque estis plagis [omnes]:
numqui minus ea gratia tamen omnium opera útor?
tíbi hoc praecipio ut níteant aedes. hábes quod facias: própera, abi intro.
tu esto lectisterniator. tu argentum eluito, idem exstruito.
haec, quom ego a foro revortar, facite ut offendam parata,
vorsa sparsa, tersa strata, lautaque unctaque omnia ut sint.
nam mi hódie natalís dies est, decet éum omnis vos concélebrare.
pernám callum glandiúm sumen facito ín aqua iaceant. sátin audis?
magnífice volo me víros summos accípere, ut mihi rem essé reantur.
intro abíte atque haec cito célerate, ne móra quae sit, cocus cum veniat;
ego eo ín macellum, ut píscium quidquíd ibist pretio praéstinem.
i, púere, prae; ne quísquam pertundát cruminam caútiost.
vel ópperire, est quód domi dicére paene fui oblítus.
audítin? vobis, múlieres, hanc hábeo edictiónem.

vós, quae in munditiís, mollitiis déliciisque aetátulam agitis,
viris cúm summis, inclútae amicae, nunc égo scibo atque hodie éxperiar,
quae cápiti, quae ventri óperam det, quae suaé rei, quae somnó studeat;
quam líbertam fore míhi credam et quam vénalem, hodie expériar.
facite hódie ut mihi munéra multa huc ab amátoribus convéniant.
nam nísi mihi penus annúos hodie + convenit, cras populo prostituam vos.

157 igeręę A fac A ahemum A, aenum P coco A: cito CD, scito B 158—181 *pauca leguntur A* 158 te P: se A 159 lo *inscr.* D², *om.* BC [omnes] *Bothius; A n. l.* 161 abintro *B; A n. l.* 163 quu[m A, cum P e]g[o *A t. Loewio:* eo P reuortor *P, corr. Ritschelius; A n. l.* 164 uoŗsa sparsa t[ersa] strata lautaq(ue) — q(ue) o— A, uorsasprastergastrata lautaque coctaque omnia uti sint (sunt *CD*) *P;* uorsa sparsa *Diomedes 739;* inueniam omnia uersa sparsa *Servius*, inueniam uersam tersa strata aut unctaque omnia *schol. Cassell. Aen. 1, 478, unde* unctaque *Ladewigius* 165 omnes *CD; A n. l.* uos *P:* l..s A concebrare *B,* çon— A 166 çallum A, gallum P *iterum primum servum (157) compellat cum aqua euntem et redeuntem. in macello pisces tantum empturus est* 167 uiros summos *Bothius:* summos uiros *P; A n. l.* 168 abite *AP:* ite *Muellerus* celebrate *P, corr. Gulielmius; A n. l.* ueniat *Ritschelius:* ueniat mihi *P; A n. l.* 169 [ibi est] *A, suppl. Ritschelius:* est P praeț[i]o A pręęstinem *A:* praesentinem P 170 qu[ispi]am *potius quam* quisquam A (tundat *Spengelius*) 171 *in fine* oblitus *A habebat; cf. Epid. 179;* paene oblitus fui *Spengelius, cf. Poen. 40* 175 quae suae *Bothius:* quaeque suae *P; A n. l.* 176 *spurius? non vendere eas poenae causa sed prostituere volt. cf. 174* h. e. 178 nisi mihi *A, Servius Aen. 1, 703, Cledonius 40, Priscianus bis:* nisi P annuus penus *Servius, Priscianus* hodie *omittunt idem* co]nvenit *AP,*

natálem scitis mi ésse diem hunc: ubi istí sunt quibus vos óculi estis,
quibus vítae, quibus delíciae estis, quibus sávia, mammia, méllillae?
maniplátim mihi munérigeruli facite ánte aedis iam hic ádsint.
cur égo vestem, aurum atque éa quibus est vobís usus, prabibeo? aút quid mi
domi nísi malum vestra operást hodie? improbaé vini modo cúpidae estis:
eo vós + vestros panticesque adeo madefáctatis, quom ego sim híc siccus.

nunc ádeo hoc factust óptumum, ut nomíne quemque appellem suo,
ne díctum esse actutúm sibi quaepiám vostrarum míhi neget:
advórtite animum cúnctae.
princípio, Hedytium, técum ago, quae amíca es frumentáriis,
quibus cúnctis montes máxumi [acervi] frumenti súnt domi:
fac sís sit delatum húc mihi fruméntum, hunc annum quód satis,
mi et fámiliae omni sít meae, atque ádeo ut frumento áfluam,
ut cívitas nomén mihi commútet meque ut praédicet
lenóne ex Ballióne regem Iásonem.

CAL. Aúdin, furcifér quae loquitur? sátin magnificus tíbi videtur?
PSEVD. Pól iste, atque etiam máлificus.
séd tace atque hanc rém gere.

---

item Cledonius: congeratur (—itur, —etur) *Priscianus 1, 170,* congeritur (—atur) *id. 260,* datur *Servius, Vssingius,* venit *Bergkius op. 1, 676. cf. 189. praeter librorum lectionem duplex prodit:* nam nísi mi annuus penus cóngeritur *et* nam nísi mihi penus annúus hodie datur prostiua *B, A n. l.* 179 *schol. Aen. 9, 641* natalem hunc mihi diem scitis esse 180 mammịą *A:* mamilla *P; cf.* *μαμμίον* mẹllillạẹ *A:* mellitae *P; cf. Cas. 135* 181 manipulatim *P et fort. A* 182 qur *A* usuṣ *A:* usui *P* auṭ *A: om. P* 183 uini *Beroaldus:* uino *P et fort. A, idem testatur Nonius 500* ('abl. pro gen.') *cf. Nonius 394* 184 vestrosque adeo panticis *Nonius 395* uestros *AP*: rostros *Baierus in comm. Hertz. p. 279; fort.* pantices madide madef., *cf. 1297* madefactatis *Nonius:* madefecistis *A,* madefacitis˙ *B,* madefactis *CD* quum *A,* cum *P* simihic *A* 185 factum est *AP, corr. Lambinus; cf. Aul. 582* nomine quemque *P:* quamque nomine *A* 186. 187 *cohaerent AP* 186 nec *P* 187 Hedytium: [ẹḍy]tium *A,* hedyllum (-illum *CD*) *P,* edilium ϛ, *i. e.* Hedylium, *cf. Woelfflini arch. 9, 163* amica es *A:* amices (—is *CD*) *P* 189 acerui *post* frumenti *A, interpretamentum esse vidit Acidalius;* f. s. structi *Ritschelius* 191 et malitiae *A,* etiam familiae *P* afiuam *AP, cf. Dombartus in Fleckeis. ann. 115, 344* 193 *sq.* lenone — furcifer | satin — malificus | sed — gere *A,* satin — gere *uno versu B* 193 lẹnone exbaliạṭo regẹm regem iasonem (*vel* exbalinto) *A* Iasonem *cf. Cono 21 Δάρδανος καὶ Ἰάσων παῖδες Διὸς ἐξ Ἠλέκτρας e. q. s., Hyginus fab. 250* Iasonem Iouis filium ex Electra. *cf. Wilamowitzius Antig. 141 adn., O. Muellerus Orchom. 260* 194 CAL. *D:* B *B, om. C,* PS. (*et 195* C.) *Goetzius* quae loquitur *om. A*

BAL. Aéschrodora, tú quae amicos tibi habes lenonum aémulos
lánios, qui, item ut nós iurando, iúre malo male quaérunt rem, audi:
nisi carnariá tria gravida tégoribus onere úberi hodie
mihi erunt, cras te quási Dircam olim, ut mémorant, duo gnati Iovis
dévinxere ad taúrum, item ego te dístringam ad carnárium; 200
id tibi profecto taúrus fiet. CAL. Nímis sermone huius ira incendor.
PS. Húncine hic hominém pati
cólere iuventutem Átticam? 202
úbi sunt, ubi latént quibus aetas íntegra est, qui amant á lenone?
quín conveniunt? quín una omnes péste hac populum hunc líberant? 204
sed nímium stultus, nímis fui
indóctus: illine aúdeant 205
id fácere quibus ut sérviant 205a
suos ámor cogit?
[simul prohibet faciant adversum eos quod nolunt]
CAL. Vah táce. PS. Quid est? 206.207
CAL. Male mórigeru's mihi, quóm sermoni huius óbsonas.
PS. Táceo. CAL. At taceas málo multo quám tacere dicas. BAL. Tu aútem,
Xýstilis, fac ut ánimum advortas, quóius amatorés olivi 210
δύναμιν domi habent máxumam.
si mihi non iam huc cúlleis
óleum deportátum erit,
te ipsam culleo égo cras faciam ut déportere — in pérgulam;
ibi tibi adeo léctus dabitur, úbi tu hau somnum cápias, sed ubi 215

---

196 aemolos *A* 197 male *om. P* 198 togeribus *A* onerę uberį *A*, oneri uberi *P* 200 ego te diṣṭringam *A:* hodie stringam *P* carnarium id | tibi *B* 201 profectus *A* *inde a* nimis *Pseudolum loquentem fecit Acidalius* 202 *sic A, uno versu B* 204 hunc *P:* hinc *A* 205—217 *disp. A ut supra* (*v. ad 205. 206*)*; sic B:* Sed — fui | Inductus — serviant | Suus — faciant | Aduersum — est | Male — taceo | At — animum | aduortas — maxumam (*sed* amato Res *cum CD*) | Si — deportatum | Te — pergulam | Ibi — capias | Sed — loquor 205 sed *et* uah *propriis versibus, deinde* nimius stultus nimis fui | inductus illinẹ audeant *A*, sed nimis sum stultus nimium fui | indoctus ne illi audeant *P;* nimium stultus *Bothius* 206—208 *disp. A:* suus — nolint | tace — obs. 206. 207 prohibent *A* nolint *A* *interpolationem removit Ritschelius* uah *om. A, cf. 205* *recte haec disposuit Goetzius praef. XIII* 208 male morigerus male facis mihi cum sermone huic obsonas *P*, male facis mihi quo sermonẹ huius oḅsọ— *A* 209 tacere *A:* tacere te *P* 210 xittilis *P*, xyṭilis *vel fort.* xittilis *A*, xutilis, xistilis ς*; Xystilis* '*decus olei*', *ut Aeschrodora turpes, Phoenicium* (*cf. e. g. Plat. ap. Athen. 48b*) *superbos amatores indicat* quouis *P* 211 domo *A* 212 huic cullius *P* 213 erit *om. P* 214 *expectatur* '*in mare*' *vel carcerem, cf. vind. Pl. 5* 215 aut *P*

úsque ad languorém — tenes
quó se haec tendant quaé loquor.
áin, excetra tu? quaé tibi amicos tót habes tam probe óleo onustos,
num quoípiam est hodié tua tuorum ópera conservórum
nítidiusculúm caput? aut num ipse égo pulmento utór magis
únctiusculó? sed scio, tu óleum hau magni péndis, vino
té devincis. síne modo,
réprehendam hercle ego cúncta una opera, nísi quidem hodie tu ómnia
fácis effecta haec út loquor.
tu aútem, quae pro cápite argentum míhi iam iamque sémper numeras,
éa pacisci módo scis, sed quod pácta es non scis sólvere,
Phoenícium, tibi ego haéc loquor, delíciae summatúm virum:
nísi hodie mi ex fúndis tuorum amícorum omne huc pénus adfertur,
crás Phoeniciúm poeniceo cório invises pérgulam.

CAL. Pseudóle, non audis quae híc loquitur? PS. Audío, ere, equidem
atque animum ádvorto. I 3
CAL. Quid mi és auctor, huic út mittam, ne amícam hic meam prostítuat?
PS. Nil cúrassis, liquido és animo: ego pró me et pro te cúrabo.
iam díu ego huic bene et hic míhi volumus, et amícitia est antíqua:
mittam hódie huic suo die nátali malam rém magnam et matúram.
CAL. Quid opúst? PS. Potin aliam rem út cures? CAL. At— PS. Bát.
CAL. Crucior. PS. Cor dúra.

---

217 quorsum (quosum *Ritschelius*) haec ς 218 ain *A:* en *P; pergit quasi illa responderit* onustus *B*, honestos *A* 219 cupiam *P* etua *P* 220 nitidissimum *P* magis *ad verbum pertinet* 221 *sq. disp. A ut s., sic B:* Vnctiusculo — modo | Reprehendam — nisi | Quidem — loquor 221 haud *P* 222 deungis *Acidalius* (deuincis *AP, defenderat Passeratius*) 223 rependam *Angelius* hercle ego cuncta *Vsenerus:* ego cuncta hercle *P*, ego hercle ego cuncta *A; cf. Kaempfius de pron. pers. 40* hodie tu omnia | facis scelesta (- tia *CD*) haec ut loquor *P*, tu haec omnia | facis effecta quae loquor *A* 218—224 *delet Vsenerus, cf. Nordenus mus. Rhen. 49, 197 sq.* 225 se.per *A*, sepe *P* 226 ea *relativum suscipit, cf. Trin. 1141 Poen. 624* 227 ego haec *A:* haec ego *P* uerum *A* 229 Phoenicium poeniceo *A:* phoenici (pheni *D, om. C*) phoenicio *P* inuisus *A* 230 *continuatur A, nova scaena P, inscribitur in B:*

CALIDORVS ADVLESCENS BALLIO
PSEVDOLVS SERVVS LENO

tantum nomina D², *om.* CD¹ audio ere *AD:* audi cere *BC* 232 nihil *A:* bene 233 mihi hic uolimus *A* 234 mittam *P:* mittam ego *A* natalio (—litio *C*) *P* 235—261 *deest A*

CAL. Non póssum. PS. Fac possís. CALL. Quonam pactó possim?
PS. Vince ánimum.
in rém quod sit praevórtaris quam in re ádvorsa animo auscúltes.
CA. Nugae ístaec sunt: non iúcundumst nisi amáns facit stulte. PS. Pérgin? 238
CAL. O Pseúdole mi, sine sím nihili,
mitte mé sis. PS. Sino, modo ego ábeam.
CAL. Mane, máne, iam ut voles med ésse ita ero. PS. Nunc tú sapis. 240

BAL. Ít dies; egó mihi cesso.
í prae, puere. CAL. Heus, ábit. quin revocas? 241
PS. Quíd properas? placide. CAL. Át prius quam abeat.
BAL. Quíd [hoc], malum, tam plácide is, puere? 242
PS. Hódie nate, heus, hódie nate, tíbi ego dico, heus, hódie nate,
redi ét respice ád nos. tamétsi occupátu's,
morámur. mane, ém conloquí qui volúnt te. 245
BAL. Quid hóc est? quis ést qui morám mi occupáto
moléstam optulit? PS. Qui tibí sospitalis
fuít. BAL. Mortuóst qui fuít: qui sit úsust.
PS. Nímis superbe. BAL. Nímis molestus. CAL. Réprehende hominem,
adséquere. BAL. I puere.
PS. Occédamus hác obviám. BAL. Iuppitér te 250
perdát, quisquis és. PS. Te volo. BAL. Át vos ego ámbos.
vorte hác te, puere. PS. Non licét conloquí te?
BAL. At míhi non lubét. PS. Sin tuámst quippiam ín rem?
BAL. Licétne, opsecró, bitere án non licet? PS. Vah,
mánta. BAL. Omitte. CAL. Bállio, audi. BAL. Súrdus sum + pro-
fecto inanilogistae. 255

---

236 quonam — animum *Calidori* vincere, *correxi* 237 quam *Vssingius:* qua, *cf. 1021* aduerso *CD* 239 *uno versu, sed* Mitte *non* mitte o *C:* o o *BD* *cf. Skutschius Pl. u. Rom. 149* sino modo *ς:* PS. sine · CA · modo 240 me ergo *B¹CD* tum *B¹CD* *clausula iambica, cf. ad Curc. 98 sq.* 241 *uno versu, sed* I *non* i *B* cesso *BD:* concesso *C* abiit, *corr. Bothius* 242 quod *B* quid malum *Ritschelius:* quod hoc malum placide is *Camerarius:* placidis 244 ocupatus *BD* (*246 D*) 245 em *Vsenerus:* est volunt te *CD²:* uolunte *B,* uoluntate *D¹* 246 mihi *B, om. CD* 247 quid sospitali 248 sit ussust *Bursianus:* situs sus est *B,* siuissus est *CD* 249 *sq. disp. B:* Nimis — adsequere | I — es | Te — conloqui te (*sed* Vorte non uorte) | At — opse|cro — audi | Surdus — dedisti | Dabo — heheu | Quam — modis | Quod — mortua | Verba — est | Iam — tu (*sed* Scio *et* Ambula) | Potin — respicias 250 occedamus *Passeratius* (*cf. Festus 181*): accedamus ac 251 *cf. Curc. 687* 252 puere te *Muellerus* 254 bitere *Lipsius:* uiuere PS. *Pylades: om.* 255 profecto: hercle *Spengelius*

CAL. Dedí dum fuít. BAL. Non petó quod dedísti.
CAL. Dabó quando erit. BAL. Ducitó quando habébis.
CAL. Éheu, quam ego malis pérdidi modis
quód tibi détuli et quód dedi. BAL. Mórtua
vérba re núnc facis; stúltus es, rem áctam agis.
PS. Nósce saltem húnc quis est. BAL. Iám diu scio
quí fuit: núnc qui sit ipsús sciat.
ámbula tú. PS. Potin út semel modo,
Bállio, huc cúm lucro respícias?

BAL. Réspiciam istoc prétio; nam si sácruficem summó Iovi
atque in manibus exta teneam, ut poriciam, interea loci
si lucri quid detur, potius rem divinam deseram.
non potest pietati opsisti huíc, utut rés sunt ceterae.
PS. Deos quidem, quos maxume aequom est metuere, eos minimi facit.
BAL. Compellabo. salve multum, serve Athenis pessume.
PS. Di te deaeque ament vel huius arbitratu vel meo,
vel, si dignu's alio pacto, neque ament nec faciant bene.
BAL. Quid agitur, Calidore? CAL. Amatur atque egetur acriter.
BAL. Misereat, si familiam alere possim misericordia.
PS. Heia, scimus nos quidem te qualis sis; ne praedices.
sed scin quid nos volumus? BAL. Pol ego propemodum: ut male sit mihi.
PS. Et id et hoc quod te revocamus. quaeso animum advorte. BAL. Audio.
atque in pauca, ut occupatus nunc sum, confer quid velis.
PS. Hunc pudet, quod tibi promisit quaque id promisit die,
quia tibi minas viginti pró amica etiam non dedit.
BAL. Nimio id quod pudet facilius fertur quam illud quod piget.

---

257 dicito *B ante corr.* 258 he heu 260 actam magis 261 dius *BCD*[1] 262 *accedit* A sịt ipsẹ *A*, estis ipsus *P* *creticus cum dimetro trochaico, cf. 264* 264 huc *AB*[2]*:* hunc *P* *cf. Schuethius de Poenulo 18* 266 pori[cia]m *A*, poritiam *P; item* poriciam *Paulus 219 Th., ubi ap. Festum servatum est* atque in — intebea loci. *cf. Poen. 457*[a] 267 deseram *A:* destram *B,* dextram *CD* 268 PS. *praemitt. P, om. v. sq.* potest *A, schol. Aen. 1, 378:* potes *P* utuṭ res (*om.* sunt) *A,* ut res sunt *P et* (tres sunt *ante corr.*) *schol. Verg.* 269 quos *schol. Verg.:* quod *P; A n. l.* aeq[uom e]st *vel* aequomst *A:* aecum est *B*, aequum est *CD*, est aequum *schol. Verg.* 271 amente *P* (*corr. B*[2]) [ame]ṇṭ ụẹ[l h]olụs *A* 273 c]ạlydore *A* CA. ς*:* PS. *P, spat. A* 274 po[ss]em *A* 275 simus *P* 276 propemodum *A:* prope modo (modu *B*[2]) *P* 277 reuocamus *P:* rogitaui *A* (rogamus *t. Loewio*) aduortite *A* 279 hunc *A:* hun *B*, heu *CD* quaque *A:* quamquam *P;* quamque ad promisit diem (*cf. 622 sq. Vid. 90*) *Redslobius in Fleckeiseni ann. 145, 215 sq.*

non dedisse istunc pudet: me quia non accepi piget.
Ps. At dabit, parabit: aliquot hos dies manta modo.
nám hic id metuit, ne illam vendas ob simultatem suam.
Bal. Fuit occasio, si vellet, iam pridem argentum ut daret.
Cal. Quid, si non habui? Bal. Si amabas, invenires mutuom,
ad danistam devenires, adderes faenusculum,
surruperes patri. Ps. Surruperet hic patri, audacissume?
non periclumst ne quid recte monstres. Bal. Non lenoniumst.
Cal. Egon patri surrupere possim quicquam, tam cauto seni?
atque adeo, si facere possim, pietas prohibet. Bal. Audio.
pietatem ergo istam amplexator noctu pro Phoenicio.
sed cum pietatem te amori video tuo praevortere,
omnes ⟨homines⟩ tibi patres sunt? nullus est tibi quem roges
mutuom argentum? Cal. Quin nomen quoque iam interiit mutuom.
Ps. Heus tu, postquam hercle isti a mensa surgunt satis poti viri,
qui suom repetunt, alienum reddunt nato nemini,
postilla omnes cautiores sunt, ne credant alteri.
Cal. Nimis miser sum, nummum nusquam reperịre argenti queo;
ita miser et amore pereo et inopia argentaria.
Bal. Eme die caeca hercle olivom, id vendito oculata die:

---

282 dedisse istunc *A:* dedisse istum *Nonius 423*, dedissetis tum *P* 283 aliquoḍ *AP;* aliquos *Muellerus et fort. A* 284 hic it *P:* id hic *A* *versum delet Lorenzius* 285 pridem AD^2*:* pridet CD^1, di pridet *B* 286 habuit *A* si amabas *A:* iam abas (abes *D*, habes *C*) *P* muṭụum *A:* tuum *P* 288 surruperis *A:* surripuisses *P* audacissume *alteri personae assignat A* 289 periculum est *P* monstret *B* lenonius est *P* 290 subrupere *B:* surripere *ACD* tam *A, B ex corr.:* quantam *P* 291 possem *BD* (*A incert.*) 292 *post* 296 *A* 293—295 *om. A* 293 pietatem te *Muellerus:* pietate provertere *B* 294 ⟨homines⟩ *Bentleius* 295 metuum quin *ς:* qui interit *CD* *versum intercidisse, quo ad danistas adulescentem leno relegarit, coniecit Kiesslingius mus. Rhen. 23, 416* 296 ps. *Bothius:* bal. satis poti uiri *A:* saturi (satura B^1) poti *P* *versus obscurus; fortasse* a mensa surgunt *ambiguo sensu ad sacra pertinet, cf. Verg. Aen. 8, 109 cum schol.* 298 postilla omnes *A:* ab alienis *P* cautiorịs *A* ne credant *A:* nec reddant *P* 299 miser sum *P:* miserum *A* queo *A, B ex corr.:* que oc (hoc *C*) *P* 301 eme *AP:* emi]to *Festus 178, cf. Truc. 914, Mil. 1332 et similia* ceca *A* uenito *A* oculatum *pro* praesenti *positum esse Festus dicit, cuius auctor a testimoniis caecis et oculatis interpretationem sumpsisse videtur ut Scaliger. sed oculatam diem per iocum Plautus dicit, qui iocus in caeca die nititur, quae in uita aliqua fuisse debet. putes sic diem dici qua tabernae clausae sint, ideo res solvi non possit. ab Asin. v. 202 proficisci non licet. cf. Lucil. 1131*

iam hercle vel ducentae fieri possunt praesentes minae.
CAL. Perii, annorum lex me perdit quinavicenaria.
metuont credere omnes. BAL. Eadem est mihi lex: metuo credere.
PS. Credere autem? eho an paenitet te, quanto hic fuerit usui?
BAL. Non est usu quisquam amator nisi qui perpetuat data;
det, det usque: quando nil sit, simul amare desinat.
CAL. Nilne te miseret? BAL. Inanis cedis, dicta non sonant.
atque ego te vivom salvomque vellem. PS. Eho an iam mortuost?
BAL. Vtut est, mihi quidem profecto cum istis dictis mortuost:
ilico vixit amator, ubi lenoni supplicat.
semper tu ad me cum argentata accedito querimonia;
nam istuc quod nunc lamentare, non esse argentum tibi,
apud novercam querere. PS. Eho an umquam tu huius nupsisti patri?
BAL. Di melius faciant. PS. Face hoc quod te rogamus, Ballio,
mea fide, si isti formidas credere. ego in hoc triduo
aut terra aut mari alicunde evolvam id argentum tibi.
B. Tibi ego credam? P. Quor non? B. Quia pol quá opera credam tibi,
una opera alligem fugitivam canem agninis lactibus.
CAL. Sicine mi abs te bene merenti male refertur gratia?
BAL. Quid nunc vis? CAL. Vt opperiare hos sex dies aliquos modo,
ne illam vendas neu me perdas hominem amantem. BAL. Animo bono es.
vel sex menses opperibor. CAL. Euge, homo lepidissume.
BAL. Immo vin etiam te faciam ex laeto laetantem magis?
CAL. Quid iam? BAL. Quia enim non venalem iám habeo Phoenicium.
CAL. Non habes? BAL. Non hercle vero. CAL. Pseudole, ei accerse hostias,
victumas, lanios, ut ego huic sacruficem summo Iovi;

---

302 possunt fie[ri] *A* 303 annortum *P* perdet *A* 304 mihi est *A* 305 penitet *AP* huic *A* 306 usui ς: iustus *AP* quicquam *A* 307 det det *A:* detque *P* 308 te *A:* temet (te mei ς) *P* cedes *P* 309 mortuus est *CD*, mortus est *B*, mortuumst *A* 310 *om. CD* quom *B*, *item 312* mortuus est *AB* 311 supplicat *A:* placet *P* 312 quaeri-monia *A* 313 istunc *A* clametare *P* 314 *intellegit* quereris, *cf. Curc. 41* tu umquam *Fleckeisenus, Richterus Studemundi stud. 1, 449* 315 di meliora faxint *A* fac hoc quod *P*, face quod *A; cf. Bachius Studemundi stud. 2, 164* balho *B*, balcho *CD*[1], callio *A* 317 aliquonde *A* (*cf. Caesellius Cassiodori gr. l. 7, 202 sq.*) id *P:* in *A* 318 cur *P* operas *P* 319 allicem fugitiuum *Nonius 331* canem fugitiuam *Dousa* tactibus *A* 321 aliquos *A:* saltem *P* 323 fuge *A* 324 uein *A*, uim *B* 325 quid iam *P:* quidam *A* (*de* quidum *cogitat St.*) iam *A:* am *B*[1], *om. CDB*[2] 326 pseudole ei accerse *A:* o pseudole (*seq. rasura 6 litt. B*) arcessi (accersi *D*) *P* 327 ut ego *A:* us tego (te ego *C*) *P* huic *cf. ad Amph. 702*

nam hic mihi nunc est multo potior Iuppiter quam Iuppiter.
Bal. Nolo victumas: agninis me extis placari volo.
Cal. Propera, quid stas? ei accerse agnos. audin quid ait Iuppiter?
Ps. Iam hic ero; verum extra portam mi etiam currendumst prius.
Cal. Quid eo? Ps. Lanios inde accersam duo cum tintinnabulis,
eadem duo greges virgarum inde ulmearum adegero,
ut hodie ad litationem huic suppetat satias Iovi.
Bal. I in malam crucem. Ps. Istuc ibit Iuppiter lenonius.
[Bal. Ex tua re est, ut ego emoriar. Ps. Quidum? Bal. Ego dicam tibi:
quia edepol, dum ego vivos vivam, numquam eris frugi bonae.]
Bal. Ex tua re non est, ut ego emoriar. Ps. Quidum? Bal. Sic, quia
si ego emortuos sim, Athenis te sit nemo nequior.
Cal. Dic mihi, obsecro hercle, verum serio hoc quod te rogo.
non habes venalem amicam tu meam Phoenicium?
Bal. Non edepol habeo profecto, nam iam pridem vendidi.
Cal. Quo modo? Bal. Sine ornamentis, cum intestinis omnibus.
Cal. Meam tu amicam vendidisti? Bal. Valde, viginti minis.
Cal. Viginti minis? Bal. Vtrum vis, vel quater quinis minis,
militi Macedonio, et iam quindecim habeo minas.
Cal. Quid ego ex te audio? Bal. Amicam tuam esse factam argenteam.
Cal. Cur id ausu's facere? Bal. Libuit, mea fuit. Cal. Eho, Pseudole,
ei, gladium adfer. Ps. Quid opus gladio? Cal. Qui hunc occidam atque me.
Ps. Quin tu ted occidis potius? nam hunc fames iam occiderit.
Cal. Quid ais, quantum terra + tegit hominum periurissume?
iuravistin te illam nulli venditurum nisi mihi?

---

328 potius *A* queam *P* 329 uictumịs *A* agninịs *A:* ac ninis (—mis *CD*) *P, cf. Stich. 251. Veneri agnis fit* (*Poen. 453*) 330 ei *A: om. P* 331 uerom B^1, uerụn *A* c̣urrendust *AP* 332 duos *P* 335 bal. *Gruterus: om.* ị *A: om. P* ps. *B:* ca. *CD* istục *A:* istic *P* ioppiter *B* 336. 337. *dittographiam notavi* 336 b. *ς: om.* est *A:* non est *P* b.: ca. 337 uius BD^1 338 b. *om.* non est ut ego emoriar *P:* ut ego emoriar non est e re *A* ps.: cal. bal.: ps. 339 emortus *B*, mortuus *A* nequor *P* 340 cal.: ps. uerum *AP, cf. 1191, Muellerus add. pros. 140* rogo *A:* rogo est *P* 343 quom intestiniṭịs (*vel* —ieis *vel sim.*) *A*, cum testinis *B* 346 habeo ⟨ab eo⟩ *Brixius* 348 qur *AB* bal. D^2: ps. *ante* eho *spat. om. A* 349 ei *A*: et *C*, i *BD* opust *Ritschelius* hunc *P:* hoc *A* atque enicem *Vssingius. sed aut huius versus aut sequentis altior corruptela* 350 te *AP*, te unum *Muellerus* fames *non intellegitur* 351 terra tegit *P*, terra ṭetigit *A*, terram tetigit *Geppertus*, *fort.* terra tollit *vel* tolerat, *cf. Poen. 90*

BAL. Fateor. CAL. Nempe concéptis verbis? BAL. Etiam consutis quoque.
CAL. Periuravisti, sceleste. BAL. At argentum intro condidi.
ego scelestus nunc argentum promere possum domo:
tu qui pius, istoc es genere gnatus, nummum non habes.
CAL. Pseudole, adsiste altrim secus atque onera hunc maledictis. PS. Licet.
numquam ad praetorem aeque cursim curram, ut emittar manu.
CAL. Ingere mala multa. PS. Iam ego te differam dictis meis.
impudice. BAL. Itast. CAL. Sceleste. BAL. Dicis vera. PS. Verbero.
BAL. Quippini? CAL. Bustirape. BAL. Certo. PS. Furcifer. BAL. Factum optume.
CAL. Sociofraude. BAL. Sunt mea istaec. PS. Parricida. BAL. Perge tu.
CAL. Sacrilege. BAL. Fateor. PS. Periure. BAL. Vetera vaticinamini.
CAL. Legirupa. BAL. Valide. PS. Permities adulescentum. BAL. Acerrume.
CAL. Fur. BAL. Babae. PS. Fugitive. BAL. Bombax. CAL. Fraus populi. BAL. Planissume.
PS. Fraudulente. CAL. Impure. PS. Leno. CAL. Caenum. BAL. Cantores probos.
CAL. Verberavisti patrem atque matrem. BAL. Atque occidi quoque,
potius quam cibum praehiberem: num peccavi quippiam?
PS. In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.
BAL. Numquid aliud etiam voltis dicere? CAL. Ecquid te pudet?
BAL. Ten, amatorem esse inventum inanem quasi cassam nucem?
verum quamquam multa malaque dicta dixistis mihi,
nisi mihi hodie attulerit miles quinque quas debet minas,

---

353 consutis *A*: consulis *P*, consultis ς (*540. Amph. 367*). conceptis *secus intellegit, cf. Hesych. ad ζώνας συλλαβὰς πέπλων* (*Aesch. Suppl. 440*) *ἀντὶ τοῦ αἷς ζώννυμαι καὶ τοὺς πέπλους συλλαμβάνω* 355 promere ⟨hinc⟩ *Sauppius, cf. 141, ad Asin. 250* 356 pius istoc es *A*: pius sistoc *P, i. e.* pius es, istoc natus nummus *A* 357 adsistera trinsecus *P*, adsiste alterimsecus *A, cf. 862, Merc. 977* 358 atque c. c. lite mittar manus *P* 360 *sq. convicia inter erum et servum distribuerunt Bergkius et Vssingius* 360 CAL.: PS. dices *P* 361 certe *P* PS.: CAL. factam *P* 362 sociufraude *A* mea istaec *A*: mea ec ista *P* 363 CAL. *Ritschelius*: PS. PS.: CAL. 364 legerupa *A, quam scribendi rationem fere obtinere docuit Havetus rev. de phil. 16,100* permittes *A*, permilies *P* BAL.: *spat. om. A* 366 leno *Calidoro continuat P; fort.* lutee (*Poen. 826*) 368 praeberem *A*, pre hibere *B* 369 pertussum *P* 370 nunquid aliud *A*: nunc quid alium *P* CAL.: *spat. om. A* haec quid te *A*: ec quite *P* 371 ten *A*: te *P; scil. pudet?* inuentum esse *P* 372 uerum q. m. malaquae in me dicta dixistis tamen *A*, sed q. m. mala quae in me dicta dixistis mihi *P, corr. Ritschelius* 373 hodie *om. P* mites *P*

sicut haec est praestituta summa ei argento dies,
si id non adfert, posse opinor facere me officium meum.
CAL. Quid id est? BAL. Si tu argentum attuleris, cum illo perdidero fidem:
hoc meum est officium. ego, operae si sit, plus tecum loquar;
sed sine argénto frustra es qui me tui misereri postulas.
haec meast sententia, ut tu hinc porro quid agas consulas.
CAL. Iamne abis? BAL. Negoti nunc sum plenus. — Ps. Paulo post magis.
illic homo meus est, nisi omnes di me atque homines deserunt.
exossabo ego illúm simulter itidem ut murenam coquos.
nunc, Calidore, te mihi operam dare volo. CAL. Ecquid imperas?
Ps. Hoc ego oppidum admoenire, ut hodie capiatur, volo;
ad eam rem usust homine astuto, docto, cauto et callido,
qui imperata ecfecta reddat, non qui vigilans dormiat.
CAL. Cedo mihi, quid es facturus? Ps. Temperi ego faxo scies.
nolo bis iterari, sat sic longae fiunt fabulae.
C. Optumum atque aequissimum oras. Ps. Propera, adduc hominem cito.
CAL. Pauci ex multis sunt amici, hómini qui certi sient.
Ps. Ego scio istuc. ergo utrumque, tibi nunc dilectum para
ex multis atque exquire illinc unum qui certus siet.
CAL. Iam hic faxo aderit. — Ps. Potin ut abeas? tibi moram dictis creas.

postquam illic hinc abiit, tu astas solus, Pseudole. I 4
quid nunc acturu's, postquam erili filio

374 summa ei *A:* summae (—e *CD*) *P* 375 id non adfert *A:* is non aderit *P* me *om. P* 376 BAL.: *spat. om. A* quom *B* perdiderim *P* 377 hoc officium meum est mihi opera si sit *A* 378 es qui *A:* est quod *P* miserere *Spengelius* 379 sententia meast *A* consulas *P:* postulas *A* 380 habis *P* BAL. *om. P* PS.: BAL. *P, spat. om. A* paullo *A* 381 *cf. 600* 382 ego illum simulter *Nonius 170* ('simulter pro similiter'): ego illum similiter *A*, similiter ego illum *P* cocus *Nonius*, quoqus *B*, quoquis *CD*, quoquos *A* 383 sed nunc calidore operam mihi te uolo dare *P* caludore *A* 384 *cf. 586* atmoenire *A* 385 hominem astutum doctum cauto et callido *A*, hominem astutum doctum scitum et callidum *P*, *correxit Ritschelius* 386 effecta *A*, haec facta *CD* 387 es *A:* est *P* tempori *P* 389 adhuc *P* cito *P:* celeriter *A* 390 CAL.: *om.* multi *A* certe qui sient *A* 391 PS.: CA. istunce ego utrumque *A*, istuc PS. ergo utrimque *P* dẹlectum *A* 392 ex multis atque exquire [ex]illis paucis unum qui certust cedo *A*, ex multis exquire illis unum qui certus siet *P; in A mixtam videmus scripturam P, quam restitui, ac talem:* ex multis, ex illis paucis unum qui certust cedo. *cf. 631. 856. 1204. Calidorus cunctatur; Pseudolus eum utrumque facere iubet, et paucorum ex multis dilectum habere et ex dilectu unum seligere quo opus sit. cf. misc. Ciceron. 10* 393 *personas om. P* aduerit *A* habeas *AP* dicis *A* 394 PSEVDOLVS SERVVS DV *B*, PSEVDVLVS *D, spatium praemissum AC* pseudols *B*, pseudolus *CD*

largitu's dictis dapsilis? ubi sunt ea?
quoi neque paratast gutta certi consili,
[neque adeo argenti — neque nunc quid faciam scio.]
neque exordiri primum unde occipias habes,
neque ad détexundam telam certos terminos.
sed quasi poeta, tabulas cum cepit sibi,
quaerit quod nusquamst gentium, reperit tamen,
facit illud veri simile, quod mendacium est,
nunc ego poeta fiam: viginti minas,
quae nusquam nunc sunt gentium, inveniam tamen.
[atque ego me iam pridem huic daturum dixeram
et volui inicere tragulam in nostrum senem;
verum is nescio quo pacto praesensit prius.]
sed comprimundast vox mihi atque oratio:
erum eccum video húc Simonem una simul
cum suo vicino Calliphone incedere.
ex hoc sepulcro vetere viginti minas
effodiam ego hodie, quas dem erili filio.
nunc huc concedam, unde horum sermonem legam.

SIMO I 5

Si de damnosis aut si dé amatoribus
dictator fiat nunc Athenis Atticis,
nemo anteveniat filio, credo, meo:
ita nunc per urbem solus sermoni omnibust,
eum velle amicam liberare et quaerere
argentum ad eam rem. hoc alii mihi renuntiant;

---

396 largius *A; verbum absolute positum* (*cf. Trin. 742*), dapsilis *nominativus, λόγοις δαψιλής.* ea, *quae largitus es.* dapsiles lubentias *Ritschelius* 397 quoi *A:* qui *P* neque parata gutta *P*, nec paratust quicquam *A* 398 *delevit Vssingius; versus duobus sequentibus substitutus* 400 detexendam *A* 402 nusquam si gentium *P*, nusquam gentium est *A* recerit *A*, repperit *P* 403 *eicit Kiesslingius* 404 minae *P*, *cf. Bachius de attr. inv. 32* 405 nunc nusquam *A* 406—408 *eiecit Ladewigius, cf. 421 sq.* 406 atque ego huic iam pridem me d. d. *P* 407 et *A:* at *P* incipere *P* 408 praesentiṣ *A* 409 *idem 788* conprimendast *P*, conpremunda *A* oratio est *A* 410 video ⟨ipsum⟩ *Bachius in Studemundi stud. 2, 409* 411 quom *B*, quem *CD* 414 unde *A:* ut *P* 415 SIMO CALLIPHO PSEVDOLVS *A*, SIMO CALLIPHO SENES II PSEVDOLVS SER DV *B*, *sine* DV *D*[2], *om. CD*[1] damnoseis *A* aut si *A:* aut *P* 417 antecedat *P* (*cf. 532. Cas. 217*) 418 sermoniẹ omnibusṭ *A:* sermone est omnibus *P;* sermo e. o. *Merula* 420 ali *A*

atque id iam pridem sensi et subolebat mihi,
sed dissimulabam. Ps. Iám illi fetet filius.
occisa est haec res, haeret hoc negotium.
quo in commeatum volui árgentarium
proficisci, ibi nunc oppido opsaeptast via.
praesensit: nihil est praedae praedatoribus.

CALLIPHO

Homines qui gestant quique auscultant crimina,
si meo arbitratu liceat, omnes pendeant,
gestores linguis, auditores auribus.
nam istaec quae tibi renuntiantur, filium
te velle amantem argento circumducere,
fors fuat an istaec dicta sint mendacia;
sed si sint ea vera, ut nunc mos est, maxume,
quid mirum fecit? quid novom, adulescens homo
si amat, si amicam liberat? Ps. Lepidum senem.
Sim. Vetus nólo faciat. Cal. At enim nequiquam nevis;
vel tu ne faceres tale in adulescentia.
probum patrem esse oportet qui gnatum suom
essé probiorem quam ipsus fuerit postulet.
nam tu quod damni et quod fecisti flagiti
populo viritim potuit dispertirier.
idne tú mirare, si patrissat filius?
Ps. Ὦ Ζεῦ, quam pauci éstis homines commodi. em,
illic ést pater patrem esse ut aequom est filio.
Sim. Quis hic lóquitur? meus est hic quidem sérvos Pseudolus.
hic mihi corrumpit filium, scelerum caput;
hic dux, hic illi est paedagogus, hunc ego
cupio excruciari. Cal. Iam istaec insipientiast,

---

421 id *P:* hoc *A* subbolebat *A:* subolet *P* 422 *om. P* dissemulabam *A* foetet *Loewius:* fe . . . *A* *versus suspectus; sed Pseudoli notam v. sq. om. P* 424 quo in *A:* quin *P* uolueram *Ritschelius* 425 uia *A:* ula *P* 430 istae *P* 432 fors fuat an istaec *A:* forsitan ea tibi *P* 433 sed si ea uera sunt *P* maxime *P:* maxume tibi renuntiant *A, cf. 451* 434 quid nouom (—um *CD*) *P:* quod noum *A* 435 ps.: *sp. om. AC* 436 at enim nequiquam *P:* nequiatenimquam *A* 442 *cf. ad Curc. 705* mirari *A* 443 estis: *fort.* ex multis commodiem *P:* commodem *A* 444 pater *om. P* aequom est *A:* equo est *P* 445 quis *A:* s. (*om. C,* p. *D*[1]) siquis *P* est hic quidem *Fleckeisenus:* hic est quidem *AP* serus *A* 446 scelerum cap[u]t hic corrupit m[ih]i filium 447 illi est *A:* ille est *CD*, illest *B* 448 insipientia si *P*

iram in promptu gerere. quanto satius est
adire blandis verbis atque exquaerere,
sintne illa necne sint quae tibi renuntiant.
bonus animus in mala re dimidiumst mali.
SIM. Tibi auscultabo. PS. Itur ad te, Pseudole.
orationem tibi para advorsum senem.
erum saluto primum, ut aequomst; postea,
si quid superfit, vicinos impertio.
SIM. Salve. quid agitur? PS. Statur hic ad hunc modum.
SIM. Statum vide hominis, Callipho, quam basilicum.
CAL. Bene confidenterque adstitisse intellego.
PS. Decet innocentem qui sit atque innoxium
servom superbum esse, apud erum potissimum.
CAL. Sunt quae te volumus percontari, quae quasi
per nebulam nosmet scimus atque audivimus.
SIM. Conficiet iam te hic verbis, ut tu censeas
non Pseudolum, sed Socratem tecum loqui.
PS. Itast, iam pridem tu me spernis, sentio.
parvam esse apud te mihi fidem ipse intellego.
cupis me ésse nequam: tamen ero frugi bonae.
SIM. Fac sis vocivas, Pseudole, aedis aurium,
mea ut migrare dicta possint quo volo.
PS. Age loquere quidvis, tametsi tibi suscenseo.
SIM. Mihin dómino servos tu suscenses? PS. Tam tibi
mirum id videtur? SIM. Hercle qui, ut tu praedicas,
cavendum est mi aps te irato; atque alio tu modo
me verberare atque ego te soleo cogitas.
quid censes? CAL. Edepol merito esse iratum arbitror,
quom apud te parvast ei fides. SIM. Iam sic sino;
iratus sit: ego, ne quid noceat, cavero.

---

449 ⟨sic⟩ iram *Camerarius* proptu *B*, [p]ro[pr]om[pt]u *A* 450 exquirere *P* 451 sint illa negnes iniquae *P*, sintne illa uera necne quae *A* 452 *post v. 454 posuit Ritschelius* dimidiust *P* 453 ad te *A*: adie *P* 455 aequumst *A*: aequost *P* 458 quiam *P* 459—461 *v. Capt. 664—666* 460 innoxius *AP, corr. Bothius* (—um *fort. A*) 462 uolimus *A* 466 PS. *D*[2]: c. *B, om. CD*[1] 467 paruam *P*: parum *A* (*i. e.* parum — fide, *cf. Schoellius in Goetzii praef. XIV*), *cf. 477, ad Bacch. 570* 469 uociuas *A*: naciuas (—ua *B*) *P* 470 quae *A* 472 mihi *A* tam *A*: iam *P* 473 id *om. A* ercle *AC* 474 cauendus est (es *CD*) *P* 477—551 *deest A* 477 paruast ei *Ritschelius*: parum ste; *cf. ad 467* sine *Brixius*

sed quid ais? quid hoc, quod te rogo? Ps. Si quid vis, roga.
quod scibo, Delphis tibi responsum dicito.
Sim. Advorte ergo animum et fac sis promissi memor.
quid ais? ecquam scis filium tibicinam
meum amare? Ps. *Ναὶ γάρ*. Sim. Liberare quam velit?
Ps. *Καὶ τοῦτο ναὶ γάρ*. Sim. Ecquas viginti minas
[per sycophantiam atque per doctos dolos]
paritas ut auferas a me? Ps. Abs te ego auferam?
Sim. Ita, quas meo gnato des, qui amicam liberet?
fatere, dic. Ps. *Καὶ τοῦτο ναί, καὶ τοῦτο ναί.*
Cal. Fatetur. Sim. Dixin, Callipho, dudum tibi?
Cal. Memini. Sim. Quor haec, tu ubi rescivisti ilico,
celata me sunt? quor non rescivi? Ps. Eloquar.
quia nolebam ex me morem progigni malum,
erum ut servos criminaret apud erum.
Sim. Iuberes hunc praecipitem in pistrinum trahi.
Cal. Numquid peccatum est, Simo? Sim. Immo maxime.
Ps. Desiste, recte ego meam rem sapio, Callipho;
peccata mea sunt. animum advorte nunciam.
quapropter te expertem amoris nati habuerim? +
pistrinum in mundo scibam, si dixem, mihi.
Sim. Non a me scibas pistrinum in mundo tibi,

---

479 si *delet Fleckeisenus* 481 *Pseudoli D²* auorte e. a. et faxis promissis memor 482 quid ais *Pseudoli B* 483 *ναὶ γάρ Bentleius:* nae gar (negar *CD*) mea est qua *B* 484 ps.: c *B*, *spat. D*, *om. C* cetuton (ceuton *CD*) kaito itone gras (gars *D*, garis *C*), *correxit Bentleius* equas *P* 485 *cf. 527*, *delevit Ritschelius* 486 a me auferas *B*, me auferas *CD*, *corr. Camerarius* 487 meo gnato *ς:* ame eo (eo *om. CDB²*) cognato 488 fateri di chaytoyna P chaitoyionai (P *om. C*, *spat. D*), *correxit Bothius* 489 calipho 490 resiuisti *B* 491 resiui ps. *om.* 492 praegigni *C*, pregigni *D*, que gigni *B*, *correxit Scaliger* 493 ut ⟨suos⟩ *Muellerus; cf. 449* criminarit *CD*, criminare it *B* 494 si.: *spat. C*, *om. BD* luberes *CD*, iuberen *Bothius* pristrinum *B ut solet* 495 cal. *om. BD¹* Simo peccatum est *Bothius* s. Imo *B*, immo *CD* *fort.* peccatum ⟨ab isto⟩ est? si. immo m. 496 callippho *B*, callyppho *C* 497 s. *praem. B* 498 nati amoris te expertem *Bothius; vel* nati expertem amoris te 499 mundum si dixem *Ritschelius* (*scil.* sei deixem): si id faxem *aliam versus formam indicare videtur Charisius 201:* in mundo pro palam et in expedito ac cito: Plautus in • •: quia sciebam, inquit, in (mi *Goetzius*) pistrinum in mundo fore (quia mihi sciebam p. i. m. fore *Fleckeisenus*) 500 si. *D²*: ɴ *B*

cum ea mussitabas? Ps. Scibam. Sim. Quin dictum est mihi?
Ps. Quia illúd malum aderat, istuc aberat longius;
illud erat praesens, huic erant dieculae.
Sim. Quid nunc agetis? nam hinc quidem a me non potest
argentum auferri, qui praesertim senserim.
ne quisquam credat nummum, iam edicam omnibus.
Ps. Numquam edepol quoiquam supplicabo, dum quidem
tu vives. tu mihi hercle árgentum dabis,
abs te equidem sumam. Sim. Tu a me sumes? Ps. Strenue.
Sim. Excludito mi hercle oculum, si dedero. Ps. Dabis.
iam dico ut a me caveas. Sim. Certe edepol scio,
si apstuleris, mirum et magnum facinus feceris.
Ps. Faciam. Sim. Si non apstuleris? Ps. Virgis caedito.
sed quid, si apstulero? Sim. Do Iovem testem tibi,
te aetatem impune habiturum. Ps. Facito ut memineris.
Sim. Egon ut cavere nequeam, cui praedicitur?
Ps. Praedico, ut caveas. dico, inquam, ut caveas. cave.
em istis mihi tu hodie manibus argentum dabis.
Cal. Edepol mortalem graphicum, si servat fidem.
Ps. Servitum tibi me abducito, ni fecero.
Cal. Bene atque amice dicis. + nam nunc, nam meust.
Ps. Vin etiam dicam quod vos magis miremini?
Cal. Studeo hercle audire, nam ted ausculto lubens.
[Sim. Agedum, nam satis libenter te ausculto loqui.]
Ps. Prius quam ístam pugnam pugnabo, ego etiam prius
dabo aliam pugnam claram et commemorabilem.
Sim. Quam pugnam? Ps. Em ab hoc lenone vicino tuo

---

501 cum eamus scitabas PS. *D*[2]: D *B* quin *Ritschelius:* cur non dictu *B* 502 quia illud *Acidalius:* qui (quid *C*) aliud 503 huic *scil. quod nunc praesens est* erat, *correxit Pylades* 504 SI. *D*[2]: C. *B* 506 num-num *B* 507 nunc quam 508 ⟨uiuos⟩ uiues *Ritschelius* 509 SI. *D*[2]: C *B*, CA *CD*[1] mea *B ante corr.* 510 s. sex cliidito *B*; exlidito *Ritschelius. cf. Ter. Phorm. 989* (oculum exclude *Calliopius*, exculpe *Bembinus*), *Nonius 291* elidere etiam excludere significat *adlatis Verg. Aen. 8, 261, Plaut. Rud. 659* 511 SI. *ς*: CALL. 512 apsuteris *B* feceris facinus *CD* 513 absteleris (*s. scr.* u) *B*, *i. e.* abstoleris PS.: *spat. B*, *om. CD* 516 *post* 517 *Buggius* 516 praeditur 518 tu *Pius:* ut (tu mi *Dziatzko*) 521 CALL. *Bothius:* SI. *fort. Simoni dicit* caue nunc iam meust *D* 523 studie te dauscultu *B*, te auscultu (—ta *sup. scripta* u *C*) *CD* 523[a] *dittographiam agnovit Bergkius* s *B*, CA *C*[1], PS *DC*[2] 524 CA 525 commerabilem *B* 526 emabe hoc *B*, eme ab hoc *CD*

per sycophantiam atque per doctos dolos
tibicinam illam, tuos quam gnatus deperit,
ea circumducam lepide lenonem. SIM. Quid est?
PS. Effectum hoc hodie reddam utrumque ad vesperum.
SIM. Siquidem istaec opera, ut praedicas, perfeceris,
virtute regi Ágathocli antecesseris.
sed si non faxis, numquid causaest, ilico
quin te in pistrinum condam? PS. Non unum in diem [modo],
verum hercle in omnis, quantumst; sed si effecero,
dabin mi argentum, quod dem lenoni, ilico,
tua voluntáte? CAL. Ius bonum orat Pseudolus;
dabo inque. SIM. At enim scin quid mihi in mentem venit?
quid si hisce inter se consenserunt, Callipho,
aut de compecto faciunt consutis dolis,
qui me argento intervertant? PS. Quis me audacior
sit, si istuc facinus audeam? immo sic, Simo:
si sumus compecti seu consilium umquam iniimus [de istac re]
aut si de ea re umquam inter nos convenimus,
[quasi in libro cúm scribuntur calamo litterae]
stilis me totum usque ulmeis conscribito.
SIM. Indice ludos nunciam, quando lubet.
PS. Da in hunc diem operam, Callipho, quaeso mihi,
ne quo te ad aliud occupes negotium.
CAL. Quin rus ut irem iám heri mecum statueram.
PS. At nunc disturba quas statuisti machinas.
CAL. Nunc non abire certum est istac gratia;

---

528 tuus *CD*, tus *B* 529 lepidele nomem *B*, lepidule nomen *CD* lenonem, et quidem | effectum *Acidalius; sed totus locus graves dubitationes movet, cf. Kiesslingius mus. rhen. 23, 421; Langenus stud. Pl. 360 sq.* 530 hoc (*sup. scr. D*) hodie reddam *CD:* hodie hoc (*om.* reddam *spatio relicto*) *B* 531 ut *B:* aut *CD* 532 virtute ⟨tu⟩ *Ritschelius* rei 533 nunquid *C,* nunc quid *B* causa est, *corr. Camerarius* 534 in diem *Ritschelius:* quidem diem [modo] *Bothius* 535 quantus est 536 lenon *B* 539 conseserunt *B* 540 conpacto *CD* 541 interuortant *Fleckeisenus:* circumuertant auditior *B* 542 audeam *Pylades:* audeam facere *B*, audeam dicere *CD* 543 conspecti siue *CD*, conspectis lue *B*, *correxit Acidalius* inimus [de istac re] *Camerarius* 544 conueniamus 544ª *versum notavit Vssingius* (*interpolator oblitus est* calamis *pro* stilis *ponere v. 545*) cum in libro *Guietus* litterae calamo *CD* *post* 545 *fort. sponsio intercidit* (*talis:* C. promittin tandem? P. dabin mihi argentum? S. dabo); *cf. Sauppius qu. Pl. 7* 547 capho *B* 549 mecum statueram *Lorenzius:* constitueram

lubidost ludos tuos spectare, Pseudole.
et si hunc videbo non dare argentum tibi,
quod dixit, potius quam id non fiat, ego dabo.
SIM. Non demutabo. PS. Namque edepol, si non dabis,
clamore magno et multo flagitabere.
agite amolimini hinc vos intro nunciam
ac meis vicissim date locum fallaciis.
CAL. Fiat, geratur mos tibi. PS. Sed te volo
domi usque adesse. CAL. Quin tibi hanc operam dico. —
SIM. At ego ad forum ibo. iam hic ero. — PS. Actutum redi.
suspicio est mihi nunc vos suspicarier,
me idcirco haec tanta facinora promittere,
quo vos oblectem, hanc fabulam dum transigam,
neque sim facturus quod facturum dixeram.
non demutabo. atque etiam certum, quod sciam,
quo id sim facturus pacto nil etiam scio,
nisi quia futurumst. nam qui in scaenam provenit,
novo módo novom aliquid inventum adferre addecet;
si id facere nequeat, det locum illi qui queat.
concedere aliquantisper hinc mi intro lubet,
dum concenturio in corde sycophantias.
⟨sed mox⟩ exibo, non ero vobis morae;
tibicen vos interibi hic delectaverit. —

PSEVDOLVS II 1

Pro Iúppiter, ut mihi, quídquid ago, lepide ómnia prospereque éveniunt:
neque quód dubitem neque quód timeam, meo in péctore conditumst cónsilium.

552 *accedit A* ludos *P:* in ludos *A* 554 dixi *P* 555 SI. *Gronovius: om. P* 556 multo *Scaliger:* multom *supra addita* u *B*, multum *ACD*², multitudo *D*¹ flagit habere *B*, flagito abere *CD* 559 geratur *A* mos *AD:* uos *B*, nos *C* PS. *om. P* 560 quid *A* 561 ero *A:* adero *P* actutum redi *Calliphoni P, Pseudolo tribuit Ritschelius* 562 PS. *praem.* 563 facinora ⟨his⟩ *Ritschelius; cf. ad v. 355* 564 quo *A:* quin *P*, qui ς 565 *de constructione cf. ad Cas. 617* 567 quo id *A:* quo *B*, cum *CD* 568 futurumst *A* 570 id *om. A* nequead det *A*, nequeat et *P* 571 inro *P* 572 dum *P:* cui *vel* cus (*i. e.* cum) *Nonius 11; A n. l.* sic. *P* 573 *om. P, supplevi* exibo *L.: quinque litterae, quarum prima* e (t, p.), *secunda* a (r, x), *tertia* e (i), *quarta* g (b), *quinta* o *esse videtur, A* 573ª [tibi]gen *A* int[eri]bi *A:* interea (—ra *B*) *P* 574 *scaenam notant A et ut vid. B (non CD);* PSEVDOLVS *B* 575 *dubitans introierat, exit ovans quod non amplius dubitet neque timeat et quod consilium invenerit (601 sq. 674 sq. 759).* est ἀπὸ κοινοῦ: timeam (est)

nam ea stúltitiast, facinús magnum timidó cordi credére; nam omnes rés perinde sunt
ut agás, ut eas magní facias; nam ego ín meo pectore príus * íta paravi cópias,
duplicís triplicís dolos pérfidias, ut, ubíquomque hostibus cóngrediar
(maiórum meúm fretus vírtute dícam,
mea índustria ét malitiá fraudulénta),
facile út vincam, facile út spoliem meos pérduellis meis pérfidiis.
núnc inimicum ego húnc communem meum átque vostrorum ómnium,
Bállionem, exbállistabo lépide: date operam modo;
[hóc ego oppidum ádmoenire, ut hodie capiatúr, volo.] 585a
atque húc meas legionés adducam; si éxpugno
(facilem hánc rem meis civíbus faciam), 586a
post ád oppidum hoc vetus cóntinuo meum exércitum protinus óbducam:
inde me ét simul participés omnis meos praéda onerabo atque ópplebo,
metum ét fugam perduéllibus meis me út sciant natum.
éo sum genere gnátus: magna mé facinora décet efficere,
quae póst mihi clara et diú clueant.
sed hunc quém video? quis hic ést qui oculis meis óbviam ignobilis óbicitur?
lubet scíre quid hic veniát cum machaéra et huic, quám rem agat, hinc dabo insídias.

HARPAX II 2

Hi lóci sunt atque hae régiones quae mi áb ero sunt demónstratae, 594. 595
ut ego óculis rationém capio quam mi íta dixit erus méus miles,

---

576. 577 *in AB*, 578. 579 *in B coniuncti* 576 stulticia si *P*, stultitia est *A* 578 nam ego in meo *P:* n[am me]o ego in *A* *suppleas* ⟨omnes⟩ 580 ubiquomque *A:* ubicumque (cum *sup. scr. B*) cum *P* 581. 582 *coniungunt AB* 581 maiorum meum *A:* malorum meorum *P* 582 mea *A:* me *P* fraudulentia (—cia *B*) *AB*, fraudulenti *CD*, *corr. Bothius* 583 uincam facilem *A* perfidis *AP* 584 nostrum *AP*, *correxit Guietus* 585a *cf. 384, eiecit Ritschelius* ho[die] *A:* hoc die *P* 586. 586a. 587 *duobus versibus A:* atque — faciam (*sed versus post* hanc *divisus*) *et* post *sq.* 586 huc (*vel* hoc) *A:* ut hoc *P* si *A:* si hoc *P* 586a hanc *A:* ego hanc *P* 587 *fort.* post ⟨ego⟩ mecum *P* protinus obducam *P:* proti *omissis a librario reliquis A* 588 participis *A* 589 me *A:* me esse *B*, esse me *CD* *versus Reizianus* 590 natus *A* 591 ciueant *A t. Loewio* 592 ignobilis *A*, *Festus p. 174:* ignorabilis *P* 593 *disp. B:* Lubet — rem | agat — ins. ueniat *A:* uelit *P* *vel* dabo insidias 594. 595 HARPAX PSEVDOLVS *A*, H (H *om. D*) HARPAX CACVLA P (P *om. D*) PSEVDOLVS SERVOS *BD; spat. C* *cf. Rud. 227* 594—599 *systema* 596—600 *pauca servata A*

septumás esse aedis á porta ubi ille hábitet leno, quoí iussit
symbólum me ferre et hoc árgentum. nimis vélim, certum qui id míhi faciat,
Ballió leno ubi hic hábitat.
Ps. [St, tace, tace, meus hic est homo, ni omnes di atque homines deserunt.]
novo cónsilio nunc míhi opus est,
nova rés subito mi haec óbiectast:
hoc praévortar principio; illa omnia missa habeo, quae ante agere occepi.
iam pol ego hunc stratioticum nuntium advenientem probe percutiam.

Harp. Óstium pultábo atque intus évocabo aliquém foras.
Ps. Quisquis es, compendium ego te facere pultandi volo;
nam ego precator et patronus foribus processi foras.
Harp. Tune es Ballio? Ps. Immo vero ego eius sum Subballio.
Harp. Quid istuc verbist? Ps. Condus promus sum, procurator peni.
Harp. Quasi te dicas atriensem. Ps. Immo atriensi ego impero.
Harp. Quid tu, servon es an liber? Ps. Nunc quidem etiam servio.
Harp. Ita videre, et non videre dignus qui liber sies.
Ps. Non soles respicere te, quom dicis iniuste alteri?
H. Hunc hominem malum esse oportet. P. Di me servant atque amant,
nam haec mihi incus est: procudam égo hodie hinc multos dolos.
H. Quid illic secum solus loquitur? P. Quid ais tu, adulescens? H. Quid est?
Ps. Esne tu an non es ab illo milite Macedonio,
servos eius qui hinc a nobis est mercatus mulierem,
qui argenti ero meo lenoni quindecim dederat minas,
quinque debet? Harp. Sum. sed ubi tu me novisti gentium
aut vidisti aut conlocutu's? nam equidem Athenas antidhac

---

597 habi]tẹṭ *A:* habitat *P* q[uoi] ịụṣsit *A:* cuius sit *P* 598. 599 *uno versu* (*post* uelim *aut* certum *diviso*) *A,* sumbolum — uelim | certum *sq. B* 598 certum *fort. om. A* qui id *C:* quid *AP* 599 ballion leno ubi *P,* ubi Ballio leno *Bothius* [ha].iṭạṭ *AP; cf. Epid. 438. 536* 600 *sq. disp. B:* st — nunc | mihi — obiectast 600 *cf. 381, eiecit Reizius* st *A:* si *P* 601 mihi nunc *Muellerus* 601ª haec subito mihi *A* 602 *de versu metrum excedente cf. ad Amph. 1062. 602. 603 octo metra sunt, 601—603 duodecim, sine catalexi, nisi sic dividas:* hoc praéuortar | principio — habeo | quae — hunc | st. — adu. | probé percutiam, *ut clausula Reiziana sit* 604 HA. ostium *CD,* Hostium (H *picta*) *B,* hostium *A* pul stabo *B* 605 ego *om. A* putandi *P* 607 es ballio *A:* e (est *CD*) oballio *P* 610 quid *P:* quin *A* seruun es *A:* seruos (us *CD*) nees *P* 612 dicas *P* 615 sọlus secum *A* 616 mịlịtẹ (*fort.* militi) *A,* milite *CD* militite *B* 618 meo eri *A* 620 equidem (quidem *C*) *P:* idem *A* athenis *P* antedhac *B ante corr.,* anteidhac *A*

numquam veni, neque te vidi ante hunc diem umquam oculis meis.
Ps. Quia videre inde esse; nam olim quom abiit, argento haec dies
praestitutast, quoad referret nobis, neque dum rettulit.
H. Immo adest. P. Tun attulisti? H. Egomet. P. Quid dubitas dare?
Harp. Tibi ego dem? Ps. Mihi hercle vero, qui res rationesque eri
Ballionis curo, argentum accepto [expenso] et quoi debet dato.
Harp. Si quidem hercle etiam supremi promptas thensauros Iovis,
tibi libellam argenti numquam credam. Ps. Dum tu sternuas,
res erit soluta. Harp. Vinctam potius sic servavero.
Ps. Vae tibi, tu inventu's vero, meam qui furcilles fidem.
quasi mihi nón sescenta tanta soli soleant credier.
Harp. Potest ut alii ita arbitrentur et ego ut ne credam tibi.
Ps. Quasi tu dicas me te velle argento circumducere.
Harp. Immo vero quasi tu dicas quasique ego autem id suspicer.
sed quid est tibi nomen? Ps. Servos est huic lenoni Surus,
eum esse me dicam. Surus sum. H. Surus? P. Id est nomen mihi.
Harp. Verba multa facimus. erus si tuos domi est, quin provocas,
ut id agam quod missus huc sum, quidquid est nomen tibi?
Ps. Si intus esset, evocarem. verum si dare vis mihi,
magis erit solutum, quasi ipsi dederis. Harp. At enim scin quid est?
reddere hoc, non perdere erus me misit. nam certo scio,
hoc febrim tibi esse, quia non licet huc inicere ungulas.
ego, nisi ipsi Ballioni, nummum credam nemini.
Ps. At illic nunc negotiosust: res agitur apud iudicem.
Harp. Di bene vortant. at ego quando eum esse censebo domi,
rediero. tu epistulam hanc a me accipe atque illi dato.
nam istic sumbolust inter erum meum et tuom de muliere.

---

621 adueni *P, cf. 731* 622 hic *P* 623 retulit *P* 624. 625 attulistịn *A* 626 ego *P:* hercle *A* 627 accepto *Bothius:* accepto expenso *AP* 628 promptes *Acidalius et fort. A* thensauros *A:* thesauros *C,* theauros *D,* thenalaros (u *sup.* l) *B* 629 libelam *A* ps. *Acidalius: om. AP* strenuas *P* 630 ps. *praem.* uinciam *B,* untiam *CD* 631 ue tibi *P:* ualẹ ibi *A* uero meam qui *P:* ṣolus uerumẹam q[ui] *A* forcilles (—as C^1) *P, cf. Buechelerus Vmbricorum p. 125* 633 ạl[i] *A,* aui *P* ut ne *P:* n[e] *A* 635 id *om. A* 636 *et* 637 surus *A,* syrus *P* 637 mihi *P:* meum *A* 639 quo *P* hic *P* quicquid e. n. tibi *Pseudolo tribuunt AP, correxit Acidalius* 641 quasi: quam si *A,* quam *P; cf. Brixius ad Trin. 265* scin *A:* sin *P* 642 mẹ *A: om. P* misit *P:* ịussit *A (fort.* missit) nam *A:* non *P* 643 febrin *P,* febrem *A* huc *A:* hoc *P, cf. 586* 648 symbolus est *A,* simbolum est *P*

Ps. Scio equidem: [ut] qui argentum adferret atque expressam imaginem
suam huc ad nos, cum eo aiebat velle mitti mulierem.
nam hic quoque exemplum reliquit eius. Harp. Omnem rem tenes.
Ps. Quid ego n iteneam? Harp. Dato istunc sumbolum ergo illi. P. Licet.
sed quid est tibi nomen? Harp. Harpax. Ps. Apage te, Harpax, hau places;
huc quidem hercle haud ibis intro, ne quid ἅρπαξ feceris.
Harp. Hostis vivos rapere soleo ex acie: eo hoc nomen mihi est.
Ps. Pol te multo magis opinor vasa ahena ex aedibus.
Harp. Non ita est. sed scin quid te oro, Sure? Ps. Sciam si dixeris.
Harp. Ego devortor extra portam huc in tabernam tertiam,
apud anum illam doliarem, claudam crassam, Chrysidem.
Ps. Quid nunc vis? Harp.. Inde ut me arcessas, erus tuos ubi venerit.
Ps. Tuo arbitratu, maxume. Harp. Nam ut lassus veni de via,
me volo curare. Ps. Sane sapis et consilium placet.
sed vide sís ne in quaestione sis, quando arcessam, mihi.
Harp. Quin ubi prandero, dabo operam somno. Ps. Sane censeo.
Harp. Numquid vis? Ps. Dormitum ut abeas. Harp. Abeo. — Ps. At-
que audin, Harpage?
iube sis te operiri: beatus éris, si consudaveris.

di immortales, conservavit me illic homo adventu suo. II 3
suo viatico redduxit me usque ex errore in viam.
nam ipsa mi Opportunitas non potuit opportunius
advenire quam haec allatast mi opportune epistula.
nam haec allata cornu copiaest, ubi inest quidquid volo:
hic doli, hic fallaciae omnes, hic sunt sycophantiae,

---

649 [ut] *Ritschelius, habent AP* 650 huc suam *Bothius* quom *P* 651 H. *om.* 652 P.: HA. H.: PS. istunc sumbolum ergo *A:* ergo istum simbolum ergo *P* P. *om.* 653 haut *P* 654 aud *A,* haut *B* intro ṇ[e] *A:* intro ni *CD, om. B* harpax *AP* 655 f̣ạc̣ie *A* eo hoc *A:* hoc *P* nomen mihi est *P:* mihi nomen est *A* 656 poltem uito m. o. u. ahenea exscaedibus *P* 657 ista *A* sin quid te orem syre (scyre *B*) *P* 658 deuortar *Scaliger* hinc *Fleckeisenus* 659 doliarem claudam crassam *A:* diobolia recludam (reclaudam *B ex corr.*) grassam *P* 660 accersas *A, item 663* 661 HA.: *spat. om. A* 662 nolo *P* PS. ς: s *B*, SI. *D* 665 nunquid *A,* nunc quid *P* 666 pseudolus *omissis* si cons., *deinde* SERVOS C. *B,* PSEVDOLVS SERVVS D^2, *om. C, sine spatio A* 668 reduxit *CD* 669 namque ipsa opportunitas non potuit mihi opportunius *A* 670 allạ[tast] *A:* cauata est *P* 671 copiast *AP* 672 doli *A, B ex corr.:* doliri *B ante corr.,* dolori *CD* hic sunt *A:* sunt hic sunt *P* sycophanie, *sed* c *sup.* i, *B,* sicophanice *CD*

hic argentum, hic amica amanti erili filio.
atque ego nunc me ut gloriosum faciam et copi pectore:
quo modo quicque agerem, ut lenoni surruperem mulierculam,
iam instituta ornata cuncta in ordine, animo ut volueram,
certa deformata habebam; sed profecto hoc sic erit:
centum doctum hominum consilia sola haec devincit dea,
Fortuna. atque hoc verum est: proinde ut quisque Fortuna utitur,
ita praecellet atque exinde sapere eum omnes dicimus.
bene ubi quoi scimus consilium áccidisse, hominem catum
eum esse declaramus, stultum autem illum quoi vortit male.
stulti hau scimus, frusta ut simus, quom quid cupienter dari
petimus nobis, quasi quid in rem sit possimus noscere.
certa mittimus, dum incerta petimus; atque hoc evenit
in labore atque in dolore, ut mors obrepat interim.
sed iam satis est philosophatum. nimis diu et longum loquor.
di immortales, aurichalco contra non carum fuit
meum mendacium, hic modo quod subito commentus fui,
quia lenonis me esse dixi. nunc ego hac epistula
tris deludam, erum et lenonem et qui hanc dedit mi epistulam.
euge, par pari aliud autem quod cupiebam contigit:
venit eccum Calidorus, ducit nescio quem secum simul.

CALIDORVS II 4

Dulcia atque amara apud te sum elocutus omnia:
scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam.

---

673 argentum ⟨est⟩ *Camerarius* 674 adque *A* me ut *A, Nonius 84:* me *P* et *A, Nonius:* ut *P* 675 quique *P* lenonis *A* surriperem *ACDB*[2] 676 instituta ornata *P:* institutam *A* in animo ut uolueram ordine *Brixius; cf. ad Mil. 875* 678 certum *A* 679 adque *A* 680 praecellet *vel* praecellit *A* dụcịmụs *A* 681 quoi scimus *Acidalius:* quo[d di]scimus *A*, quid discimus *P*; discere *non est Plauto* noscere, *cf. Poen. 122* accidisse *cf. Langenus symb. 322* 682 declaratụr *A* quoị *A:* quo *P* 683 haud *P* simus *Camerarius:* scimus *AP* quid *Lipsius:* quod *AP* 685 ẹuenit *A:* uenit *P* 686 *pro* obrepat *fort. in A fuit* repat 688 auricalco *A*, auricalcho *CD* 691 ludam *A* 693 calydorus *A* *videtur aliquis scaenam ita compendi fecisse, ut v. 688—693 sermonem Pseudoli efficerent, qui ab initio complexus sit v. 667—687* (sed iam satis est philosophatum. nunc ego hac epistula) *et 691—693;* nimis diu et longum loquor *adiectum ab eo qui haec coniunxit. similia Poen. 917—929* 694 CALYDORVS CHARINVS PSEVDOLVS *A*, Calidorus o harinus ad huliscens · II · PSEVDOLVS SERVOS C. *B*, *nomina* (Ps. Cal. Ch.) *C*, Calidorus Charinus *D*[1], Adocentes PSEVDVLVS *add. D*[2] adque *A*

CHARINVS

Commemini omnia: id tu modo, me quid vis facere, fac sciam.
[CAL. Quom haec tibi alia sum elocutus, vix rem scis de symbolo. 696a
CHAR. Omnia, inquam. tu modo quid me facere vis fac ut sciam.] 696b
CAL. Pseudolus mi ita imperavit, ut aliquem hominem strenuom
benevolentem adducerem ad se. CHAR. Servas imperium probe;
nám et amicum et benevolentem ducis. sed istic Pseudolus
novos mihist. CAL. Nimium est mortalis graphicus, + heuretes mihi est.
is mihi haec sese ecfecturum dixit quae dixi tibi.
PS. Magnufice hominem compellabo. CAL. Quoia vox resonat? PS. Io,
io te te, turanne, te te égo, qui imperitas Pseudolo,
quaero, quoi ter trina tríplicia, tríbus modis tria gaudia,
artibus tribus trís demeritas dem laetitias, de tribus
fraude partas per malitiam et per dolum et fallaciam; 705a
in libello hoc obsignato ad te attuli pauxillulo.
CAL. Illic homost. CHAR. Vt paratragoedat carnufex. PS. Confer gradum
contra pariter, porge audacter ad salutem bracchium.
CAL. Dic utrum Spemne an Salutem te salutem, Pseudole?
PS. Immo utrumque. CHAR. Vtrumque, salve. sed quid actumst?
PS. Quid times?
CAL. Attuli hunc. PS. Quid, attulisti? CAL. Adduxi volui dicere.
PS. Quis istic est? CAL. Charinus. PS. Euge. iam χάριν τούτῳ ποιοῦ.

696a b *om. A, removit Ritschelius* uix rem scis *L.:* uis scires si scis 699 istinc *P* 700 mihi est *A,* si mihi est *P* (*scriptum fueral* mihi si *pro* mihist *cum correctura* est) graphicus *P:* scitus *A* εὑρετής *ad sensum non satis est, graecum vocabulum adulescentem non decet* (*cf. Herm. 18, 566*), *latinum* (heureta est mihi) *metro obest. fort.* heureticissimust, *cf. Mart. 12, 95* pathicissimos libellos 701 His *P* sese *A:* esse *P* eṭfecturum *A,* effecturum *P* 702 c. *spat. om. A* sonat *P* 703 iote tete tiranne te rogo *P,* te te turanne ṭ[ẹ ẹ]go (y *super* u *a primo correctore*) *A, correxi* ṡpseudole *A,* pseudoli *P, corr.* ϛ; *cf. 1197* 704 quo iter *P,* quoi per *A* *ter nuntiaturus est* (tribus *sq.,* artibus *sq.,* de tribus *sq.*) *tria consilia tribus modis efficienda quasi effecta. cf. ad Amph. 513* tria *A:* me tria *P* 705 trịs *A:* ter *P* 705a et per *P:* per *A* fallacias *A* *fort.* per dolum fallacias 706 ad te *P:* abs te hoc *A* 707 CA. *Pylades:* CH CH. *Acidalius:* PS. PS. *Weisius:* CA. 708 CA. contra *P, corr.* ϛ proge audacter *A,* por claudaciter *B, om. cum* pariter *lacuna relicta CD, correxit Guietus* bacchium *A* 709 spemne an salutem *A:* spem neans matrem *P* 710 actunst *A* times *AP, cf. Cas. 392;* tibi *Buggius, ac deest conexus cum v. sq.* 711 hinc *P* 712 CAL.: *spat. om. A* euge iam charytoi io πolω (nolω *CD*) *P,* eug — tuṭopoio (*inter* g *et* t *fuisse potest* ae iam charin, *incerta etiam ultima*) *A;* χάριν τούτῳ ποιῶ *Scaliger; quod posui non satis facit, placuerit* Χαρῖνος χαιρέτω

CHAR. Quin tu si quid opust, mi audacter imperas? PS. Tam gratiast.
bene sit tibi, Charine. nolo tibi molestos esse nos.
CH. Vos molestos mihi? molestumst mi id quidem. P. Tum igitur mane.
CAL. Quid istuc est? PS. Epistulam modo hanc intercepi et sumbolum.
CAL. Sumbolum? quem sumbolum? PS. Qui a milite allatust modo.
eius servos qui hunc ferebat cum quinque argenti minis,
tuam qui amicam hinc arcessebat, éi os sublevi modo.
CAL. Quo modo? PS. Horum causa haec agitur spectatorum fabula:
hi sciunt, qui hic adfuerunt; vobis post narravero.
CAL. Quid nunc agimus? PS. Liberam hodie tuam amicam amplexabere.
CAL. Egone? PS. Tu istic ipsus, inquam, si quidem hoc vivet caput;
si modo mihi hominem invenietis propere. CHAR. Qua facie? PS. Malum,
callidum, doctum, qui quando principium prehenderit,
porro sua virtute teneat quid se facere oporteat;
atque qui hic non visitatus saepe sit. CHAR. Si servos est,
numquid refert? PS. Immo multo mavolo quam liberum.
CHAR. Posse opinor me dare hominem tibi malum et doctum domo,
qui a patre advenit Carysto nec dum exiit ex aedibus
quoquam neque Athenas advenit umquam ante hesternum diem.
PS. Bene iuvas. sed quinque inventis opus est argenti minis
mutuis, quas hodie reddam: nam huius mihi debet pater.
CHAR. Ego dabo, ne quaere aliunde. PS. O hominem opportunum mihi.
etiam opust chlamyde et machaera et petaso. CHAR. Possum a me dare.
PS. Di immortales, non Charinus mihi hic quidem, sed Copiast.

---

713 si quid opu[s e]st *A:* quicquid opus est *P* tam graciam *B,* tam gratia *A, om. CD, corr. Pareus* 714 tibi *prius om. P* 715 mihi *P:* nihil *A* molestumst mihi quidem *A,* molestum est quidem *P,* m. e. id quidem *Pius* (mihi *servavi*) tum tu *B* 716 CA. *ς:* CH. modo *om. A* *de diaeresi cf. Trin. 1016;* hanc modo *Guietus* sumbolum *A hic et bis v. sq.,* simbolum *P, sed* sumb. — simb. *v. sq.* 717 CA. *ς:* CH. militi *A* allatusst modo *A:* aliatust (alienatust *CD*) modo est *P* 718 ferebat et quinque a. minas *A, cf. 753* 719 arcessaebat *C,* arcessabat *B,* accersabat *A* ei os *P:* eius *A* 720 horun caussa *A* fabule *P* 723 tu istic *A:* tute ego *P* (PS. tute. CA. ego? *ς*) uiuit *A:* uiue *P* 724 *pers. spat. ante et post* propere *A* CH. *Pylades:* CA. PS. *om.* 726 porro *ad* facere *pertinet* 727 qui hic non uisitatus *A:* eum qui non hic usitatus *P* si *P:* ut *A* 729 CH. *ς:* CA. modo *P; cf. Bacch. 648, infra 734 sq.* 730 exiit ex aedibus (aediebus *B*) *P:* exit aedibus *A, fort.* exiuit aedibus 732 lubas *P* 733 huius *A:* unam huius *P* 734 CH. *ς:* CA. homoinem *B* 735 opust chamyde (opus tech. *B*) *P* machera *AP* CH.: *spat. A, om. P* 736 mihi quidem est sed copia *P*

sed istic servos, ex Carysto qui hic adest, ecquid sapit?
CHAR. Hircum ab alis. PS. Manuleatam tunicam habere hominem addecet.
ecquid is homo habet aceti in pectore? CHAR. Atque acidissumi.
PS. Quid, si opus sit ut dulce promat indidem, ecquid habet? CH. Rogas?
murrinam, passum, defrutum, mellam, mel quoivismodi;
quin in corde instruere quondam coepit pantopolium.
PS. Eugepae, lepide, Charine, meo me ludo lamberas.
sed quid nomen esse dicam ego isti servo? CHAR. Simiae.
PS. Scitne in re advorsa vorsari? CHAR. Turbo non aeque citust.
PS. Ecquid argutust? CHAR. Malorum facinorum saepissime.
PS. Quid cum manifesto tenetur? CHAR. Anguillast, elabitur.
PS. Ecquid is homo scitust? CHAR. Plebi scitum non est scitius.
PS. Probus homo est, ut praedicare te audio. CHAR. Immo si scias,
ubi te aspexerit, narrabit ultro quid sese velis.
sed quid es acturus? PS. Dicam. ubi hominem exornavero,
subditivom fieri ego illum militis servom volo;
sumbolum hunc ferat lenoni cum quinque argenti minis,
mulierem ab lenone abducat: em tibi omnem fabulam.
ceterum quo quicque pacto faciat, ipsi dixero.
CAL. Quid nunc igitur stamus? PS. Hominem cum ornamentis omnibus

---

737 isti *P*, istę *A*, *corr. Merula* qui hic adest ecquid *A:* hic qui aduenit quid (qui *B*) *P* 738 CH. *Camerarius:* CA. irquum *A*, hirquum (hiscum *CD*) *P* aliis *P* addecet *A*, *Priscianus 1, 139*, *Nonius 536:* decet *P* 739 ecquid is homo habet *Lorenzius* (*cf. 748*): ecquid habetis homo *P*, equidem homo habet *A* CH. *ς:* CA., *item 740* acidissumum *A* 740. 741 quod si opus est ut dulce promant id est et qui habeat (habitat) roga | murrinam passum (passitum) defrutum mella *Plinius 14, 93* murrinam *testatus, locum adferens secundum 'Scaevolam et L. Aelium et Ateium Capitonem'* 741 murrinam passum defrutum (defructum *B*, defrucum *C*[1], detum *D*[1]) mellam (melinam *B*, mellinam *CD*) mel quoiuis modi (quouis *P*, modo *A*) *AP;* murmurena passum defritum *adlata a Varrone Men. 40, similiter de vita p. R. I* (*Nonius 551 utrumque*) 742 pantopolium *A:* hermopolium *P, i. e.* thermipolium (*cf. Curc. 292 Rud. 529 Trin. 1013*), *sed non calida dixit, sed aceta et dulcia* 743 me meo *P* 744—815 *deest A* 744 quid *Camerarius:* qui CH. *ς:* CA. 745—750 *non Plauti esse vidit Kiesslingius* 745 *sq. sexies* CA., *corr. ς de v.* 746 *Priscianus 1, 505* argutus i. e. conuictus, *cf. Amph. 883* 747 anguila, *cf. Lindsay in Woelfflini arch. 8, 442* 748 ecquitis homo scitus est *B*, ec (hec *D*) quitis homo est scitus *CD* plebis citum citus, *corr. Camerarius* 749 si *CD:* sci *B* 750 sese *Camerarius:* esse 751 quid *D*[1]*:* qui el *B*, quis *CD*[2]*;* sed quid eo facturu's? *Ritschelius* (eo es f. *Vssingius*) 752 subditium (—icium *D*, —itum *B*), *corr. Ritschelius* 753 simbolum quom *B*, *item 756*

exornatum adducite ad me iam ad trapezitam Aeschinum.
sed properate. CAL. Prius illi erimus quam tu. — PS. Abite ergo ocius.
quidquid incerti mi in animo prius aut ambiguom fuit,
nunc liquet, nunc defaecatumst cor mihi; nunc perviumst:
omnes ordine sub signis ducam legiones meas,
avi sinistra, auspicio liquido atque ex ⟨mea⟩ sententia;
confidentia est inimicos meos me posse perdere.
nunc ibo ad forum atque onerabo meis praeceptis Simiam,
quid agat, ne quid titubet, docte ut hanc ferat fallaciam.
iam égo hoc ipsum oppidum expugnatum faxo erit lenonium.

PVER — III 1

Cui servitutem di danunt lenoniam
puero, atque eidem si addunt turpitudinem,
ne illi, quantum ego nunc corde conspicio meo,
malam rem magnam multasque aerumnas danunt.
velut haec mi evenit servitus, ubi ego omnibus
parvis magnisque miseriis praefulcior:
neque ego amatorem mi invenire ullum queo,
qui amet me, ut curer tandem nitidiuscule.
nunc huic lenoni hodie est natalis dies:
interminatus est a minimo ad maximum,
si quis non hodie munus misisset sibi,
eum crás cruciatu maximo perbitere.
nunc nescio hercle rebus quid faciam meis;
neque ego illud possum, quod illi qui possunt solent.
nunc, nisi lenoni munus hodie misero,
cras mihi potandus fructus est fullonius.

---

757 attrapezitam 758 CA. *ς:* PS. illic PS. *om. CD, spat. B* 760 defecatum si peruiast *BCD*[1]; *cf. ad Aul. 438* 761 ordines, *corr. Scaliger* 762 aui: ab *Nonius 334* ex mea *Bothius:* ex *codd., Nonius* 763 meos me: mens mea *Nonius* 764 honerabo mi is preceptissimam *B* 765 nequit *B* hunc *CD* 766 ipsum *inducit Bothius* 767 PVER DV *B et* (*om.* DV) *D*[2] *scaenam in suspicionem vocavit Lorenzius* (*cf. Sauppius qu. Pl. 8*). *interpolata videtur ut in actione in vicem succederet scaenae I 2. versus 855 sq. ad puerum hac aetate non quadrant, cf. 170. 241* 771 uellit, *corr. 1 m. in BD* 772 ministeriis *Acidalii* (*cf. Pers. 12*) *non recte dictum de puero* praefulgior, *corr. Beroaldus* 773 inuenire ullum *Pylades:* ullum inuenire 774 curet, *corr. Gulielmius cf. 220* 775 lenon *B* est hodie *Pylades cf. 165 sq.* 776 interminatus tam inimo 778 eum *ς:* tum 779 quid *ς:* quia (qua *C*) miis *B* 782 potantus *B* fructus *cf. 1304*

eheu, quam illae rei ego etiam nunc sum parvolus.
atque edepol, ut nunc male eúm metuo miser,
si quispiam det qui manus gravior siet,
quamquam illud aiunt magno gemitu fieri,
comprimere dentes videor posse aliquo modo.
sed comprimenda est mihi vox atque oratio:
erus eccum recipit se domum et ducit coquom.

BALLIO III 2

Forum coquinum qui vocant, stulte vocant,
nam non coquinum est, verum furinum est forum.
nam ego si iuratus peiorem hominem quaererem
coquom, non potui, quam hunc quem duco, ducere,
multiloquom gloriosum insulsum inutilem.
quin ob eam rem Orcus recipere ad se hunc noluit,
ut esset hic qui mortuis cenam coquat;
nam hic solus illis coquere quod placeat potest.

COCVS

Si me arbitrabare isto pacto, ut praedicas,
cur conducebas? BAL. Inopia: alius non erat.
sed cur sedebas in foro, si eras coquos,
tu solus praeter alios? COC. Ego dicam tibi:
hominum vitio ego sum factus improbior coquos,
non meopte ingenio. BAL. Qua istuc ratione? COC. Eloquar.
quia enim, cum extemplo veniunt conductum coquom,
nemo illum quaerit qui optimus et carissimust:
illum conducunt potius qui vilissimust.
hoc ego fui hodie solus obsessor fori.
illi drachmissent miseri: me nemo potest

---

783 illae rei ego *Gruterus:* ille relego (recego D^1) 784 eum: malum *Ritschelius* 785 quoi ς 788 *cf. 409* 789 ecum *B* ducet *CD* coqum *B*, coquum *CD* 790 B BALIIO LENO C COCVS PVER DV *B*, *item* D^2 (*om.* B, C, DV) 792 si ego *CD* pelorem B^1CD 793 coquum *B*, coqum *CD* 794 multiloquum *CD*, -cum *B* sin sulsum quam hunc quem duco *ad* peiorem *pertinet, hic positum ut* duco ducere *coniungerentur* 795 hunc ad se, *corr. Guietus* 796 mortui scenam *B:* mortui cenam *CD* 798 CA. CD^1 *ut solent* 799 qur *B* 800 coqus; *fort.* probus, *cf. 802* 801 alius 802 uitio *L.:* auaritia; *cf. Pers. 49* (*Aul. 745. Truc. 828*) improboor *B* cocus *B*, coquus CD^2, coqus D^1 803 me opte *B:* meo te *CD* 804 exemplo cocum *B*, coqum *CD* 805 nemo *Camerarius:* ne et *deleri non debet* 808 drahcmis sent (essent *CD*, sunt *Gulielmius*, eunt *Redslobius N. phil. Rundsch. 1888, 232*) miseri me: miserrime *B*

minoris quisquam nummo ut surgam subigere.
non ego item cenam condio ut alii coqui,
qui mihi condita prata in patinis proferunt,
boves quí convivas faciunt herbasque oggerunt,
eas hérbas herbis aliis porro condiunt:
indunt coriandrum, feniculum, alium, atrum holus,
apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum,
eo láserpici libram pondo diluont,
teritur sinapis scelera, quae illis qui terunt
prius quám triverunt oculi ut extillent facit.
ei homines cenas ubi coquont, cum condiunt,
non condimentis condiunt, sed strigibus,
vivis convivis intestina quae exedint.
hoc hic quidem homines tam brevem vitam colunt,
quom hasce herbas huius modi in suom alvom congerunt,
formidulosas dictu, non essu modo.
quas herbas pecudes non edunt, homines edunt.
BAL. Quid tu? divinis condimentis utere,
qui prorogare vitam possis hominibus,
qui ea culpes condimenta? COC. Audacter dicito;
nam vel ducenos annos poterunt vivere
meas qui éssitabunt escas quas condivero.
nam egó cocilendrum quando in patinas indidi
aut cepolendrum aut maccidem aut secaptidem,
eaepse sese [patinae] fervefaciunt ilico.

---

810 coci 814 allium *CD*[2] 815 *ante* 814 *ponit Sauppius quaest. Pl. 9 sq.* 816 *accedit A* lasserpici *A*, lasarpici *P*, *cf. Rud. 630* libra[me] *A* 817 sinapis scelera *Charisius 144, Servius ad Aen. 9, 484:* senapis celera *P*, sinapim scelera *A*; teritur sinapis (sen.) scelerata *Priscianus 1, 205*, teritur sinapi *Charisius 63. et illi praeter Charisium et alii grammatici nomen femininum et adiectivum testantur.* terunt sinapis scelera *Sauppius l. s.; cf. Fleckeisenus ann. 1891, 677 sq.* que *A:* cum *P, Priscianus* 818 triueront *A* extilient (exilient *CD*) *P* quod (*corr. in* quot) illi qui terit prius quam contriuit oculi ut ex(s)tillent facit *Charisius 144* 819 ubi cocunt *A:* libi (sibi *CD*) coquint *P* com *B* 821 uiuas *A* 822 qolunt *A* 823 aluum *ς:* saluum *P*, maluum *A* 824 formidulosam *A* essu *A:* esum *P* 826 quit *A* 830 qui essitabunt *A:* quis essit (esit *CD*) habunt *P* condidero *P* 831 *sq. καινὰ ῥήματα, cf. Philem. ap. Athen. 659*[b] cocilindrum *A:* cicilendrum *P* patina scindidi *P* 832 cepolendrum *A:* si polindrum *P* secaptidem *A:* sauccaptidem *P* 833 eaepse sese *Buggius:* eaepse se patinae *A*, eae ipsae sese patinae *P*

haec ad Neptuni pecudes condimenta sunt:
terrestris pecudes cicimalindro condio,
hapalocopide aut cataractria. Bal. At te Iuppiter
dique omnes perdant cum condimentis tuis
cumque tuis istis omnibus mendaciis.
Coc. Sine sis loqui me. Bal. Loquere, atque i in malam crucem.
Coc. Vbi omnes patinae fervont, omnis aperio:
is odos dimissis manibus in caelum volat.
Bal. Odos dimissis manibus? Coc. Peccavi insciens.
Bal. Quidum? Coc. Dimissis pedibus volui dicere.
eum odorem cenat Iuppiter cottidie.
Bal. Si nusquam is coctum, quidnam cenat Iuppiter?
Coc. It incenatus cubitum. Bal. I in malam crucem.
istacine causa tibi hodie nummum dabo?
Coc. Fateór equidem esse me coquom carissumum;
verum pro pretio facio ut opera appareat
mea quo conductus venio. Bal. Ad furandum quidem.
Coc. An tu invenire postulas quemquam coquom
nisi miluinis aut aquilinis ungulis?
Bal. An tu coquinatum te ire quoquam postulas,
quin ibi constrictis ungulis cenam coquas?
nunc adeo tu, qui meus es, iam edico tibi,
ut nostra properes amoliri ómnia,
tum ut huius oculos in oculis habeas tuis:
quoquo hic spectabit, eo tu spectato simul;
si quo hic gradietur, pariter progredimino;

---

834 aec *P* 835 terrestis *A*, terres tres *P* cicimalindro *Vssingius*: ciomalindro *A*, cicimandro *P* 836 ḥaut hapaloṣopide (*vel* hapaloc.) *A*, aut (Aaud *B*) hapalopside *P*; aut *delevit Guietus* aut (aud *B*, a *D*) cataracṭrịa (cactaractria *B*, catactri *C*) *AP* *altera mollis tundenti, altera fortiter confringenda* 838 istis *A*: *om. P* 839 scis *P* i *om. P* 840 feruent *P* 841 demissis *AP*; *item 842 A, 843 P*; *cf. Epid. 452* manibus *A*: pedibus *P* uolanṭ *A* 842 odor *P* manibus *A*: pedibus *P* 843 B quidem o quia (quiam *B*) demissis manibus u. d. *P* 844 *ante 842 collocant AP, suo loco Acidalius* 844 eum modo rem *P* cotidie *AD* 845 is coctis *P*, *corr. D*²: coctum is *A* 846 it *A*: id *P* 848 ẹsṣẹ me *A*: me esse *P* cocum *P* 850 ueni *P* 851 coquam *B*, coqum *CD* 853 B. *om.* quoquinatum *A* te ire *A*: tere (*sup. scr.* i *B*) coquam *CD* 854 constictis *A* quoquas *B* 855 es iam edico *A*: est amedico *P* 856 ammoliri (*corr. B*) omnia *P*, amoliriḍẹuịta omnia *A*; *unde apparet duplex lectio*: amoliri omnia (*fort.* ⟨primum⟩ am.) *et* amoliri de uia 858 spectauit *P*

manum sí protollet, pariter proferto manum:
suom sí quid sumet, id tu sinito sumere;
si nostrum sumet, tu teneto altrinsecus.
si iste ibit, ito, stabit, astato simul;
si conquiniscet istic, conquiniscito.
item his discipulis privos custodes dabo.
COC. Habe módo bonum animum. BAL. Quaeso, qui possum, doce,
bonum animum habere qui te ad me adducam domum?
COC. Quia sorbitione faciam ego hodie te mea,
item ut Medea Peliam concoxit senem,
quem medicamento et suis venenis dicitur
fecisse rursus ex sene adulescentulum,
item ego te faciam. BAL. Eho, an etiam es veneficus?
COC. Immo edepol vero hóminum servator. BAL. Ehem,
quanti istuc unum me + coquinare perdoces?
COC. Quid? BAL. Vt te servem, ne quid surripias mihi.
COC. Si credis, nummo; si non, ne mina quidem.
sed utrum tu amicis hodie an inimicis tuis
daturu's cenam? BAL. Pol ego amicis scilicet.
COC. Quin tuós inimicos potius quám amicos vocas?
nam ego ita convivis cenam conditam dabo
hodie atque ita suavi suavitate condiam:
ut quisque quicque conditum gustaverit,
ipsus sibi faciam ut digitos praerodat suos.
BAL. Quaeso hercle, prius quam quoiquam convivae dabis,
gustato tute prius et discipulis dato,
ut praerodatis vostras furtificas manus.

---

861 sinitos *A* 862 alterimsecus *A* 864 conquiniscito *A:* conquiniscito simul *P*, ceueto simul *Nonius 84 fort. vere* 865 prius *P* 866—889 *alio tempore compositos esse suspicatur Sauppius ind. lect. 1890, 14* 866 possim *P* doce *om. A* 867 bonum *om. P* 869 Medea Peliam *Merula:* me de apelleme (appellem me *C*, appellem *D*) *P*, meoeappellam *A* 871 rursum *P* 872 ẹs *A: om. P* 873—875 uero *P:* u[er]oṡ *A*, uerum C^1; uero sum *Ritschelius* seruator ehem *sine pers. spat. A*, seruator magis | BA. ehem mane *P* coquinare perdoces *P*, coquinare ṣuḅdoces *A; fort.* coquinae rei doces (*ut* sub *ad* sum *correcturam antecedentis versus pertineat*) 877 si credis nummo si non credis ne mina quidem *A*, sic reddis nummos inos neminas quidem *P* 878 tu *om. P* 880 c. *om.* tuos *Lorenzius:* tu illos *AP* uocas *P:* tuas *vel fort.* tuos *A* 882 suaui *om. P* condim *P* 883 quitque *A* 884 ipsos *P*, ipsẹ *A* 885 cuiquam conuiuae *A:* quicquam (*om. B*) conuiui (—uis ς) *P* 886 gusta *P*

Coc. Fortasse haec tu nunc mihi non credis quae loquor.
Bal. Molestus ne sis, nimium [iam] tinnis; non taces?
em illíc ego habito. íntro abi et cenam coque.
propera. Pver Quin tu is accubitum, et convivas cedo,
corrumpitur iam cena. — Bal. Em, subolem sis vide:
iam hic quoque scelestus est, coqui sublingulo.
profecto quid nunc primum caveam nescio,
ita in aedibus sunt fures, praedo in proxumo est.
nam mi hic vicinus apud forum paulo prius,
pater Calidori, ópere edixit maxumo,
ut mihi caverem a Pseudolo servo suo,
ne fidem ei haberem. nam eum circum ire in hunc diem,
ut me, si posset, muliere intervorteret;
eum prómisisse firmiter dixit sibi,
sese abducturum a me dolis Phoenicium.
nunc ibo intro atque edicam familiaribus,
profecto ne quis quicquam credat Pseudolo. —

PSEVDOLVS IV 1

Si umquám quemquam di immórtales voluére esse auxilio ádiutum,
tum me ét Calidorum sérvatum volunt ésse et lenonem éxtinctum,
quom te ádiutorem génuerunt mihi tám doctum hominem atque ástutum.
sed ubi íllic est? sumne ego homo ínsipiens, qui haec mécum egomet loquar sólus?
dedit vérba mihi hercle, ut opínor:
malus cúm malo stulte cávi.

888 credas *P, cf. Handius Turs. 2, 727* 889 ba.: c *B, om. CD*[1] tinnis, non taces? *Guietus:* iam tinnis non taces *B*, iam tinnis non places *CD*, iam tinnis tace *A* 890 em *om. A* ⟨iam⟩ intro *Muellerus, cf. 889* 891 propere *P* pver *Bothius:* c *B*, ca *CD; cocus cum suis intro it, puer ultimus loquitur* quin tu is *Pareus:* quit tu is *A*, quin uis *P* et properas cedo *A* 892 ba.: c *B* 893 quoq[ui] sublinculo (*vel fort.* —gulo) *A:* coqui sublincio (sublingio *Turnebus*) *P* 896 nam mihi uiçinus *A*, iam mihi hic uicinus *P* 897 caludori *A* edixit *A, item Henricus Schenkl stud. Pl. 60:* fecit *P*; edixit opere *Abrahamus* 898 abs peudol[o] *A* 899 ne *A:* neu *P, cf. 128* iret *P* 901 fortiter *A* 905 pseudolvs simia *A*, psevdolvs ser c sycophanta c *B*, psevdvlvs sicofanta c *D*[2], *spat. C* quemquam *P:* quicquam *A* dii mortales *P* uoluerunt *A* 906 calydorum *AB*, callidorum *C* serutum (—uum *CD*) *P* 908 qui *A:* quid (Quid *B*) *P* loquor *Camerarius, cf. Bacch. 91 finit systema* 909 *ut supra disp. A; uno versu, sed* dedit *priori adnectens et* Malus *non* malus *exhibens B*

tum pól ego interii, homo si ílle abiit, neque hoc ópus quod volui hodie éfficiam.
sed eccúm video verberéam statuam: ut it, út magnifice infert sese.
ehem, te hércle ego circumspéctabam, nimis métuebam male, ne ábiisses.

SIMIA

Fuit meum ófficium ut facerém, fateor.
Ps. Vbi réstiteras? Sim. Vbi míhi libitum est.
Ps. Istúc * ego sátis scio. Sim. Quor érgo quod scis mé rogas?
Ps. At hóc volo monére te. Sim. Monéndus ne me moneas.
Ps. Nimis tándem ego aps te contémnor.
Sim. Quippe égo te ni contémnam,
stratióticus homo qui clúear?
Ps. Iam hoc vólo quod occeptúmst agi. Sim. Numquíd agere aliud mé vides?
Ps. Ámbula ergó cito. Sim. Immo ótiosé volo.
Ps. Haéc ea occásiost: dum ílle dormít, volo
tú prior ut óccupes adire.
Sim. Quid próperas? placide, né time.
ita ílle faxit Iúppiter,
ut ílle palam ibidem ádsiet,
quisquís illest, qui adest a mílite.
numquam édepol erit illé potior
Harpáx quam ego. habe animúm bonum:
púlchre ego hanc éxplicatám tibi rém dabo.
síc ego illúm dolis átque mendáciis
ín timorém dabo mílitarem ádvenam,
ípsus sese út neget ésse eum quí siet
méque ut esse aútumet qui ípsus est. Ps. Quí potest?

---

910 interi *A* habiit *P* uolui *Bothius:* uoluit *A,* uoluit ego *P* 911 ut it *A:* uti *P* 912 abisses *AP* 913. 913ᵃ *coniungit B* 914–919 *disp. B:* Ipsu — te | Monendus — contemnor | Quippe — iam (*sed* Strat. *non* strat.) | Hoc — uides 914 istud *A,* ipsuc (—um *B*¹) *P* *velut* ⟨edepol⟩ qur *AB,* cur *CD* ergo quod *A:* ego quo *P* 915 moneat *P* 917 si *om.* ni *P:* mę *A* 918 stratiocus homo qui cluear *P,* stratioticus esse homo cluear *A* 919 iam *versui 918 adnectit A sine pers. spatio* (*cf. B*) nunc quid agere aliud *P,* nunquid aliud agere *A* 920–925 *disp. B:* Ambula — uolo (*sed* Hec, *omisso* ps., *non* haec) | Tu — placide | ne (*non* Ne) — palam | Ibidem — milite | Numquam — bonum 922 *A n. l.* 923 s.: p *B, om. CD* 924 assiet *Camerarius:* atiet *P, A n. l.* 925. 925ᵃ *uno versu A* (*cf. B*) potior ille erit *Bothius* 927 si *P* 929 ipse *P* eum esse *P* 930 auttumet *P* ps.: *spat. om. A* quid *P*

SIM. Occídis me, cum istúc rogitas. PS. O hóminem lepidum.
SIM. Té quoque etiám dolis átque mendáciis,
quí magistér mihi es, ántidibo, út scias.
PS. Iúppiter té mihi sérvet. SIM. Immó mihi.
séd vide, ornátus hic me satin cóndecet?
PS. Optúme habet. SIM. Esto.
PS. Tantúm tibi boni di immórtales duint quántum tu tibi óptes;
nam si éxoptem, quantúm dignu's tantúm dent, minus nihiló sit.
néque ego hoc homine quémquam vidi mágis malum et máleficum.
SIM. Tun íd mihi? PS. Taceo.
sed egó quae tibi bona dábo et faciam, si hanc sóbrie rem accurássis.
SIM. Potin út taceas? memorem ímmemorem facit quí monet quod memor méminit.
teneo, ómnia in pectore cóndita sunt, meditáti sunt mihi dóli docte.
PS. Probus ést hic homo. SIM. Neque hic ést neque ego. PS. At vide né titubes. SIM. Potin út taceas?
PS. Ita mé di ament — SIM. Ita nón facient: mera iám mendacia fúndes.
PS. Vt ego ób tuam, Simia, pérfidiam te amo et métuo et magni fácio.
SIM. Ego istúc aliis dare cóndidici: mi optrúdere non potes pálpum.
PS. Vt ego áccipiam te hodié lepide, ubi efféceris hoc opus, SIM. Há ha hae.
PS. Lepidó victu, vino, únguentis et intér pocula pulpámentis;
ibidem úna aderit muliér lepida, tibi sávia super savía quae det.
SIM. Lepide áccipis me. PS. Immo si ésfficies, tum fáxo magis ⟨id⟩ dícas.
SIM. Nisi effécero, cruciabíliter cárnifex me accipito.

---

931 *dimeter anap. cum clausula Reiziana* 932 SI. *Ritschelius: om.* atque *A:* atque etiam *P* 933 *om. P;* 932. 934 *coniungit B* antẹịdibo 935—938 *pauca servata A* 935 sa[tin] *A:* satis *P* 935ª *adhaeret priori B* 936 dii mortales *B*, dum mortales *CD; A n. l.* diunt *P, corr. Pius; A n. l.* exoptes *Goetzius, cf. e. g. Trin. 857* 937 nihilost *vel* nihilo sit *A:* nihilo est *P* 938 *fort.* et ⟨magis⟩ maleficum, *cf. Mil. 539 all.; nisi anapaesti sunt* 938. 938ª *coniungunt AB, sed* taceo *sequentem v. incipit B de metro cf. 931. 935ª* 939 *duobus dimetris A* quae tibi *ς:* quantibi *B*, quam tibi *CD; A n. l.* dona (Dona *B*) *P, corr. Dousa; A n. l.* 940 qui *P:* quoi *A* 941 in pectore omnia *A* mihi *om. P* 942 hic est *P* ad vide *A:* atude *B*, at tude *CD* potin ut *A:* potinum *P* 943 faciet *A* mera iam *P:* meram *A* fundịs *A* 944 optuam *B* simiam *P* amo *P:* amo et amo *A* 945—955 *media fere et extrema pleraque non servata A* 946 ha ha he *P:* hạh— *A* 948 aḍẹ— *A*, aperit *P* super sauia quae det *ς:* super uiaque det *P*, —q[uae det] *fort. A;* sauia suauia quae det *Buechelerus* 949 efficis *CD*, effici *B, A n. l., corr. Hermannus* id dicas *Ritschelius:* dic[as] *AP* 950 *claudit anapaestos paroemiacus, canticum clausula trochaica*

séd propera mihi mónstrare, ubi sit ós lenonis aédium.
Ps. Tertium hoc est. Sim. St, tace, aedes hiscunt. Ps. Credo, animo malest
aedibus. Sim. Quid iam? Ps. Quia edepol ipsum lenonem evomunt.
Sim. Illicinest? Ps. Illic ést. Sim. Mala mercist * * Ps. Illuc sis vide,
ut transversus, non proversus cedit, quasi cancer solet.

BALLIO IV 2

Mínus malum hunc hominem esse opinor quam esse censebam coquom,
nam nihil etiam dum harpagavit praeter cyathum et cantharum.
Ps. Heus tu, nunc occasio est et tempus. Sim. Tecum sentio.
Ps. Ingredere in viam dolose: ego hic in insidiis ero.
Sim. Habui numerum sedulo: hoc est sextum a porta proxumum
angiportum, in id angiportum me devorti iusserat;
quotumas aedis dixerit, id ego admodum incerto scio.
Bal. Quis hic homo chlamydatus est aut unde est aut quem quaeritat?
peregrina facies videtur hominis atque ignobilis.
Sim. Sed eccum qui ex incerto faciet mihi quod quaero certius.
Bal. Ad me adit recta. unde ego hominem hunc esse dicam gentium?
Sim. Heus tu, qui cum hirquina barba stas, responde quod rogo.
Bal. Eho, an non prius salutas? Sim. Nulla est mihi salus dataria.
B. Nam pol hinc tantumdem accipies. Ps. Iam inde a principio probe.
Sim. Ecquem in angiporto hoc hominem tu novisti? te rogo.
Bal. Egomet me. Sim. Pauci istuc faciunt homines quod tu praedicas,
nam in foro vix decumus quisque est qui ipsus sese noverit.

---

951 sit (sit sit *B*) ostenonis aedium *P*, *corr. Brixius*, —is aedium *A t. Loewio* (*nihil post* mon— *legit St.*); ubist lenonis ostium *Schmidtius* 952 st *Gruterus:* si *P*, *A n. l.* ps. *D: om. BC*, *A n. l.* 953 si.: q *B* ps.: s *B* (*deinde om.*) 954 *ut s. P:* illicinest + illic e[st + malast] me — c sis uide *A* illic ⟨ipsus⟩ est *Ritschelius*, *sed cf. Truc.* 599 *Pers.* 544. *fort. sic:* s. mala mers est. ps. ⟨lenost. s.⟩ illuc sis uide 955 ut transuersus non prouersus cedit *Varro de l. l.* 7, 81 (*qui versum enarrat*): non prorsus uerum ex transuerso cedit (extran uerso *B*) *P*, non prosusue— *A*; extrauersus *glossarium Plautinum.* prouersus *factum propter antitheton* (*Solmsenus stud.* 66) 956 BALLIO PS[EV]DOLVS SIMIA *A*, BALLIO (—EO *C*) IDEM C *BC*, BALLIO PSEVDVLVS SICOPANTA CA *D*[2] hunc *ad* coquom 957 dum etiam *A* cantarum *ACD* 959 d[o]los[e e]go *A:* dolos ego et *B*, dolos et ego et *CD* 960 proximum *P:* ad proxumum *A* 961 iusseras *P* 962 incerte *A* 963 clamidatus *P; A n. l.* 965 si. *et sq. v.* ba. *Saracenus: om.* faciem *B; A n. l.* 966 ad— *A*, adi *CD* 967 bar]ba stas *A:* stas barba *P;* astas *Camerarius; cf. Vahlenus ad Men.* 858 ⟨hoc⟩ quod *Ritschelius, cf. ad Curc.* 708 968 an *om. A* si.: *om. P; spat. A?* 969. 970 ps.: si. probi *P* 971 nonuisti (non uidisti *CD*) *P* 973 quisquis est *P* ipsu sese *P*, ipsus se *A*

PS. Salvos sum, iam philosophatur. SIM. Hominem ego hic quaero malum,
legirupam, impurum, peiurum atque impium. BAL. Me quaeritat,
nam illa mea sunt cognomenta; nomen si memoret modo.
quid est ei homini nomen? SIM. Leno Ballio. BAL. Scivin ego?
ipse ego is sum, adulescens, quem tu quaeris. SIM. Tune es Ballio?
BAL. Ego enim vero is sum. SIM. Vt vestitu's, es perfossor parietum.
BAL. Credo, in tenebris, conspicatus si sis me, apstineas manum.
SIM. Erus meus tibi me salutem multam voluit dicere.
hanc epistulam accipe a me, hanc mé tibi iussit dare.
BAL. Quis is homost qui iussit? PS. Perii, nunc homo in medio lutost;
nomen nescit, haeret haec res. BAL. Quem hanc misisse ad me autumas?
SIM. Nosce imaginem: tute eius nomen memorato mihi,
ut sciam te Ballionem esse ipsum. BAL. Cedo mi epistulam.
SIM. Accipe et cognosce signum. BAL. Oh, Polymachaeroplagides
purus putus est ipsus. novi. heus, Polymachaeroplagides
nomen est. SIM. Scio iám me recte tibi dedisse epistulam,
postquam Polymachaeroplagidem elocutus nomen es.
BAL. Quid agit is? SIM. Quod homo edepol fortis atque bellator probus.
sed propera hanc pellegere quaeso epistulam (ita negotium est),
atque accipere argentum actutum mulieremque emittere.
nam necessést hodie Sicyoni me esse aut cras mortem exsequi,
ita erus meus est imperiosus. BAL. Novi, notis praedicas.
SIM. Propera pellegere épistulam ergo. BAL. Id ago, si taceas modo.
  milés lenoni Ballioni epistulam
  conscriptam mittit Polymachaeroplagides,

---

975 legirupum inpurum peiiurum atque impium *A*, legirupam (lege rupam *B*) implum peiurum (*ante* p *eras.* per *B*, periurum *CD*) atque improbum *P* 976 mea *om. P* 977 [no]men homini *A* sciuin *AD*[1]*:* scibin (scinbin *C*) *P* 978 is sum *Gruterus:* is— *A*, istum *P* quaeritas *P* SI.: *om.* tun *A* 979. 980 [es] *A:* est *P* perforor *P* 981 *hoc dicit: noctu* (*quo tempore vestes rapere soles*) *si videre possis, meam vestem non tangas* 983 han me *A* 984 PS.: SI. pẹrii *vel* perit *A:* periit *P* lutost *A:* tuto est *P* 985 aṭ *A* 986 eiịụs *A* 988 ẹt *A: om. P* oho *P* polymachaeroplacides (-cero- *B*) *AP* 989 B *praemittit B* putus *A, Nonius 27:* mutus *P* P. (*spat. CD*) polymachaero placides *P:* polumachaeroplacidi *A, cf. 991* 990 tibi me recte *P* 991 polymachaeroplacidem *A*, polymachero placide *P; cf. Stich. 372 Amph. 1120* es *P:* se *A* 992 quid *A:* sed quid *P* 993 perlẹgere *A*, pelligere *CD* negotius est *B* 994 mulieremque *Guietus:* mulieremque mihi *P*, mulierem *A* 995 hodie Sicyoni necessest *Ritschelius* 997 ergo epistulam *Bothius* ag[o t]ạçiṭụs ṣiṣ modo *A*, a[g]a si t[ac]e[a]s modo *t. Loewio* 999 polymachero placides *P*, polimacha[eropl]la— *A*

imagine obsignatam quae inter nos duo
convenit olim.' sumbolust in epistula.
[video, et cognosco signum. sed in epistula
nullam salutem mittere scriptam solet?
SIM. Ita militaris disciplinast, Ballio:
manu salutem mittunt benevolentibus;
eadém malam rem mittunt malevolentibus.
sed, ut occepisti, perge opera experirier
quid epistula ista narret. BAL. Ausculta modo.]
'Harpax calator meus est, ad te qui venit —'
tun es is Harpax? SIM. Ego sum, atque ipse ἅρπαξ quidem.
BAL. 'Qui epistulam istam fert; ab eo argentum accipi,
cum eo simitu mulierem mitti volo.
salutem scriptam dignum est dignis mittere:
te si arbitrarem dignum, misissem tibi.'
SIM. Quid nunc? BAL. Argentum des, abducas mulierem.
SIM. Vter remoratur? BAL. Quin sequere ergo intro. —
SIM. Sequor. —

PS. Peiorem ego hominem magisque vorsute malum IV 3
numquam edepol quemquam vidi, quám hic est Simia;
nimisque égo illum hominem metuo et formido male,
ne malus item erga me sit út erga illum fuit,
ne in re secunda nunc mi obvertat cornua,
si occasionem capsit qui sit ⟨mihi⟩ malus;
atque edepol equidem nolo, nam illi bene volo.

1000 imaginem *AP, corr. Gulielmus* duo *cf. Studemundus in Woelfflini arch. 3, 551* 1001 [† su]mbol[um]st *A* (*scil. Simiae*), simbolum est *P, corr. Ritschelius* 1002 *post* 1003 *ponit A* 1003 scriptam *AP:* ascriptam *Ritschelius, cf. ad 140. 141* *v. 1002—1008 interpolatori scaenico debentur. symbolus idem est atque signum, quod iam agnovit; de salute* (*cf. Bacch. 1000*) *miles ipse loquitur, et melius, v. 1013 sq.; 1002* cognosco *cf. 988 cum Lorenzii adn.;* in epistula *molestum post 1001, 1003* scriptam (*cf. 1013: hoc quidem loco debuit* praescriptam) *post* in epistula 1004 ballio *AD²:* baltio *P* 1006 mittit *A* 1007 operam *P* 1008 naret *B* 1009 arpax *A* 1010 tun[e]ṣ is harpax *A:* tunes (tune es *CD*) saphax *P* harpax *P,* hapax *A; cf. 653, Appian. b. civ. 5, 118*) 1011 accipe *vel* accipi *A:* accipi et *P, cf. Rud. 1169* 1012 quom *B* simitu *A, glossarium Plautinum:* simit *B,* simul *CD* 1013—1047 *deest A* 1016 ergo *ς:* rego SERVOS DV *B,* PSEVDVLVS *D²*, *spat. C* 1018 similia *B* 1019 *vel* illunc 1020 ergasme *B* 1022 capsit *Camerarius:* ceperit capsti ⟨mihi⟩ *Vssingius, cf. Bacch. 660* 1023 nolo *scil. illi malus esse* (illi ἀπὸ κοινοῦ)

nunc in metu sum maximo, triplici modo:
primum omnium iam hunc comparem metuo meum,
ne deserat med atque ad hostis transeat;
metuo autem, né erus redeat etiam dum a foro,
ne capta praeda capti praedones fuant.
quom haec metuo, metuo ne ille huc Harpax advenat
prius quam hinc hic Harpax abierit cum muliere.
perii hercle, nimium tarde egrediuntur foras.
cor conligatis vasis expectat meum,
si non educat mulierem secum simul,
ut exulatum ex pectore aufugiat meo.
victor sum, vici cautos custodes meos.

SIMIA IV 4

Ne plora, nescis ut res sit, Phoenicium,
verum haud multo post faxo scibis accubans.
non ego te ad illum duco dentatum virum
Macedoniensem, qui te nunc flentem facit:
cuiam esse te vis maxime, ad eum ducere:
Calidorum haud multo post faxo amplexabere.
Ps. Quid tu intus quaeso desedisti quam diu?
mihi cor retunsumst oppugnando pectore.
Sim. Occasionem repperisti, verbero,
ubi perconteris me, insidiis hostilibus?
quin hinc metimur gradibus militariis?
Ps. Atque edepol, quamquam nequam homo es, recte mones.
ite hac triumphi ad cantharum recta via. —

1027 me transeant (n *altera superscripta B*) 1029 fiant *CD* 1030 aduenîat *C* 1031 cum: quom *B*¹ 1033 expectata meum, *corr. Merula* 1036 exolatum *B* aut fugiat, *corr. Camerarius* 1037 uici cautos *CD:* uicia aut os *B* 1038 S SICOPHANTA SERVOS MERETRIX DV *B*, SICOFANTA PSEVDVLVS *D*², *spat. C* 1039 *bis scribunt CD* 1041 qui te nunc *Camerarius:* quile nunc *B*, qui lenonem *CD* 1042 te esse, *corr. Camerarius* ducere *Vssingius:* duco te 1043 *interpolatus videtur* Calydorum *B* amplexauere *B* 1044 tam diu *Acidalius, cf. Ter. Eun. 754 sq. Heaut. 363* 1045 retunsust 1047 percunctetis *de ablativo cf. Mil. 321 Trin. 345. 446, ad Most. 44. 45* 1048 *accedit A* hinc *A:* hic (hii *B*) *P* metimur *AP;* metamur *Dousa* militaribus *D*¹ 1049. 1050 nequa *AP* es *om. A* 1051 *om. CD* triumphi *B et Turnebi schedae:* triumphe *A;* triumphi uia *quasi* triumphali

BALLIO IV 5

Habae, nunc demum mi animus in tuto est loco,
postquam iste hinc abiit atque abduxit mulierem.
iube núnc venire Pseudolum, scelerum caput,
et abdúcere a me mulierem fallaciis.
conceptis hercle verbis, satis certo scio,
ego periurare me mavellem miliens,
quam mi illum verba per deridiculum dare.
nunc deridebo hercle hominem, si convenero;
verum in pistrino credo, ut convenit, fore.
nunc ego Simonem mi obviam veniat velim,
ut mea laetitia laetus promiscam siet.

SIMO IV 6

Viso quid rerum meus Vlixes egerit,
iamne habeat signum ex arce Ballionia.
BAL. O fortunate, cedo fortunatam manum,
Simo. SIM. Quíd est? BA. Iam — SIM. Quid iam? BAL. Nihil
est quod metuas. SIM. Quid est?
venitne homo ad te? BAL. Non. SIM. Quid est igitur boni?
BAL. Minae viginti sanae et salvae sunt tibi,
hodie quas aps te est instipulatus Pseudolus.
SIM. Velim quidem hercle. BAL. Róga me viginti minas,
si ille hodie illa sit potitus muliere
sive eam tuo gnato hodie, ut promisit, dabit,
[roga opsecro hercle, gestio promittere.]

1052 BALLIO SIMO *A, om. P* (*B sine spatio*), *sed* BALLIO LENO *D*², *cf. 1063* habe *P* mihi demụ[m] *A* est loco *P:*]ọco est *A* 1054 iube nunc *A:* nunc iube *schol. Aen. 9, 484*, libet nunc *P* spẹụḍọlum *A* 1057 mauellem me *P, non vitiose* 1059 si *P:* [cum] *vel similiter, non* si *aut* ubi, *A* 1060 pristrinum (pistrinum *D*) *P* 1061 sumonem *B* [ueni]ạṭ *A:* uenitat *B,* uenire *D,* uentrem *C*¹, uentre *C*² 1062 promisca *B,* promiscua *CD* 1063 S SIMO SENEX (*deinde erasum* C) B BIDEM. (*deinde erasum* S) DV *B,* SIMO SENEX BALLIO LENO *D, om. spatio relicto C, sine spatio A* *ut supra, sed* uisso *A:* uiso qui rerum (serum *CD*) meum ulixes egerit (sulixe se gerit *B*) *P* 1064 balliona *DC*², ballcona *B,* ballioni *C*¹ 1065 manum *P:* modọ manum *A* 1066 *ut supra P* (*pro* quid est *bis* quidem *CD;* Simo *del. Bentleius*): [quid i]ạm quid [est quo]ḍ metuas † qụ[id es]t *A* 1067 atte *B* igitụ[r] est *A* 1069 est instipulatus *Priscianus 1, 388:* inde est instipulatus *P,* est stipulatus *A; cf. Rud. 1381, Buechelerus Vmbricorum p. 44* (*Buggius Philol. 31, 258*) 1072 prosit *B*; *A. n. l.* 1073 *cf. 116, delevit Lorenzius* rogato *P*

omnibus modis tibi esse rem ut salvam scias;
atque etiam habeto mulierem dono tibi.
SIM. Nullum periclumst, quod sciam, stipularier,
ut concepisti verba: viginti minas
dabin? BAL. Dabuntur. SIM. Hoc quidem actumst hau male.
[sed convenistin hominem? BAL. Immo ambo simul.
SIM. Quid ait? quid narrat? quaeso, quid dixit tibi?
BAL. Nugas theatri, verba quae in comoediis
solent lenoni dici, quae pueri sciunt:
malum et scelestum et peiurum aibat esse me.
SIM. Pol hau mentitust. BAL. Ergo haud iratus fui:
nam quanti refert ei nec recte dicere,
qui nihili faciat quique infitias non eat?]
SIM. Quid est? quid non metuam ab eo? id audire expeto.
BAL. Quia numquam abducet mulierem iam, nec potest,
a me. meministin tibi me dudum dicere,
eam véniisse militi Macedonio?
SIM. Memini. BAL. Em illius servos húc ad me argentum attulit
et obsignatum sumbolum, SIM. Quid postea?
BAL. Qui inter me atque illum militem convenerat:
is secum abduxit mulierem hau multo prius.
SIM. Bonan fide istuc dicis? BAL. Vnde ea sit mihi?
SIM. Vide módo, ne illic sit contechnatus quippiam.
BAL. Epistula atque imago me certum facit;
quin illam [quidem iam] in Sicyonem ex urbe abduxit modo.
SIM. Bene hercle factum. quid ego cesso Pseudolum
facere ut det nomen ad molas coloniam?

1076 est peri[cl]um *A* 1078 hau *B (A?)*: haud *CD* 1079—1086 *interpolatorem detexit Kiesslingius; qui simili ratione atque scaenam III 1 pro I 2, hos versus in scaenae I 3 vicem intulisse videtur* 1079 ambos *P* 1080 dixit *Bothius*: dicit *P*, *A n. l.* 1083 periurum aiebant *P* 1084 hau *AB*: haud *CD* 1085—1119 *deest A* 1085 referte inegrecte *B*, refert Nec recte *CD* 1086 nihil, *corr. Camerarius* 1087 SI. *om.* quid est quod *Camerarius* metuas, *corr. Bothius* expecto, *corr. Beroaldus* 1088 nunc quam *B* abducet *Bentleius*: a me abducet 1089 a me *om., cf. 1088, Muellerus pros. add. 87* 1090 uenisse, *cf. Stich. 232 Pers. 654* 1092 et eboh signatum *B* simbolum 1093 BA. *om.* 1094 BA. *praem.* haud *CD* 1095 bonam fidem *B ante corr., CD* 1096 conthecnatus *CD* 1098 quin *Pylades*: qui quidem iam *dittographiam notavi* insacyonem *B*, insxionem *CD* 1100 molas *quasi* Molas *accusativus; cf. Pers. 22*

sed quis hic homo est chlamydatus? BAL. Non edepol scio,
nisi ut observemus quó eat aut quam rem gerat.

HARPAX IV 7

Malus ét nequam est homo quí nihili eri ímperium sui sérvos facit,
nihilíst autem suom qui ófficium facere ímmemor est, nisi est ádmonitus.
nam quí liberós [esse] ilicó se arbitrantur,
ex cónspectu erí si suí se abdidérunt,
lúxantur, lustrántur, comedunt quód habent, ei nomén diu
sérvitutís ferunt.
néc boni ingeni quícquam in is inest,
nisi ut improbis se artibus teneant. +
cum hís mihi néc locus
nec sérmo convenít neque is úmquam nobilís fui.
ego, ut mi ímperatumst, étsi abest, híc adesse erum árbitror.
núnc ego illum metuo,
quom hic nón adest, ne quom ádsiet métuam. ei rei operám dabo.
nam ín taberna úsque adhuc, sí venirét Syrus,
cui dedi sumbolum, mansi, uti iusserat:
leno ubi esset domi, me aibat arcessere;
vérum ubi is nón venit néc vocat,
venio húc ultro, ut sciam, quíd rei sit, ne illíc homo me ludíficetur.
neque quícquamst melius, quam út hoc pultém atque aliquem évocem
hinc íntus.

1102 chlam mi datus *B*, clamidatus *CD* 1103 CACVLA. LENO. SENEX *B*, BALLIO SIMO HARPAX CACVLA SERVVS *D*², *spat. C* nihil imperium eri *CD* facit imperium sui seruos eri *Spengelius* 1104 nihil est, *corr. Merula* nisi adeo monitus *CD* 1105 [esse] *Guietus* illico *BC* 1106 eri si *CD:* erisu, *sed* su *eras, B* 1107—1115 *disp. B:* Luxuriantur — ferunt | Nec — utim | Probis — sermo | Conuenit — fui | Ego — arbitror (*sed* Imp., *non* imp.) | Nunc — adest | Ne — dabo 1107 luxantur *Nonius 335* (*Paulus 120* luxantur a luxu dictum i. e. luxuriantur): luxuriantur *CD,* luxuriantur iantur *B* ei *B:* i *CD* 1109 is *B:* his *CD* 1110 *fort.* nisi ut ímprobis artibus éniteant (*cf. Truc. 160. 553*) 1111 nec: hec *B*¹ 1112 neque *om. CD* iis *B de metro cf. 1113. 1115* 1113 Impetratum est *B* abest *B:* abem *C*, habem *D* 1115 metuiam *CD* 1116 inter berna *CD* si veniret *L.:* sineret; *constructionis exempla Lindskogius de enunt. condic. 68* 1117 simbolum mansit *CD* ut 1118 aiebat *CD,* alebat *B* accessere *C,* arcersere *B* 1119 iubi *B* 1120 *accedit A* quod *B, A n. l.* siet *P, A n. l.* 1121 *sq. disp. B:* Neque — pultem | Atque — hoc | Volo — simul 1121 nec *A* aliquem evocem hinc *AP*, aliquem ⟨huc⟩ *Goetzius*

léno argentum hóc volo
á me accipiat átque amittat múlierem mecúm simul.
BAL. Heús tu. SIM. Quid vis? BAL. Híc homo meus est. SIM. Quídum?
BAL. Quia praeda haec meast:
scórtum quaerit, hábet argentum. iam ádmordere hánc mihi lubet.
SIM. Iamne íllum coméssurus és? BAL. Dum recéns est
datór, dum calét, devorári decét iam.
boní me virí pauperánt, improbi aúgent
popló strenuí, mi improbí usuí sunt.
SIM. Malúm quod tibí di dabúnt, sic sceléstu's.
HAR. Me nunc commoror, quom has foris non ferio, ut sciam,
sítne Balliό domi.
BAL. Vénus mi haec bona dat, quom hós huc adigit
lúcrifugas, damnícupidos, qui sé suamque aetatém bene curant,
édunt, bibunt, scortántur: illi súnt alio ingenio átque tu,
quí neque tibi bene ésse patere et íllis quibus est ínvides.

HAR. Heús ubi estis vós? BAL. Hic quidem ad me récta habet rectám viam.
[H. Heus ubi estís vos? B. Heus adulescens, quid istic debetur tibi?]
bene ego ab hoc praedatus ibo; novi, bona scaevast mihi.
HAR. Ecquis hoc áperit? BAL. Heus chlamydate, quid istic debetur tibi?
HAR. Aedium dominum lenonem Ballionem quaerito.
BAL. Quisquis es, adulescens, operam fac compendi quaerere.
HAR. Quid iam? BAL. Quia tute ipsus ipsum praesens praesentem vides.

1122 *A n. l.* volo *sequentem v. incipit A ut B* 1123 a me *A:* me *P* 1124 *spat. ante* quid *om. A* meus [est] *A,* meust *P* 1125 iam *Pius:* tam *B,* tam etiam *CD, A n. l.* lubet *CD,* ļ — *A:* iubet *B* 1126 comesurus *B,* commessur[us] *ACD* 1127 dum datur dum calet deuorari decet tam (tamen *CD*) *P,* dum calet dum datur deuora[ri de]cet tam (*vel* iam) *A, correxi* 1128 improbi augent *A:* improbi alent augent rem meam mali *P* 1129 populo *A,* populc D^1, populi *P* improbi *AP; damnosi Ritschelius* 1130 sic *Ritschelius:* si *A,* nisic *B,* nisi (s *ex* c *D*) *CD; potius* ita *expectes* (ut ς) 1131 H. ς: *om.* quum *A,* cum *P* *fort.* ⟨égo⟩ me nunc cómmoror, quom hás foris nón ferio út sciam, *de metro cf. v. 1108. 1111. 1122* 1131ª *priori adhaeret B* 1132 *sq. in systemate trochaico canticum desinit; disponit B ut supra, A secundum versum a* damnicupidos *incohat* dat *A:* dat at *P* quum *A,* cum *CD; item 1146* 1133 lucrifucos *A* 1135 nec— *vel* neq— *A* 1136 *et* 1137 H. *et* B. ς: *om. P* 1137 *eiecit Fleckeisenus dittographiam versus 1139* uos *fort. non habuit A* 1138 [prae]datus ibo n[ou]i *A:* praedatus si bono ui *P* 1139 clamidate *CD; A n. l.* 1140 H. D^2: *om.* 1142 quid ia . . q— — sus ipsum *A, quod supplevit Baierus de Pl. fab. rec. 79:* quia te ipsus coram *P*

HAR. Tune is es? SIM. Chlamydate, cáve sis tibi a curvo infortunio
atque in hunc intende digitum: hic leno est. BAL. At hic est vir bonus.
sed, tu, bone vir, flagitare saepe clamore in foro,
quom libella nusquamst, nisi quid leno hic subvenit tibi.
HAR. Quin tu mecum fabulare? BAL. Fabulor. quid vis tibi?
HAR. Argentum accipias. BAL. Iamdudum, si des, porrexi manum.
HAR. Accipe: hic sunt quinque argenti lectae numeratae minae.
hoc tibi erus me iussit ferre Polymachaeroplagides,
quod deberet, atque ut mecum mitteres Phoenicium.
BAL. Erus tuos — HAR. Ita dico. BAL. Miles — HAR. Ita loquor.
BAL. Macedonius —
HAR. Admodum, inquam. BAL. Te ad me misit Polymachaeroplagides?
HAR. Vera memoras. BAL. Hoc argentum ut mihi dares? HAR. Si tu quidem es
leno Ballio. BAL. Atque ut a me mulierem tu abduceres?
H. Ita. B. Phoenicium esse dixit? H. Recte meministi. B. Mane.
iam redeo ad te. HAR. At maturate propera, nam propero: vides
iam diem multum esse. BAL. Video: hunc advocare etiam volo;
mane modo istic, iam revertar ad te. quid nunc fit, Simo?
quid agimus? manufesto hunc hominem teneo, qui argentum attulit.
SIM. Quidum? BAL. An nescis quae sit haec res? SIM. Iuxta cum ignarissimis.
BAL. Pseudolus tuos allegavit hunc, quasi a Macedonio
milite esset. SIM. Haben argentum ab homine? BAL. Rogitas quod vides?
SIM. Heus, memento ergo dimidium istinc mihi de praeda dare:
commune istuc esse oportet. BAL. Quid, malum? id totum tuom est.
HAR. Quam mox mi operam das? BAL. Tibi do equidem. quid nunc mi es auctor, Simo?

1143 tun *P* curio infortunio *P*, curvo infortunium *A*. *curvum infortunium scipio est*, ἡ καμπύλη, *cf. Rud. 833* 1144 *ante* at *pers. spat. om. A* bonus *A:* probus *P* 1145 bone *A:* none (non es *CD*) *P* 1146 quum *A*, cum *CD* quid *A:* quod *P* 1147 *ante* quid *spat. A* 1148 *ante* iandudum (*item B*) *spat. om. A* 1150 polumacheroplagides *A:* polymachero placides (i *pro* y *CD*) *P*, *item 1153 P, ubi A n. l.* 1155 adduceres *P*, *A n. l.* 1156 BA. *D*[2]: CA. *P* phoenitium *CD*, phonictume *B* 1157 ad matura— *A*, at maturitate *P* 1158 die *B*, diu *CD* 1159 atte *P*, *A n. l.* fiet *P*, *A n. l.* 1160 BA. *ante* manufesto *P* t[e]ne[o h]un[c] hom— *A t. Loewio* 1161 quidum *A:* quidiam *P* cum: quoniam *B* *post* 1161 *in P* (*non in A*) *leguntur v. 1205—1207, suo loco cum A iterum* 1163 *ante* haben *pers. spat. om. A* habesne *P* 1166 HA.: SI. *B*, *om. CD*[1] *ante* tibi *pers. spat. om. A*

SIM. Exploratorem hunc faciamus ludos suppositicium,
adeo donicum ipsus sese ludos fieri senserit.
BAL. Sequere. quid ais? nempe tu illíus servos es? HAR. Planissume.
BAL. Quanti te emit? HAR. Suarum in pugna virium victoria.
nám ego eram domi imperator summus in patria mea.
BAL. An etiam umquam ille expugnavit carcerem, patriam tuam?
HAR. Contumeliam si dices, audies. BAL. Quotumo die
ex Sicyone huc pervenisti? HAR. Altero ad meridie.
BAL. Strenue mehercle iisti. SIM. Quamvis pernix híc est homo:
ubi suram aspicias, scias pósse eum — gerere crassas compedes.
BAL. Quid ais? tune etiam cubitare solitu's in cunis puer?
SIM. Scilicet. BAL. Etiamne facere solitus es — scin quid loquar?
SIM. Scilicet solitum esse. HAR. Sanine estis? BAL. Quíd hoc quod te rogo?
noctu in vigiliam quando ibat miles, quom tu ibas simul,
conveniebatne in vaginam tuam machaera militis?
HAR. I in malam crucem. BAL. Ire licebit tamen tibi hodie temperi.
HAR. Quin tu mulierem mi emittis, aut redde argentum. BAL. Mane.
HAR. Quid maneam? BAL. Chlamydem hanc commemora quanti conductast. HAR. Quid est?
SIM. Quid meret machaera? HAR. Elleborum hisce hóminibus opus ést. BAL. Eho,

---

1167 ludo *AP*, *corr.* ς 1168 BA. *praemittit P, om. v. sq.* *non* donicum, *sed* donec *in A fuisse videtur* senserim *P* 1169 illius servos es *P:* ịll[iu]s militis *A*, *i. e.* illiu's militis 1171 num *P* eram *B*: dederam *CD*, *A n. l.* 1172 BA. *om.* [umqu]ạm illẹ *A:* ille umquam *P* *Servius ad Aen. 1, 140:* 'saxa immania uestras domos' de Pseudolo Plauti tractum est, ubi ait: nisi forte carcerem aliquando effregistis (effregisti) vestram domum. *septenarium faciet* carcerem *ante* uestram *positum, qui locum habuisse non potest nisi in diverbio aliter conformato; sed testis fides nulla* 1173 HA. *om.* 1174 meridiem *AP*, *cf. ad Most. 579* 1175 BA. *om.* s[tre]ṇ— *A*, s[tre]nue *t. Loewio:* strenui *P* [isti] *AP* strenuissume hercle iuisti *Bergkius. cf. Rud. 1365* SI. *Goetzius* (*qui Ballioni versus sequentes tribuit*)*: spat. A, om. P* quam ụẹlis pernix homoṣṭ *A* 1176 [asp]icas *A* 1177 solitus *C*, solitus es *BD*, *A n. l.* 1178 SI. *Taubmannus: spat. B, om. CD* ẹ[ti]ạm *A* solitum es *P*, [soli]tunst *A sequente pers. spatio* 1179 SI. *Camerarius: om.* saniin *A*, sani c ne *B* BA. ς: *spat. A*, SI. *P* hoc *om. A* 1180 quum *A:* tum *P* 1181 conueniebant ne *P* machera *AP* 1182 i in (i *om. C*) *P:* ein *A* ilicebit *Studemundus* tibi tamen *P* temperei *A* 1183 HA. ς: *om.* emistis *A* redde *A:* reddis *P; cf. ad. Asin. 254* BA. ς: *spat. A, om. P* 1184 clamidem *CD* commemores *P* 1185 SI. *Bothius:* BA. machera *P*, mạẹchạera *A* ellebrorum (etlebr. *B*, eelebr. *D*) *P*

HAR. Mitte. BAL. Quid mercedis petasus hodie domino demeret?
HAR. Quid domino? quid somniatis? mea quidem haec habeo omnia,
meo peculio empta. BAL. Nempe quod fémina summa sustinent.
HAR. Vncti hi sunt senes, fricari sese ex antiquo volunt.
BAL. Responde, opsecro hercle, vero serio hoc quod te rogo:
quid meres? quantillo argento te conduxit Pseudolus?
HAR. Quis istic Pseudolust? BAL. Praeceptor tuos, qui te hanc fallaciam
docuit, ut fallaciis hinc mulierem a me abduceres.
HAR. Quem tu Pseudolum, quas tu mihi praedicas fallacias?
quem égo hominem + nullius coloris novi. BAL. Non tu istinc abis?
nihil est hodie hic sucophantis quaestus: proin tu Pseudolo
nunties abduxisse alium praedam, qui occurrit prior
Harpax. HAR. Is quidem edepol Harpax ego sum. BAL. Immo edepol esse vis.
purus putus hic sucophanta est. HAR. Ego tibi argentum dedi
et dudum, adveniens extemplo, sumbolum servo tuo,
eri imágine obsignatam epistulam, hic ante ostium.
BAL. Meo tu epistulam dedisti servo? quoi servo? HAR. Suro.
BAL. Non confidit sycophanta hic [nequam est] nugis: meditatus malest.
[edepol hominem verberonem Pseudolum, ut docte dolum

1186 BA.: *spat. om. A* 1187 quid somnia— *A:* quid socii quid somniatis *P* equidem *CD; A n. l.* 1188 BA. *ϛ*: *spat. AP* quod *CD:* quid *B*, qu— *A* sustinet *P*, *corr. Lambinus; A n. l.* 1189. 1190 *Harpaci dedit Camerarius: continuatur* ex antiquo (*A n. l.*) *corruptum esse videtur* 1191 uero serio hoc *Muellerus:* ụe— *A*, hoc uero serio *P* 1192 argento te *Camerarius:* argenti ote *B*, argenti te *CD*, ạ— *A* 1193 quis istic *Ritschelius:* quid istic *AC*, qui istic *D*, quisti *B*, qui isti *B ex corr.* f[allaciam] *etiam A ut vid.: vocabulum corruptum* 1194 mulierem a me *B*: me mulierem *CD*, *A n. l.* 1196 nullius çọloris *AP*, *quod nihil est, certe non 'nescio cuius coloris sit', ut explicant. cf. Curc. 232* 1197 hic *om. A* pseudole (—lo le *C*) *P* 1198 adduxisse *P* 1199 edepol *et* ego *om. A* esse uis *scilicet* ἅρπαξ 1201 simbolum *P* 1202 ⟨mei⟩ eri *Ritschelius*, *A n. l.* 1203 *Harpaci continuatur* (*spatium ante* siro *C*) tu *ϛ*: tua *P*, *A n. l.* dedistis *P* siro *CD*, *B ex corr.* 1204 *ut supra*, *sed* meditatur male *P*, —nugis meditatum malest (*ante* n *minus quam in P extitit t. Loewio*) *A; correxi. altera lectio* (*cf. P*) *haec est:* non confidit sycophanta hic, nequamst, meditatust male. *leno timore tactus fiduciam affectat et de Syro rem male prolatam autumat* 1205—1207 *hic A praebet et iterum* (*antea post v. 1161*) *P*, *ergo hic reliqui. nam iustum locum non habent nisi ubi primum argentum accepit leno et numerat: collocari non possunt nisi in vicem versuum 1162. 1163; interpolati sunt ab eo actore fortasse, qui in numerando argento verba desideraret*

commentust: tantundem argenti quantum miles debuit
dedit huic atque hominem exornavit, mulierem qui abduceret.]
nam illam epistulam ipsus verus Harpax huc ad me attulit.
HAR. Harpax ego vocor, ego servos sum Macedonis militis;
ego nec sycophantiose quicquam ago nec malefice,
neque istum Pseudolum mortalis qui sit novi neque scio.
SIM. Tu, nisi mirumst, leno, plane perdidisti mulierem.
BAL. Edepol ne istuc magis magisque metuo, quom verba audio.
mihi quoque edepol iamdudum ille Surus cor perfrigefacit,
sumbolum qui ab hoc accepit. mira sunt ni Pseudolust.
eho tu, qua facie fuit, dúdum quoi dedisti sumbolum?
HAR. Rufus quidam, ventriosus, crassis suris, subniger,
magno capite, acutis oculis, ore rubicundo, admodum
magnis pedibus. BAL. Perdidisti, postquam dixisti pedes.
Pseudolus fuit ipsus. actumst de me. iam morior, Simo.
HAR. Hercle te hau sinam emoriri, nisi mi argentum redditur,
viginti minae. SIM. Atque etiam mihi aliae viginti minae.
BAL. Auferen tu id praemium a me, quod promisi per iocum?
SIM. De improbis viris auferri praemium et praedam decet.
BAL. Saltem Pseudolum mihi dedas. SIM. Pseudolum ego dedam tibi?
quid deliquit? dixin, ab eo tibi ut caveres, centiens?
BAL. Perdidit me. SIM. At me viginti modicis multavit minis.
BAL. Quid nunc faciam? HAR. Si mi argentum dederis, te suspendito.
BAL. Di te perdant. sequere sis me ergo hac ad fórum, ut solvam.
HAR. Sequor.

1206 commentumst tantundem *P*, *sed priore loco* commentust *CD*, *hoc* commentum sitantumdem *B*; *A n. l.* (—un[de]m *t. Loewio*) quantum *A et hic P*, quantim *P pr. l.* 1207 abduceret *AP*, arcesseret *P pr. l.*; *cf. v. 1233* 1212 —noui nescio *A* 1214 HA., *corr.* ς 1215 BA. *praem.* surus *B*: sirus *CD et B ex corr.*; *A n. l.* 1216 sumbolum qui ab hoc *A*: simbolum qui hoc *P* ṇị *A*: *om. P* pseudolus est *P* 1217 dedistis *BC* simbolum *P* 1218 ċṛass[i]ṣ [s]uris *A*: crassis syris *B*, crassus sirus *CD* 1220 BA. *Scaliger*: SI. postquam dixisti *P*: ụ[t no]ṃịṇạuisti *A* 1221—1254 *pauca leguntur A* 1221 actumst de me. iam *Camerarius*: actu imst dem et iam *B*, actum est idem etiam *D*, actumst idem *C*; *A n. l.* 1222 H. *om.* te hau sịnạṃ ẹmoṛị— *A*, aut te sina moriri *B*, aut tesin a me moriri *CD* mihi argentum *B*: argentum mihi *CD*, *A n. l.* 1223 SI. *Acidalius*: HA. 1224 auferen tu *A*: auferentur *B*[1], auferetur *CDB*[2] 1225 auferris *B ante corr.*, auferi *D*[1]; *A n. l.* 1227 ut *CD*: uit *B*, *A n. l.* caveres centies ς: habere sentiens *P*, *A n. l.* 1230 hac sis me ergo *Ritschelius*; *A n. l.*; *cf. Langenus symb. 66*

SIM. Quid ego? BAL. Peregrinos absolvam, cras agam cum civibus.
Pseudolus mihi centuriata hábuit capitis comitia,
qui illum ad mé hodie adlegavit, mulierem qui abduceret.
sequere tu. nunc ne expectetis, dum hac domum redeam via;
ita res gestast: angiporta haec certum est consectarier.
HAR. Si graderere tantum quantum loquere, iam esses ad forum. —
BAL. Certumst mi hunc emortualem facere ex natali die. —
SIM. Bene ego illum tetigi, bene autem servos inimicum suom. IV 8
nunc mihi certum est alio pacto Pseudolo insidias dare,
quam in aliis comoediis fit, ubi cum stimulis aut flagris
insidiantur: at ego iam intus promam viginti minas,
quas promisi si effecisset; obviam ei ultro deferam.
nimis illic mortalis doctus, nimis vorsutus, nimis malus;
superavit dolum Troianum átque Vlixem Pseudolus.
nunc ibo intro, argentum promam, Pseudolo insidias dabo. —

PSEVDOLVS V 1

Quid hóc? sicine hóc fit, pedés? statin án non?
an íd voltis, út me hinc iacéntem aliquis tóllat?
nam hércle si cécidero, véstrum erit flagítium.
pérgitin pérgere? ah, sérviendúm mihi
hodie ést; magnum hoc vitiúm vino est:
pedés captat prímum, luctátor dolósust.
profécto edepol égo nunc probe habeo madúlsam:
ita víctu excurato, íta maguis mundítiis ⟨et⟩ dis dígnis,

1231 SI. Quid ego? BA. Peregrinos *Bothius:* quid ego † pereg— *A,* BA. quid ego peregrinos *B et omisso nomine CD* civibus *B:* uicibus *D,* ucibus *C,* —ṣ *A* 1234 ṭu *A:* te *P* *in* d[om]um *exit A, i. e.* uia redeam domum (*Loewius*) 1235 haec *delet Vssingius: videtur ad* res *ascriptum esse* 1236 HA. *om.* tantum quantum *Pylades, quod A habuisse videtur:* tantum *P* 1237 BA. *om.* 1238 SIMO · SENEX · C. *C, idem sine* C *BD*[2], *continuat A* 1240 quam *P:* nam *A* comedis *B*, commoediis *CD* 1241 intus *A*: inultus *P* 1242 feram *A* 1243 doctust *Ritschelius; A n. l.* nimis nimis uorsutus— *A* 1244 ulixem pseudolus *A:* ui ixem (uixissem *CD*[2], uixisset *D*[1]) pseudolum *P* 1245 ibo *ς*: ibi *BC*, tibi *D, A n. l.* 1246 SERVVS PSEVDOLVS EBRIVS *B, item sed* P. S. *D*[2], *spat. AC* quid *CD:* qui— *A*, quod *B* 1247 tacentem *P, corr. ς, A n. l.* 1249 seuiendum *P, corr. Hermannus; A n. l.* 1250 hoẹ[d]ịe est *priori versui adnectit A* 1252 habeo madulsam *P,* —eo madulsam *vel* —um *A,* abeo madulsa *Lipsius* (*Paulus 126* madulsa: ebrius; *vocabulum obscurum*) 1253. 1254 *ordine inverso A* 1253 munditiṣ *A* et dis dignis *Studemundus stud. 1, 404:* dis ḍigṇis *A,* digni ah *P*

itaque in loco festivó sumus festive accepti.
quid opúst me multas agere ámbages? hoc
est hómini quam ob rem vitam amet,
hic ómnes voluptatés, in hoc omnés venustatés sunt:
deis próximum esse árbitror.
nam úbi amans complexúst amantem, úbi ad labra labélla adiungit,
úbi alter alterúm bilingui mánifesto inter sé prehendunt,
ubi mámmam mammicula ópprimit aut, si lúbet, corpora condúplicantur,
manu cándida cantharum dúlciferum propínat amicissima amico:
ibi iám neque esse alium alii ódiosum
nec mólestum nec sermónibus morologís uti,
unguénta atque odóres, lemníscos, coróllas
darí dapsilés, non enim parce prómi
(victúm ceterum ne quís me roget):
hóc ego modo átque erus minor húnc diem súmpsimus prothyme,
póstquam opus meum ómne ut volui pérpetravi hóstibus fugatis.
illós accubántis, potántis, amántis
cum scórtis relíqui, et meúm scortum ibídem,
suó cordi atque ánimo opsequéntes. sed póstquam
exúrrexi, oránt med ut sáltem.
ad hunc me modum intuli illis satis facete,
nimis ex discipulina, quippe ego qui

1254 *versus Reizianus* 1255 opus est *A*, opus *P* *in* hoc est *versus exit P, in* h]oc est homine *A* *duo cola Reiziana* 1256—1281 *deest A* 1258 *sq. disp. B*: Deis — complexust | Vbi — adiungit 1259 *sq. ita constructa est sententia: nam ubi amatur (—1263), ibi omnia commode et opulenter fieri (—1268), hoc deis proximum est; quamquam non sic, sed inconsequenter finivit enuntiationem, inductus et sensu propriam condicionem spectante et parenthesi, sic:* hoc ego modo *e. q. s.* 1259 labra ad *Camerarius* 1260 alter: altera *B* inter se *Camerarius:* inters *B*, inter *CD* 1261 ubi mammiam (*erasa* i *B*) anicula opprimitur allant (alant *CD*) si l. c. conduplicant, *correxi* (aut si *Camerarius*) 1262 *sq.* canpharum, *corr. Scutarius* propinare micissimam amicitiam | Neque ibi esse alium alio odio ibi, *correxi* 1264 *adhaeret priori* 1265—1282 *disp. B:* Vnguenta — promi | Victu — roget | Hoc — minor | Hunc — pothyme | Postquam — fugatis | Illos — scortis | Reliqui — ibidem | Corde — post | Quam — saltem | Ad — ego | Qui — amictus | Sic — revertar | Occepi — nolui | Idem — meae | Vt — cado | Id — pallium | Nimiae — bibi | Commuto — amouerem 1265 lentiscos *CD* 1267 uictu cetero, *corr. Seyffertus* 1268 pothyme, *corr. Camerarius* *de metro mus. Rhen. 40, 177* 1269.70 ut uolui omne *CD* 1272a suo *post* animo, *correxi* corde, *corr. Lambinus* 1273 med *Camerarius:* me id 1274 intulit (*cf. Pers. 806*) 1274a nime ex disciplina

probe Ionica perdidici. sed palliolatim amictus
sic haec incessi ludibundus. 1275a
plaudúnt ⟨et⟩ 'parúm' clamitánt mi, ut revértar.
óccepi dénuo, hóc modo: nólui
ídem; amicaé dabam mé meae, 1277a
út me amarét: ubi círcumvortór, cado:
id fúit naenia lúdo. 1278a
ítaque dum enitór, prox, iam paene ínquinavi pállium.
nímiae tum volúptati edepol
fúi ob casúm. datur cántharus: bibi. 1280a
commúto ilicó pallium, íllud posívi;
inde húc exií, crapulám dum amovérem.
núnc ab ero ad erum méum maiorem vénio foedus cómmemoratum.
áperite, aperite, heús, Simoni mé adesse aliquis núntiate.

SIMO V 2

Vóx viri péssumi me éxciet foras.
séd quid hoc? quó modo? quíd video ego?
Ps. Cúm corona ébrium Pseúdolum tuom.
Sim. Líbere hercle hóc quidem. séd vide statum.
núm mea grátia pértimescít magis?
cógito, saéviter blanditerne ádloquar.
sed me hóc votat vim fácere nunc
quód fero, sí qua in hoc spés sitast mihi.

1275 Ionica *B:* leonica *D*, lenonica *C* palliotatim *CD* 1275a hęc *B: om. CD.* *καλλαβίδας βαίνει Eupolis*, grandia incedens *Ammianus 22, 14, 3 non sine exemplo* 1274—1275a *videntur ionica esse metra talia:* ∪––∪ –∪–– ∪∪∪––| ∪∪–– ∪∪–– –∪∪–| ∪∪–∪∪ –∪∪– ––∪∪ –∪–∪| ––– ––– ∪––, *non dissimilia Aristophaneis* 1276 ⟨et⟩ *Goetzius* parum *B:* partim *CD* me, *correxi* 1277 *in metro alio alteram saltationem ostendit.* óccepí *cf. ad Most. 111, Bacch. 665* 1277a *fort.* ⟨et⟩ amicae 1278 ubi *ς:* tibi 1279 emitor *B* proxiam *B:* praxiam *CD;* prox *novit Festus 253* paene *cf.* paenissime 1281 commutollico *CD, B ante corr.* posiui *B:* posui *CD* 1282 *accedit A* e[xiu]i *A*, exi *P* grapulam *P* 1283 maiọrem [adue]nị foedus comproḅ[at]u— *A* 1284 [he]ụṣ *A:* heu *P* aliquis *A:* quis *P* nun[ti]ate *A:* nuntiate simo pseudolus *P* SIMO PSEVDOLVS *A*, SIMO SENEX. PSEVDOLVS SERVVS *B* 1285—1294 *B binos versus coniungit, sed 1286* Sed, *1290* Cogito 1285 [m]ẹ *A:* ne *P* 1286 uideo *A:* tu uideo *P* *post* ego *aliquid scriptum fuisse videtur A* 1287 quom *B* 1289 pertimẹ[sci]ṭ *AD*[1], pertimescet *P* 1290 bl[a]ṇdiṭ[e]rne *A:* bianditerne *P* 1291. 1292 *coniungunt AB* 1291 me hộ[c] *A:* hoc me *P* 1292 spes sitast *P:* spesiṭ— *A*

Ps. Vír malus viro óptumo obviam it.
Sim. Dí te ament, Pseúdole. fú i in malám crucem.
Ps. Cur égo adflictor? Sim. Quid tú, malum, in os igitúr mi ebrius inrúctas?
Ps. Mólliter síc tene mé, cave né cadam:
non vídes me ut madide mádeam?
Sim. Quae ístaec audáciast, té sic intérdius
cúm corolla ébrium incédere? Ps. Lubet.
Sim. Quíd, lubet? pérgin ructáre in os mihi?
Ps. Suávis ructús mihi est. síc sine, Simo.
Sim. Credo équidem potesse té, scelus,
Mássici móntis ubérrumos quáttuor
frúctus ebíbere in hora úna. Ps. Hiberna áddito.
Sim. Hau mále mones, sed díc tamen,
únde onustám celocem ágere te praédicem?
Ps. Cúm tuo fílio pérpotaví modo.
séd, Simo, ut probe táctus Ballio est!
quaé tibi díxi, ut effécta reddidi!
Sim. Péssumu's homo. Ps. Mulier haec facit.
cúm tuo fílio líbera accubat.
Sim. Ómnia, ut quícque egisti, órdine scio.
Ps. quíd ergo dubitas dáre mi argentum? Sim. Iús petis, fateór. tene.

1293 uir malus [u]iro *et* .... mo ... iami[t] *propriis versibus A* 1294 pseudole pfui inmala crecem *B*, pseudolepsui (pseudolessui *D*) in malam crucem *CD*, ps[eud]o[lae †] hae [† i in ma]lam crucem *A*; fu *Ritschelius, cf. ad Most. 39, Richterus in Studemundi stud. 1, 531;* hae *cf. gramm. lat. 5, 554* indignantis he 1295 ego adflicter *A*, ego (ergo *B*) me adflictor *P; afflicter tamquam adverbium glossar. Plaut.* in os igitur *A:* ergo in os *P* 1296. 1297 *uno versu A et B* (*sed* Me ut *B*) 1296 sic *A:* sis *P* 1298—1303 *binos versus coniungit B* (*sed 1299* Cum, *1303* Massici) 1298 is[tae]c audaciast te *A:* ista hec audacia site *P* 1299 ingrediri *A* (*tetrameter*) 1300 SI. *B:* PS. *CD* —nos ru[c]tare mihi *A* (*Nonius 164 cum P*) 1301 si[c s]ine simo *A:* sic sine simon *Nonius*, sic sine modo *P* 1302 potis e[ss]e *A*, potasse *P* 1303 quatuor *P* 1304 *sq. disp. B:* Fructus — tamen | Hau — predicem | Quom — ballio est (*sed* Sed) | Que — est (*sed* Pessimus) | Mulier — scio (*sed* Cum) 1304 PS *ς*: HAR. 1305 haud male mones sed dic tamen *Acidalius:* sed dica tamen ha[u ma]le mones *A*, SI. Sed dic tamen PS. hau (haud *CD*) male mones *P* 1306 honestam *AP* 1307 quom *B* perportavi *P* 1308 sed simo ut probe | cum tuo filio libera accupat | tactus est ball — *A versu 1311 anticipato* 1310 pessumus homo | mulier haec facit *A*, SI. Derides Pessimus homo est | P. mulier haec facit *P* 1311 *v. ad 1308* 1312 *ut supra, sed* quique, *P:* omnia scio ut quicque egisti ordine scio *A*

Ps. Át negabás daturum ésse te mihi.
onera húnc hominem atque me cónsequere hac. Sim. Egone ístum onerém? Ps. Onerábis, scio.
Sim. Quid ego huíc homini faciám? satin ultro et argéntum aufert et me ínridet?
Ps. Vae víctis. Sim. Vorte ergo úmerum.
Ps. Em. Sim. Hóc ego numquam rátus sum
fore me, út tibi fierem súpplex.
heu heú heu. Ps. Desine. Sim. Dóleo. Ps. Ni doléres tu, ego dolérem.
Sim. Quid? hoc aúferen, Pseudole mi, aps tuo ero? Ps. Lubentissimo corde atque ánimo.
Sim. Non aúdes, quaeso, aliquám partem mihi grátiam facere hinc árgenti?
Ps. Non: mé dices avidum ésse hominem nam hinc númquam eris nummo dívitior;
neque té mei tergi míscreret, si hoc nón hodie ecfecíssem.
Sim. Erit úbi te ulciscar, sí vivo. Ps. Quid mínitare? habeo térgum.
Sim. Age sáne igitur. Ps. Redi. Sim. Quíd redeam? Ps. Redi módo: non eris decéptus.
Sim. Redeó. Ps. Simul mecum ⟨i⟩ pótatum. Sim. Egone éam? Ps. Fac quod te iúbeo:
si is, aút dimidium aut plús etiam faxo hínc feres. Sim. Eo, duc mé quo vis.

1314—1319 *disp. B:* At — consequere (*sed* Onera) | Hac — ultro (*sed* Onerabis *et* Quid) | Et — humerum | Em — supplex (*sed* Fore) 1314 mihi *Spengelius:* mihi tamen das *P*, mịh— *A* 1315 hunc hominem, *qui Pseudolus est* (umerum *Acidalius*), *Ballionem intellexerunt, cuius personam Simoni substituit a v. 1317 ad finem fabulae P* † e]gone *A:* ego *P* 1316 si. *ς: spat. B, om. CD* satin *Pylades:* sati[nne] *A*, statim *P* 1317 humerum *P* 1318 *fort. iamb., cf. Richterus in Studemundi stud. 1, 498* 1320 heu heu heu *BC:* heu heu *AD* ps. *ς: spat. B* *dimeter anap. et iamb.* *senex deflet cruminam dimissurus* *cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 252 sq.* 1321 si. *om.* auferen *A:* auferre non *P* pseudole mi *Seyffertus:* pseudolum (—uṣ *sequente pers. spat. t. Loewio*) mihi *A*, pseudole *P* 1322 si. *om.* nonne audes quaesso *A* hic argenti *P*, hinc ḍẹ argento *A* 1323 ps. *D: om. BC* deices *B:* dicis *CD*, di— *A* 1324 sei hoc *P:* hoc si *A* et fecissem *P*, effẹcissem *A* 1325 ṣị *A:* sei *P* 1326 bal. Age sane *priori adnectit B* sane igitur *Brixius:* sane ps. igitur *PA* redi *B:* reddi *CD*, reddẹ *A* redeam *A:* reddam *P* 1327 bal. Redeo *priori adnectit B* i *ς, Bothius: om. P et ut vid. A* 1328 plus *A:* pius *P*

Ps. Quid núnc? numquid íratus és aut mihi aút filió propter hás res,
Simó? Sim. Nil profécto. Ps. I hac.
Bal. Té sequor. quín vocas spéctatorés simul?
Ps. Hércle me isti haú solent
vocáre, neque ergo ego ístos;
vérum si vóltis adplaúdere atque ádprobare
húnc gregem et fábulam,
in crástinum vos vocábo.

1329 *sq. disp. B:* Quid — simo (*sed* Aut) | Nihil — simul (*sed* Spectatores) | Hercle — adplaudere (*sed* Vocare) | Atque — vocabo; *sic A:* quid — profecto | i — istos | uerum — uoc. (*tres versus bipartiti*) 1329 *ante* nihil *spat. om. A* 1330 *ante* te *spat. om., deinde* † quin *A* 1331 haud *P* 1332 neque ergo ego *P*: nec ego *A* ⏓ ´ ⏑⏑ – ⏑ – – *item 1335* 1333 sị *A:* sed *P* (*cf. 1324. 1325*) *coalescit cum 1334* 1335 crastinam *B ante corr.*, [cr]ạsṭịṇ— *A* *subscriptum* PLAVTI PSEVDOLVS EXPLICIT *P*, —ẠVṬ— P̣ṢẸ[VD]OLṾS *A*

R V D E N S

ARGVMENTVM

Reti piscator de mari extraxit vidulum,
Vbi erant erilis filiae crepundia,
Dominum ad lenonem quae subrepta venerat.
Ea in clientelam suipte inprudens patris
Naufragio eiecta devenit: cognoscitur
Suoque amico Plesidippo iungitur.

INCIPIT RVDENS LEGE (*vel* LEGB) *B qui praeterea per totam fabulam inscriptionum* (*ut C*) *ac litterarum personas notantium* (*ut C fere ad v. 1097, de D cf. ad v. 99*) *spatia inexpleta praebet. titulus idem omisso ultimo verbo CD* ARGVMENTVM *D* 1 rete *CD* 2 crefunda *B* 4 suspte *B*, suscepte *CD, corr. Camerarius* 6 pleusidippo

PERSONAE

ARCTVRVS prologus
SCEPARNIO servus
PLESIDIPPVS adulescens
DAEMONES senex
PALAESTRA } puellae
AMPELISCA } puellae
PTOLEMOCRATIA sacerdos Veneris
PISCATORES
TRACHALIO servus
LABRAX leno
CHARMIDES senex
LORARII
GRIPVS piscator

SCAENA CYRENIS

ARCTVRVS prologus

Qui gentes omnes mariaque et terras movet,
eius sum civis civitate caelitum.
ita sum, ut videtis, splendens stella candida,
signum quod semper tempore exoritur suo
hic atque in caelo: nomen Arcturo est mihi.
[noctu sum in caelo clarus atque inter deos,
inter mortalis ambuló interdius.
at alia signa de caelo ad terram accidunt.]
qui est imperator divom atque hominum Iuppiter,
is nos per gentis alium ália disparat,
qui facta hominum, mores, pietatem et fidem
noscamus, ut quemque adiuvet opulentia.
qui falsas litis falsis testimoniis
petunt quique in iure abiurant pecuniam,
eorúm referimus nomina exscripta ad Iovem;
cotidie ille scit quis hic quaerat malum:
qui hic litem apisci postulant peiurio
mali, res falsas qui impetrant apud iudicem,

ARCTVRVS DVO *D* *prologi v. 1—30 interpretatione vindicavit Marxius ind. lect. Gryphisw. 1892/93; cf. Kaibelius Herm. 29, 84* 1 gentes *suspectum; cf. Catull. 64, 206, Ov. met. 1, 180* 2 ciuis *B:* cuius *CD* ciuitas *ius significat, cf. Merc. 841. 846* 3 sum ut u. plendens *B*, ut uidetis sum splendens *CD* stella *ablativus* (*Marxius 4*) 4 signo *et* suo exoritur *B ante corr.* 6. 7 *in suspicionem vocavit Marxius 5sq., nempe de caelo stellas observare homines, interpolatorem non recte intellexisse v. 4. 5* (*ubi* hic *est* '*in scaena*') 7 mortales *CD* ⟨hic⟩ interdius *Spengelius* 8 *eiecit Dziatzko* 10 alios alia *Guietus; ἄλλυδις ἄλλοι Aratus 19* 12 ut *i. e. quo pacto. aliquid sententiae deesse vidit Schoellius, quam talem fuisse:* ut quemque ⟨et fidelem esse et bonum viderimus, sic eum ut⟩ adiuuet *indicavit Sonnenscheinius;* opulentia *ablativus* (*Marxius 6*) 13. 14 *parallelos versibus 17. 18* (*quos illorum loco ponendos censet*) *dicit Marxius 7sq., item v. 16* 17 peiorio *CD*, pelorio *B*

iterum ille eam rem iudicatam iudicat;
maiore multa multat quam litem auferunt.
bonos in aliis tabulis exscriptos habet.
atque hoc scelesti in animum inducunt suom,
Iovem sé placare posse donis, hostiis:
et operam et sumptum perdunt; id eo fit quia
nihil éi acceptumst a periuris supplici;
facilius si qui pius est a dis supplicans,
quam qui scelestust, inveniet veniam sibi.
idcirco moneo vos ego haec, qui estis boni
quique aetatem agitis cum pietate et cum fide:
* *
retinete porro, post factum ut laetemini.
nunc, huc qua causa veni, argumentum eloquar.
primumdum huic esse nomen urbi Diphilus
Cyrenas voluit. illic habitat Daemones
in agro atque villa proxima propter mare,
senex, qui húc Athenis exul venit, hau malus;
neque is adeo propter malitiam patria caret,
sed dum alios servat se impedivit interim,
rem bene paratam comitate perdidit.
huic filiola virgo periit parvola.
eam dé praedone vir mercatur pessumus,
is eam huc Cyrenas leno advexit virginem.
adulescens quidam civis huius Atticus
eam vídit ire e ludo fidicinio domum,
amare occepit: ad lenonem devenit,
minis triginta sibi puellam destinat

20—37 *initia servata A* 22 ⟨si⟩ in *Muellerus* (*cf. Marxius 9*), *fort.* qui; *cf. Abrahamus stud. Pl. 231* indicunt 23 placere B^1 posse donis *B*: posset omnibus *CD*; *cf. Cic. de leg. p. 99, 7 V.* 24 perduunt 25 periuriis 26 plus, *corr. Merula* 26. 27 *sententiae aliquid deest, quae videtur parva piorum sacrificia magnis scelestorum opposuisse, τοὺς θεοῖσι μικρὰ χειρὶ θύοντας τέλη τοῖς βουθυτοῦσιν* (*Eur. frg. 329*), *puta* qui pius est mica súpplicans quam bovi scelestus. *cf. Hor. 3, 23 Sen. de benef. 1, 6, 3 Cic. de leg. 2, 25* 28 hoc *Fleckeisenus* que uestis, *corr. Merula* 29 cum pietate et fide *B*, conpletate et cum fide *CD* *inter* 29 (qu—) *et* 30 (r—) *versus intercedit in prima linea habens* ţ— *A* 30 laetimini *CD*; *cf. Cist. 249* 33 cirenas, *item 41* demonies 39 virgo *hic non desideres, desideramus* Athenis huic f. p. p., *cf. 1105. 1111* 40—56 *nonnullorum versuum extrema servata A* 42 atticos *P*

datque arrabonem et iure iurando alligat.
is leno, ut se aequom est, flocci non fecit fidem
neque quod iuratus adulescenti dixerat.
eí erat hospes par sui, Siculus senex
scelestus, Agrigentinus, urbis proditor;
is illius laudare infit formam virginis
et aliarum itidem quae eius erant mulierculae.
infit lenoni suadere, ut secum simul
eat in Siciliam: ibi esse homines voluptários
dicit, potesse íbi eum fieri divitem.
[ibi esse quaestum maximum meretricibus.]
persuadet. navis clanculum conducitur,
quidquid erat noctu in navem comportat domo
leno; adulescenti qui puellam ab eo emerat
ait sése Veneri velle votum solvere
(id hic est Veneris fanum) et eo ad prandium
vocavit adulescentem huc. ipse hinc ilico
conscendit navem, ávehit meretriculas.
adulescenti alii narrant ut res gesta sit,
lenonem abiisse. ad portum ádulescens venit:
illorum navis longe in altum abscesserat.
ego quoniam video virginem asportarier,
tetuli éi auxilium et lenoni exitium simul:
increpui hibernum et fluctus movi maritimos.
nam Arcturus signum sum omniúm acerrimum:
vehemens sum exoriens, cum occido vehementior.
nunc ambo in saxo, leno átque hospes, simul
sedent eiecti: navis confracta est eis.
illa autem virgo atque altera itidem ancillula
de navi timidae desuluerunt in scapham.
nunc eas ab saxo fluctus ad terram ferunt

---

49 ⟨namque⟩ ei *Vssingius* par sui *Fleckeisenus:* parui 53 lenonis uadare *B* 54 sicillam *B* 55 *tale quid expecto:* quam plurimos, posse ibi. *v. 54* uoluptarios *si praedicativum sit, fuerit* eos *pro* ibi 56 *cf. 541, del. Fleckeisenus* 57—201 *deest A* 61 eo *ad votum solvendum.* atque adeo *Schoellius, cf. Nettleship journ. of philol. 19, 109* 62 hinc *B:* hunc *CD* 63 nauem conscendit *Camerarius* auenit 65 portum ⟨quom⟩ *Fleckeisenus, cf. Merc. 616 (Sonnenscheinius)* 68 ei *Merula:* et 70 omnium ⟨unum⟩ *Seyffertus* 72 amabo *B* in saxo simul *Reizius* 73 sedente (-ti *CD*) lecti, *corr. Merula* iis 74 ancilla *CD*

ad villam illius, exul ubi habitat senex,
cuius déturbavit ventus tectum et tegulas;
et servos illic est éius, qui egreditur foras.
adulescens huc iam adveniet, quem videbitis,
qui illam mercatust de lenone virginem.
valete, ut hostes vestri diffidant sibi. —

SCEPARNIO I 1

Pro di immortales, tempestatem cuius modi
Neptunus nobis nocte hac misit proxima.
detexit ventus villam — quid verbis opust?
non ventus fuit, verum Álcumena Euripidi,
ita omnís de tecto deturbavit tegulas;
inlustrioris fecit fenestrasque indidit.

PLESIDIPPVS I 2

Et vos a vestris abduxi negotiis
neque id processit qua vos duxi gratia,
neque quivi ad portum lenonem prehendere.
sed mea desidia spem deserere nolui:
eo vós, amici, detinui diutius.
nunc huc ad Veneris fanum venio visere,
ubi rem divinam se facturum dixerat.
SCEP. Si sapiam, hoc quod me mactat concinnem lutum.
PLES. Prope me hic nescio quis loquitur.

DAEMONES

Heus, Sceparnio.
SCEP. Qui nominat me? DAEM. Qui pro te argentum dedit.
SCEP. Quasi me tuom esse servom dicas, Daemones.
DAEM. Luto usust multo, multam terram confode.
villam integundam intellego totam mihi,
nam nunc perlucet ea quam cribrum crebrius.
PLES. Pater salveto, ámboque adeo. DAEM. Salvos sis.

---

77 at ubi: qui ibi *Bothius* 78 *del. Dziatzko* 79 sed *Luchsius* 82 uestiri *CD,* uestiris *ante corr. B* 83 SCEPARIO SERVVS *D* immortalis 86 eurippidi *CD* 88 inlustriorem *Lambinus; cf. Fieldius class. rev. 1894, 99* festrasque *Meursius* in indidit *CD* 89 PRESIDIPPVS ADOLESCENS SCEPARIO SERVVS *D; de amicis v. 315* et tuos *CD* 96 quod mandatumst *Seyffertus* 97 PL. *Camerarius:* S *D* hic *Merula:* hinc D. ς: P *D* heuscerpanio *B,* heusceparnio *CD* 98 D. ς: P *D* *inde a v.* 99 *etiam D personarum plerumque spatia tantum habet* 103 ⟨et tu⟩ saluos *Schoellius. utrumque respondere sequens* sed *docet* (*Seyffertus*)

SCEP. Sed utrum tu masne an femina es, qui illum patrem
voces? PL. Vir sum equidem. SC. Quaere vir porro patrem.
DAEM. Filiolam ego unam hábui, eam unam perdidi.
virile sexus numquam ullum habui. PLES. At di dabunt.
SCEP. Tibi quidem hercle, quisquis es, magnum malum,
qui oratione [nos] hic occupatos occupes.
PLES. Isticine vos habitatis? SCEP. Quid tu id quaeritas?
quon furatum mox venias, vestigas loca?
PLES. Peculiosum esse addecet servom et probum,
quem ero praesente + praetereat oratio
aut quí inclementer dicat homini libero.
SCEP. Et impudicum et impudentem hominem addecet
molestum ultro advenire ad alienam domum,
cui debeatur nil. DAEM. Tace, Sceparnio.
quid opust, adulescens? PLES. Istic infortunium,
qui praefestinet, ubi erus adsit, praeloqui.
sed nisi molestumst, paucis percontarier
volo ego ex te. DAEM. Dabitur opera, atque in negotio.
SCEP. Quin tu in paludem is exicasque harundinem,
qui pertegamus villam, dum sudumst? DAEM. Tace.
tu si quid opus est dice. PLES. Dic quod te rogo,
ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris,
malum, periurum, palpatorem — DAEM. Plurimos,
nam ego propter eius modi viros vivo miser.
PLES. Hic dico, in fanum Veneris qui mulierculas
duas sécum adduxit, quique adornaret sibi
ut rem divinam faciat, aut hodie aut heri.
DAEM. Non hercle, adulescens, iam hos dies complusculos
quemquam istic vidi sacruficare, neque potest
clam me esse si qui sacruficat: semper petunt
aquam hinc aut ignem aut vascula aut cultrum aut veru

---

104 tuasne an, *corr. Camerarius* 105 noces *CD* 106 eo *B* *fort.* habebam 107 sexus '*neutro genere*' *testatur Priscianus 1, 162; uirile scriptum videtur pro genetivo* uirilis 109 [nos] *Guietus* 111 quon *L.*: an quo nox *Dousa, cf. Trin. 864, Cic. pro Tull. 48, Fleckeisenus ann. 1894, 850* 112 decet, *corr. Bothius* 113 *quod sententiae convenit* praedeceat *nescio an luserit post* addecet 116 alienum *CD* 118 opus, *corr. Pylades* isti 122 exicasque *Turnebi schedae:* exigasque *B*, exagitasque *CD* harundine, *corr. Pareus* 124 *cf. ad Curc. 708* 125 hic *suspectum* 129 adornaret *cf. 315. 320* 131 ercle *B* adolescens 132 sacruificare *B*

aut aulam extarem, aut aliquid — quid verbis opust?
Veneri paravi vasa et puteum, non mihi.
nunc intervallum iam hos dies multos fuit.
PLES. Vt verba praehibes, me periisse praedicas.
DAEM. Mea quidem hercle causa salvos sis licet.
SCEP. Heus tu, qui fana ventris causa circumis,
iubere meliust prandium ornari domi.
DAEM. Fortasse tu huc vocatus es ad prandium,
ille quí vocavit nullus venit? PLES. Admodum.
SCEP. Nullumst periclum te hinc ire inpransum domum:
Cererem te meliust quam Venerem sectarier:
amori haec curat; tritico curat Ceres.
PLES. Deludificavit me illic homo indignis modis.
DAEM. Pro di immortales, quid illuc est, Sceparnio,
hominum secundum litus? SCEP. Vt mea est opinio,
propter viam illi sunt vocati ad prandium.
DAEM. Qui? SCEP. Quia post cenam, credo, laverunt heri.
DAEM. Confracta navis in mari est illis. SCEP. Ita est.
at hercle nobis villa in terra et tegulae. DAEM. Hui,
homunculi quanti estis. eiecti ut natant.
PLES. Vbi sunt i homines, obsecro? DAEM. Hac ad dexteram
(viden?) secundum litus. PLES. Video. sequimini.
utinam is sit quém ego quaero, vir sacerrimus.
valete. — SCEP. Si non moneas, nosmet meminimus.
sed, o Palaemon, sancte Neptuni comes,
qui Herculis socius esse diceris, +
quod facinus video. DAEM. Quid vides? SCEP. Mulierculas
video sedentis in scapha solas duas.

---

135 alilam *CD* extare *B* 137 *cf. Men. 104* 141 lubere *CD* 142 D. *Barthius: spat. om.* 143 illu tui *B*, illn + tui *CD* 144 nullust *CD* *cf. Aul. 235* 145 Cererem ς: prerem (*spatio antecedente B*) melius, *corr. Reizius* spectarier *corr. Camerarius* 146 amorem, *corr. Meursius* ceres *CD:* uenus *B* *hoc dicit: ne formida in urbem reverti; sic Cereris aedibus occurres, cuius sunt dona quibus indiges* 147 ille, *cf. Luchsius Herm. 6, 279* 148 scerparnio *B* 149 ut *Merula:* aut opinio est *Reizius* 151 quia *B:* qui *CD* 152 *inter personas distribuit Vssingius* 154 nouis uillam *B* D. *Camerarius* (sc. ς) 155 eiecti ut natant *Priscianus 1, 109:* electi ut narrant 156 i: hi *B*, *om. CD; nec* illi *nec* isti *nec* hisce *rectius dicatur* 161 hercule *CD* *Herculem salutarem Palaemona novit schol. Lycophr. 663, cf. I. G. S. 2874* [Ἡρακλ]εῖ *Παλαίμονι καὶ τῇ* [πόλ]ει *e. q. s.* (*prope Coroneam*) *fort.* ⟨tu⟩que, Hercules, ⟨qui eius⟩ socius

ut adflictantur miserae. euge euge, perbene,
ab saxo avortit fluctus ad litus scapham,
nequé gubernator umquam potuit ⟨rectius⟩.
non vidisse undas me maioris censeo.
salvae sunt, si illos fluctus devitaverint.
nunc, nunc periclumst. ⟨unda⟩ eiecit alteram.
at in vadost, iam facile enabit. eugepae,
[viden alteram illam ut fluctus eiecit foras?]
surrexit, horsum se capessit. salva res.
desiluit haec autem altera in terram e scapha.
ut prae timore in genua in undas concidit.
salvast, evasit ex aqua. iam in litore est.
sed dextrovorsum avorsa it in malam crucem.
hem, errabit illaec hodie. DAEM. Quid id refert tua?
SCEP. Si ad saxum quo capessit, ea deorsum cadit,
errationis fecerit compendium.
DAEM. Si tu de illarum cenaturus vesperi es,
illis curandum censeo, Sceparnio,
si apud me essurus, mihi dari operam volo.
SCEP. Bonum aequomque oras. DAEM. Sequere me hac ergo. —
SCEP. Sequor. —

PALAESTRA I 3

Nimio hóminum fortunaé minus miseraé memorantur,
* * experiundo iis datur acerbum.
* * hoc deo cómplacitumst, me hoc órnatu ornatam in incertas regiónes timidam eiéctam.
hancine ego ad rem natam ⟨ésse me⟩ miserám memorábo?
hancine ego partem cápio ob pietatem praecípuam?
nam hóc mi haud labórist, labórem hunc potíri,

---

166 ⟨rectius⟩ *Bentleius* 167 me *om. Nonius 519* 168 deuitauerunt *CD*, deuitarunt *B*, *corr. Pylades* 169 ⟨unda⟩ *Guietus* 170 eugepace, *corr. Camerarius* 171 *spurium esse vidit Sonnenscheinius. 169—172 de Palaestra, 173 sq. de Ampelisca* uide ne 172 orsum *CD* 176 it: est *Priscianus 2, 75* 177 em *B; cf. Richterus p. 502* 180 fecerat *B ex corr.* 181 si *Merula:* sit uesperi es *Camerarius:* veperies 183 iam *inseri potest* 185 PALESTRA MVLIER *D* 186 *et* 187 *spatia in initio paria lacunis notandis reliquit B; lacunas etiam C notavit et secundam D sic fere suppleas:* ⟨quam nóscunt⟩ experiúndo, ⟨ubi⟩ is dátur acerbum. ⟨nam praéter spem⟩ hoc; *v. 185. 186. 189 ut 195. 196 Reiziani* 187. 188 In — eiectam *uno versu B* 189 ad — *190* ego *om. CD* *suppl. Sonnenscheinius* 191 aut sit labori *Fleckeiseni*

si érga paréntem aut deós me impiávi;
sed íd si paráte curávi ut cavérem,
tum hóc mi indecóre, iníque, inmodéste
datis, dí; nam quid habebúnt sibi signi ímpii posthac,
si ad húnc modum est innóxiis honór apud vos?
nam mé si sciam ⟨in vos⟩ fecisse aut paréntis
sceléste, minus me míserer;
sed eríle scelus me sóllicitat, eiús me impietas mále habet.
ís navem atque ómnia pérdidit in mari:
haéc bonorum éius sunt réliquiae; étiam quae simul
vécta mecum in scaphast, éxcidit. égo nunc sola sum.
quaé mihi sí foret sálva saltém, labor
lénior ésset hic mi éius opera.
nunc quám spem aut opem aút consilí quid capéssam?
ita hic sola sólis locis compotita sum.
hic sáxa sunt, hic máre sonat,
neque quísquam homo mihi obviám venit.
* *
hóc quod indúta sum, summae opes óppido,
néc cibo néc loco técta quo sím scio:
quaé mihist spés, qua me vívere velim?
néc loci gnára sum, néc vidi aut híc fui.
sáltem aliquém velim quí mihi ex hís locis
aút viam aut sémitam mónstret, ita nunc
hác an illác eam, incérta sum cónsili;
néc prope usquam híc quidem cúltum agrum cónspicor.
álgor, errór, pavor, me ómnia tenent.

---

192 si me *Bothius*, parentis *Fleckeisenus* 193 it *BC* 194 mi hoc *Fleckeisenus* 195 sibi igni *CD*, sibigni *B, correxi* 197 *supplevi* sceleste parentis *B* 197a *adhaeret priori* mei, *corr. Camerarius* 198 sollitat *B* 202 *accedit A, 202–206 paucissima in initiis servata, 207–210 umbrae tantum, 211–216 item paucissima* 203 leniores sed *CD* 204 ṇụṇç q— *A:* numquam *P* 205 [iṭ]ạ [ḥ]iç ṣọḷ[a so]ḷ— *A*, ita hic solis locis compotita sum *P; versus bipartitus fuit nisi sequebatur alter A* sum *del. Pylades* 206 *duorum ut supra versiculorum initia A; sic disp. B:* Hic — quisqua | Homo — uenit [ne]que *A:* nec *P* obueniam *CD* *inter 206a et 207* (?) *intercedebant duo versus A* 208 *cf. Iuven. 3, 211, Ov. her. 2, 55 (108).* tecta *ne ad locum quidem quadrat, fort.* freta 210 nec diu hic fui, *correxi* 211 [sa]l[tem aliquem] *AP:* aliquem saltem *Schoellius* 212 monstrec *CD; A n. l.* 213 incerta sum *Gruterus:* [incerta]s — *A*, incertam *CD*, incerta *B* 215 *om. A* omnia, *cf. ad Culicem p. 59, Men. 1158 Poen. 1179, Lucil. 1150, Catull. 14, 18 et saepius Tacitus Iuvenalis alii*

haéc parentés mei haud scítis miseri,
me núnc miseram esse ita utí sum. 216a
líbera ego prognáta fui máxume, nequíquam fui.
nunc quí minus servio, quám si servá forem náta?
neque quícquam umquam illis prófuit qui mé sibi eduxérunt.

AMPELISCA I 4

Quid míhi meliust, quid mágis in remst, quam a córpore vitam ut sécludam?
ita mále vivo atque ita míhi multae in pectóre sunt curae exánimales.
ita rés se habent: vitae haú parco, perdidí spem qua me obléctabam.
omnía iam circumcúrsavi atque omníbus latebris perréptavi
quaerére conservam, vóce oculis auríbus ut pervestígarem.
neque eam úsquam invenio néque quo eam neque quá quaeram consúltumst,
neque quém rogitem respónsorem quemquam ínterea convénio,
neque mágis solae terraé solae sunt quam haéc loca atque hae regiónes;
neque sí vivit, eam víva umquam quin ínveniam desístam.

PAL. Quóianam vox míhi prope hic sonat?
AMP. Pértimui, quis hic loquitur prope?
PAL. Spés bona, obsecro, súbventa mihi,
éxime ex hóc miseram metu.

AMP. Cérto vox múliebris aúris tetigít meas.
PAL. Múlier est, múliebris vóx mi ad aurís venit.
num Ámpelisca óbsecro est? AMP. Tén, Palaestra, aúdio?
PAL. Quín voco, ut me aúdiat, nómine illám suo?
Ámpelisca. AMP. Hém quis est? PAL. Ego, Palaestra *

---

216 hau— *A*, aut *B* 216a ita *om. CD; A n. l.* 217 libera ego *P:* leibera *A* 218 s[erua] forem *AB:* forem serua *CD* *paroem. cum claus. Reiziana* 219 illis *A:* iis (his *B*) *P* neque umquam quicquam is *Prehnius qu. Plaut. 14* profui *Camerarius* 220 AMPELICA PALAESTRA *A*, PALESTRA AMPELISCA MVLIERES DVAE *D* melius est *P* a *om. P* ut *om. P; cf. 1189. 328 Men. 832* 221 exanimabiles *A* 222 ita res se habent *A:* dent *P* (*cum spatio BC*) au *A*, haud *P* 223 omnibus latebris *A:* omnibus in latebris *B*, in latebris omnibus *CD; omnis latebras Kampmannus* 224 querire *P* oculisque *A* *fort.* peruestigaui 225 neque eam *A:* nequeam *P* 226 inuenio *P* 227 loca *P:* sunt loca *A* 228 uiuam numquam *P* 229 quoianam uox mihi *A proprio versu; secuntur 5 versus destructi* (*etiam 231 bipartitus fuerit*), *deinde haec versuum initia:* certo — muli — numam — (*et item v. 236—245 initia tantum*) *A* 229—232 *hoc schema sequi conicio, ultimum cum catalexi:* — ◡◡ — ◡◡ — ◡◡ — ◡◡ *cf. ad Bacch. 989sq.* 229 quianam *P* 232 eximes, *corr. Pylades* 234 *inter 231 et 232 P* 237 Palaestra *ς:* palēst *B*, palam est *CD; deinde suppleas* ecce me *vel cum Seyfferto* A. opsecro

AMP. Díc ubi es? PAL. Pól ego nunc ín malis plúrimis.
AMP. Sócia sum, néc minor párs meast quam tua.
séd videre éxpeto té. PAL. Mihi es aémula.
AMP. Cónsequamúr gradu vócem. ubi es? PAL. Écce me.
áccede ad me átque adi cóntra. AMP. Fit sédulo.
PAL. Cédo manum. AMP. Áccipe. PAL. Díc, vivisne? óbsecro.
AMP. Tú facis mé quidem ut vívere núnc velim,
quóm mihi té licet tángere. ut víx mihi
crédo ego hoc, té tenere. óbsecro, ampléctere,
spés mea. ut me ómnium iám laborúm levas.
PAL. Óccupas praéloqui quaé mea orátiost.
núnc abire hínc decet nós. AMP. Quo, amabo, íbimus?
PAL. Lítus hoc pérsequamúr. AMP. Sequor quó lubet.
sícine hic cum úvida véste grassábimur?
PAL. Hóc quod est, íd necessárium est pérpeti.
séd quid hoc, óbsecro, est? AM. Quid? PA. Víden, amabo,
fanum [videsne] hóc? AMP. Vbi est? PAL. Ad déxteram.
AMP. Videó decorum dís locum vidérier.
PAL. Haud lónge abesse opórtet homines hínc, ita hic lepidúst locus.
⟨quísquis⟩ est deus, véneror ut nos éx hac aerumna éximat,
míseras inopis aérumnosas út aliquo auxilio ádiuvet.

PTOLEMOCRATIA I 5

Qui súnt qui a patróna precés mea expetéssunt?
nam vóx me precántum huc forás excitávit.
bonam átque obsequéntem deam átque haud gravátam
patrónam exsequontur benígnamque múltum.
PAL. Iubémus te sálvere, máter. PTOL. Salvéte,
puéllae. sed únde

---

240 ess, *cf. Merc. 489, carm. lat. ep. 1038, 5* 244 uiuere ut *Reizius* 245 quọṃ *A:* quam *P* 247—260 *paucissima servata extremorum versuum (248—252 nihil) A* 247 levias *CD* 248 mest oratio, *corr. Pylades, Reizius* 251 hie cum uiuo aueste *P, corr. Saracenus;* hic in umida ueste *Macrobius de verb. diff. G. L. 5, 652 K., cf. v. 264. 409. 573* 252 *et metrum (cf. Meyerus act. acad. Monac. 1884, 95) Terentianum et adiectivum, cf. Andr. 632* 253. 254 *in A exeunt ut in P* 254 [uidesne] *Baierus comment. Hertz. 280* 257 ⟨quisquis⟩ *Camerarius* exigat *A* 258 ạḍ[iuu]ẹṭ *AB:* adiuuat *CD* SACRDOS (*sic*) et eidem c *D, spat. A ut BC* 260 precantum me *CD* 261—481 *deest A* 262 *sq. disp. B:* Patronam — te | Salvere — uos (*sed* Sed) | Ire — uestitas 262 exsequuntur

vos íre [cum uvida veste] dicam, óbsecro, tam maéstiter vestítas?
PAL. Ílico hinc ímus, haud lóngule ex hóc loco;
vérum longe hínc abest únde advectae húc sumus.
PTOL. Némpe equo ligneo pér vias caérulas
éstis vectae? PAL. Ádmodum. PTOL. Ergo aéquius vós erat
cándidatás venire hóstiatásque. ad hoc
fánum ad istúnc modum nón veniri solet.
PAL. Quaéne eiectae é mari símus ambae, óbsecro,
únde nos hóstias agere voluisti huc?
núnc tibi ampléctimur génua egentés opum,
quae ín locis nésciis néscia spé sumus,
út tuo récipias técto servésque nos
míseriarúmque te ambárum uti mísereat,
quibús nec locúst ullus néc spes parata,
neque hóc ampliús, [quam] quod vidés, nobis quícquamst.
PTOL. Manús mihi date, éxurgite á genibus ámbae.
misérícordiór nulla me ést feminárum.
sed haéc pauperés res sunt inopesque, puellae:
egomét ⟨meam⟩ vix vitám colo; Veneri cibo meo sérvio.
AMP. Veneris fanum, obsecro, hóc est?
PTOL. Fateór. ego huius fáni sacérdos clueo.
verúm, quidquid ést, comitér fiet á me,
quo núnc copia valebit.
ite hác mecum. PAL. Amíce beníneque honórem,
matér, nostrum habés. — PTOL. Oportet. —

---

265 vorsire *Nonius 511* c. u. u. (*item Nonius*) *spuria verba* (*Crainius, cf. 251*) *expulerunt si quid septenario deest* maestiter *test. Nonius, Priscianus 2, 71:* mestiter *B*, aestiter *CD* ueste uestitas *Nonius* 266 aut longula 267 ab es bundae uectae sumus *CD* 268 equo *ς:* et quo *CD*, et quod *B* caeruleas 269 at modum *BC* suos erat *B*, uos orat *CD* 272 quae nec *B ante corr.*, *CD* sumus, *corr. Bentleius* 273 huc *non addit Charisius 224* uoluisti huc adigere *Spengelius* 274 tibi iam plectimur 275 nescias pessimus *Gelli codd. 9, 12, 21* (*item Noni 145*) 278 locus *et* parata est, *corr. Reizius* 279 [quam] *Reizius* quot uidens nobis qui quast 282 hic *B ante corr.?* res *om. CD* inopes *Hermannus* 283 ⟨meam⟩ *Fleckeisenus, Spengelius* ueniri seruiuo *BCD*[a] 284 *sq. disp. B:* Veneris — Fateor | ego — quicquid (*sed* Verum) | est — ualebit 285 facerdos *B* 286 comite *D*, comitem *C* 287 non *CD* (*scil.* nc̄) *de metro cf. 289, ad Men. 762; nisi et hoc colon* (*uelut* copia quo) *et 289 iambica sunt, cf. 283 sq.*

PISCATORES II 1

Omnibus modis qui paúperes sunt hómines miseri vívont,
praesertim quibus nec quaestus est, nec didicere artem ullam:
necessitate quidquid est domi id sat est habendum.
nos iam de ornatu propemodum ut locupletes simus scitis:
hisce hami atque haec harundines sunt nobis quaestu et cultu.
* * ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum:
pro exercitu gymnastico et palaestrico hoc habemus;
echinos, lopadas, ostreas, balanos captamus, conchas,
marinam urticam, musculos, plagusias striatas;
post id piscatum hamatilem et saxatilem aggredimur.
cibum captamus e mari: si eventus non evenit
neque quicquam captumst piscium, salsi lautique pure
domum redimus clanculum, dormimus incenati.
atque ut nunc valide fluctuat mare, nulla nobis spes est:
nisi quid conclarum capsimus, incenati sumus profecto.
nunc Venerem hanc veneremur bonam, ut nos lepide adiuerit hodie.

TRACHALIO II 2

Animum adversavi sedulo, ne erum usquam praeterirem;
nam cum modo exibat foras, ad portum se aibat ire,
me huc obviam iussit sibi venire ad Veneris fanum.
sed quos perconter commode eccos video astare. adibo.
salvete, fures maritimi, conchitae atque hamiotae,
famelica hominum natio. quid agitis? ut peritis?

---

290 PISCATORES *D* *de hoc sermone cf. Marxius ind. Gryphisw. 1892/93, 10 sq.* 291 edidicere *Marxius*, nullam *Spengelius* 292 it *BC* 294 hisce hami *Camerarius:* his cenam i (i *om. CD*) hae quest tu *CD* 295 *spatium BC;* ⟨cotidie⟩ *Camerarius et 'libri veteres' Lambini; potius* primo mane *vel similiter. adulescentes divites cum primo luci in palaestram commeant, ipsi ad mare* 296 palestricum 297 hostrias (ostrias *CD*[1], *cf. Marxius 11*) balano 298 plagusias *corruptum* (placusias *quasi* πλακοέσσας *Salmasius*); ῥαβδωτούς *pectines dicit Aristoteles* (*Marxius 11*), τοὺς σωλῆνας (τοὺς πρός τινων αὐλοὺς καὶ δόνακας καὶ ὄνυχας καλουμένους) *Diphilus medicus Athen. p. 90 d* 299 hammattilem *CD*[2] ac greditur *B*, adgreditur *CD, corr. Merula* 300 uenit, *corr. Bothius* 300—302 *spurios esse iudicat et posteriori recensioni* (*295. 300—302. 305*) *ascribit Marxius 11 sq.; sed v. 303 vereor ne sine illis nullam vim habeat, qui generatim enuntiant quod deinde ad huius diei condicionem refertur* 303 ut *om. B* 304 concharum ς cenati *Reizius; de structura cf. 810 sq. all.* 305 adiuuerit 306 TRACHALIO SERVVS ET IDEM PISCA O *D* animo *corr. Dissaldeus* praeterimus *B* 307 alebat 309 eccons *et ex corr.* eocons *CD*, eccon si *B* adito

Pisc. Vt piscatorem aequomst, fame sitique [speque] *
Trach. * * ecquem adulescentem
huc, dum hic astatis, strenua facie rubicundum fortem,
qui tres secum homines duceret chlamydatos cum machaeris,
vidistis ⟨vos⟩ venire * ? *
Pisc. Nullum istac facie ut praedicas venisse huc scimus. Trach. Ecquem
recalvom ac silanum senem, statutum, ventriosum,
tortis superciliis, contracta fronte, fraudulentum,
deorum ódium atque hominum, málum, mali viti probrique plenum,
qui duceret mulierculas duas sécum satis venustas?
Pisc. Cum istius modi virtutibus operisque natus qui sit,
eum quidem ad carnificem est aequius quam ad Venerem commeare.
Trach. At si vidistis, dicite. Pisc. Huc profecto nullus venit.
vale. — Trach. Valete. credidi: factum est quod suspicabar,
data verba ero sunt, leno abit scelestus exulatum,
in navem ascendit, mulieres avexit: hariolus sum.
is huc erum etiam ad prandium vocavit, sceleris semen.
nunc quid mihi meliust, quam ilico hic opperiar erum dum veniat?
eadém, sacerdos Veneria haec si quid amplius scit,
si videro, exquisivero: faciet me certiorem.

AMPELISCA II 3

Intellego: hanc quae proxuma est villam Veneris fano
pulsare iussisti atque aquam rogare. Trach. Cuia ad auris
vox mi advolavit? Amp. Obsecro, quis hic loquitur? quém ego video?
Tr. Estne Ampelisca haec quae foras e fano egreditur? Am. Estne hic

---

312 *sq. disp. B:* Vt — speque | Ecquem — astatis | Strenua — tres | Duceret — uidisti seni | Nullum — scimus | ecquem — uentriosum (*sea* Recaluum), *atque remotis quidem a margine initiis* Vt, Ecquem, Nullum, ecquem, *ut alias lacunae significantur* (*item 321*) 312 speque *hic ipso acumine ineptum delevit Guietus* 315 ⟨secum homines⟩ *Mitscherlichius:* '*ex nostris libris vet. nonnulli habent* semihomines' *Lambinus* clamidatos cum macheriis uidisti seni, *unde uersus 315ᵃ initium recuperavit Seyffertus* (*v.* huc *314*) *cf. Marxius ad Herenn. 4, 65* 317 at *Silani cognomen frequens Romanis, cf. Silo* (silus, silo *Festus 340 Nonius 25; hic* silonem ς). *Lucr. 4, 1169* simula Silena ac saturast. (recaluum ad Silanum *tali notationi non convenit*) 318 *rectius* contracto, *cf. Mil. 201, Nonius 204; fort.* coacto 321 modis *B* siet 322 at carn. 324 quo 328 nunquid *C,* numquid *D* melius *B* illico *B* operiar *BD* 329 hanc (haec ς) sacerdos Veneria, *correxi* 331 MVLIER AMPELISCA TRACHALIO SERVVS *D* proxima est *B,* proxumast *CD;* ⟨me⟩ uillam *post Camerarium Bentleius; cf. Brixius annal. phil. 131, 202* 332 atquaquam cui, *corr. Merula* 333 quem *Camerarius:* TR. quem *D* (*deinde om.*), † quem *BC* 334 haec *om. CD*

Trachalio, quem conspicor, calator Plesidippi?
TRACH. East. AMP. Is est. Trachalio, salve. TRACH. Salve, Ampelisca.
quid agis tu? AMP. Aétatem haud malam male. TRACH. Melius ominare.
AMPH. Verum omnes sapientes decet conferre et fabulari.
sed Plesidippus tuos erus ubi, amabo, est? TRACH. Heia vero,
quasi non sit intus. AMP. Neque pol est neque huc quidem ullus venit.
TR. Non venit? AMP. Vera praedicas. TR. Non est meum, Ampelisca.
sed quam mox coctum est prandium? AMP. Quod prandium, obsecro te?
TRACH. Nempe rém divinam facitis hic. AMP. Quid somnias, amabo?
TRACH. Certe huc Labrax ad prandium vocavit Plesidippum
erúm meum erus vestér. AMP. Pol haud miranda facta dicis:
si deos decepit et homines, lenonum more fecit.
TRACH. Non rem divinam facitis hic vos neque erus? AMP. Hariolare.
TRACH. Quid tu agis hic igitur? AMP. Ex malis multis metuque summo
capitalique ex periculo orbas auxilique opumque huc
recepit ad se Veneria haec sacerdos me et Palaestram.
TRACH. An hic Palaestrast, obsecro, erí mei amica? AMP. Certo.
TRACH. Inest lepos in nuntio tuo mágnus, mea Ampelisca.
sed istúc periclum perlubet quod fuerit vobis scire.
AMP. Confracta est, mi Trachalio, hac nocte navis nobis.
TRACH. Quid navis? quae istaec fabulast? AMP. Non audivisti, amabo,
quo pacto leno clanculum nos hinc auferre voluit
in Siciliam et quidquid domi fuit in navem imposivit?
ea nunc perierunt omnia. TRACH. Oh, Neptune lepide, salve,
nec te aleator nullus est sapientior; profecto
nimis lépide iecisti bolum: periurum perdidisti.
sed nunc ubi est leno Labrax? AMP. Periit potando, opinor.
Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit.
TRACH. Credo hercle anancaeo datum quod biberet. ut ego amo te,
mea Ampelisca, ut dulcis es, ut mulsa dicta dicis.
sed tu et Palaestra quomodo salvae estis? AMP. Scibis faxo.

---

337 tu agis *Bothius* haut mala male *B* TR. *Camerarius:* AM. *D* 338 conferre et *non sanum;* et colere et *l. Langius annal. phil. 141, 139* 339 plenidippus helauero *BCD*[1] 342 quot *B* 343 hic hic *B* 344 plesidippum uocauit ad prandium *B*, plesidippum ad prandium uocauit *CD, corr. Reizius* 348 hic *om. B* 349 periclo 350 recipit, *cf. 410* 351 palestra sit *B* ameica *B* 357 inposuit 358 ioh *B* 360 lecisti *B* peiurum *CD* 361 perit 362 Neptuneus *B* 363 *totum servo dedit Pistoris;* TR. *ante* ut *D* herche *B* an ancaeo *B cum Turnebi schedis:* anan eo *CD; fort. ἀναγκαῖον, cf. Plat. conv. 176 e ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι, Athen. 427 f sq., Alexis ib. 67e et alia* 365 set tu *C ex corr.:* scitu (—ta *B*)

⟨de⟩ navi timidae ambae in scapham insiluimus, quia videmus
ad saxa navem ferrier; properans exsolvi restim,
dum illi timent; nos cum scapha tempestas dextrovorsum
differt ab illis. itaque nos ventisque fluctibusque
iactatae exemplis plurimis miserae perpetuam noctem;
vix hodie ad litus pertulit nos ventus exanimatas.
TRACH. Novi, Neptunus ita solet, quamvis fastidiosus
aedilis est: si quae improbae sunt merces, iactat omnis.
AMP. Vae capiti atque aetati tuae. TRACH. Tuo, mea Ampelisca.
scivi lenonem facere hóc, quod fecit, saepe dixi;
capillum promittam optimumst occipiamque hariolari.
AMP. Cavistis ergo tu atque erus ne abiret, cum scibatis.
TRACH. Quid faceret? AMP. Sí amabat, rogas, quid faceret? adservaret
dies nóctesque, in custodia esset semper. verum ecastor
ut multi fecit ita probe curavit Plesidippus.
TRACH. Cur tu istuc dicis? AMP. Res palam est. TRACH. Scin tu? etiam
qui it lavatum
in balineas, cum ibi sedulo sua vestimenta servat,
tamen surripiuntur, quippe qui quem illorum observet falsust;
fur facile qui observat videt: custos qui fur sit nescit.
sed duce me ad íllam ubi est. AMP. I sane in Veneris fanum huc intro,
sedentem flentemque opprimes. TRACH. Vt iam istuc mihi molestumst.
sed quid flet? AMP. Ego dicam tibi: hoc sése excruciat animi,
quia leno ademit cistulam ei, quam habebat ubique habebat
qui suos parentis noscere possét: eam veretur
ne perierit. TRACH. Vbinam ea fuit cistellula? AMP. Ibidem in navi.
conclusit ipse in vidulum, ne copia esset eius,
qui suos parentes nosceret. TRACH. O facinus impudicum,
quam liberam esse oporteat servire postulare.
AMP. Nunc eam cum navi scilicet abiisse pessum in altum.
et aurum et argentum fuit lenonis omne ibidem.
T. Credo aliquem immersisse atque eum excepisse. A. Id misera maestast,

---

366 de naui *Fleckeisenus:* nauis 367 at *B* exsoluisti *CD* restem *B* 371 nos *om. B* 372 quamuis *CD:* quauist a *B* 376 *fort.* lenonem facere hoc sciuimus, *cf. 378* 377 incipiantque *Nonius 362* 379 at seruaret *B,* aut seruaret *CD* 383 ibi cum *CD* 384 obseruat *B ante corr., CD* falsus est 385 qui *prius Goetzius:* quem 386 *fort.* illam. A. i sane — T. ubist? A. in 387 molestust 390 quis nos *B:* qui nos *CD* 392 opia *B* ei *Luchsius* 395 eum *Bentleius* abisse *B* 396 omne *om. CD* 397 it

sibi eorum evenisse inopiam. Trach. Iam istoc magis usus factost,
ut eam intro consolerque eam, ne sic se excruciet animi;
nam multa praeter spem scio multis bona evenisse.
Amp. At ego étiam, qui speraverint spem decepisse multos.
Trach. Ergo animus aequos optimum est aerumnae condimentum.
ego eo intro, nisi quid vis. — Amp. Eas. ego quod mihi imperavit
sacerdos, id faciam atque aquam hinc de proximo rogabo;
nam extemplo, si verbis suis peterem, daturos dixit.
neque digniorem censeo vidisse anum me quemquam,
cui deos atque homines censeam bene facere magis decere.
ut lepide, ut liberaliter, ut honeste atque haud gravate
timidas egentes uvidas eiectas exanimatas
accepit ad sese, haud secus quam si ex se simus natae;
ut eapse ⟨sic⟩ succincta aquam calefactat, ut lavemus.
nunc ne morae illi sim, petam hinc aquam, unde mi imperavit.
heus ecquis in villast? ecquis hoc recludit? ecquis prodit?

SCEPARNIO II 4

Quís est qui nostris tám proterve fóribus facit iniúriam?
Amp. Égo sum. Scep. Hem, quid hoc boni est? eu edepol specie lepida
mulierem.
Amp. Salve, adulescens. Scep. Et tu multum salveto, adulescentula.
Amp. Ad vos venio. Scep. Accipiam hospitio, si mox venies *
item ut adfectam; nam nunc nihil est qui te manem *
sed quid ais, meá lepida, hilara? Amp. Aha, nimium familiariter
me attrectas. Scep. Pro di immortales, Veneris effigia haec quidem est.
ut in ocellis hilaritudo est, heia, corpus cuius modi,
subvolturium — illud quidem, subaquilum volui dicere.
vel papillae cuius modi, tum quae indoles in saviost.
Amp. Non ego sum pollucta pago. potin ut me abstineas manum?
Scep. Non licet saltem sic placide bellam belle tangere?

---

398 uenisse *CD* 399 ut *Camerarius:* ne sic se *Guietus:* se sic 404 it *B* 405 exemplo siue 409 egente is 410 accipit 411 ea spe ⟨sic⟩ *Camerarius* 412 mora, *corr. Camerarius* 413 hoc *om. CD* equis *B* SCEPARNIO SERVVS AMPELISCA · MVLIER *D; 414 puellae, 415 servi D* 415 mulier, *corr. Dousa* 417 ueni is *CD*[1] *cum spatio ut v. sq.*, uenis *B; cf. 111* 418 adfectam *cf. Paulus 2* inanem *B; 417* uenies uesperi (*'sic legitur — in nostris vet. libris sine ulla litura aut depravatione litterarum'*). *418* mane mulierem *'e libris vet.' Lambinus. non satis certum emendationis fundamentum* 419 ah animum *B* 420 adtractas *CD* 423 salost *B* 425 saltem *L.:* te

AMP. Otium ubi erit, tum tibi operam ludo et deliciae dabo;
nunc quam ob rem huc sum missa, amabo, vel tu mi aias vel neges.
SCEP. Quid nunc vis? AMP. Sapienti ornatus quid velim indicium facit.
SCEP. Meus quoque hic sapienti ornatus quid velim indicium facit.
AMP. Haec sacerdos Veneris hinc me petere aquam iussit a vobis. +
SCEP. At ego basilicus sum: quem nisi oras, guttam non feres.
nostro illum puteum periclo et ferramentis fodimus.
nisi multis blanditiis a me gutta non ferri potest.
AMP. Cur tu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti commodat?
SCEP. Cur tu operam gravare mihi quam civis civi commodat?
AMP. Immo etiam tibi, mea voluptas, quae voles faciam omnia.
SCEP. Eugepae, salvos sum, haec iam me suam voluptatem vocat.
dabitur tibi aqua, ne nequiquam mé ames. cedo mi urnam. AMP. Cape.
propera, amabo, efferre. SCEP. Manta, iam hic ero, voluptas mea. —
AMP. Quid sacerdoti me dicam hic demoratam tam diu?
ut etiam nunc misera timeo, ubi oculis intueor mare.

sed quid ego misera video procul in litore?
meum erum lenonem Siciliensemque hospitem,
quos periisse ambos misera censebam in mari.
iam illud mali plus nobis vivit quam ratae.
sed quid ego cesso fugere in fanum ac dicere haec
Palaestrae, in aram ut confugiamus prius quam huc +
scelestus leno veniat nosque hic opprimat?
confugiam huc, ita res suppetit subit*

SCEPARNIO II 5

Pro di immortales, in aqua numquam credidi
voluptátem inesse tantam. ut hanc traxi lubens.

---

427 alas 430 haec *B:* hic *CD* a uobis: *fort.* sibi, *cf. 405* 431 bassilicus *B,* basiliscus *C* 432 nos proillum periculo 435 commendat *B* 438 meam scedo *B* 440 me *B:* meo *CD* demoratum *Muellerus, cf. ad Epid. 630* 442—450 (*scil. lacunas statuerat Fleckeisenus propter binorum singulorumve versuum spatia per hanc scaenam in B* (*f.* 173^v) *passim relicta, cum f.* 174^r *alia manus incipiat; cf. Schoellius ad II 4 in.*) procul uideo *B* littore *CD* 451 sicillensemque *B* 453 mali plus *Camerarius:* plus mali 455 cumfugiamus *CD* prius in aram ut confugiamus quam huc *Schoellius* 457 huc *Lambinus 'ex codd.':* huic res ita *CD* subit⟨o mihi⟩ *Camerarius,* subit⟨aria⟩ *Vssingius* *secuntur in B v. 466. 467 deleti* (*a* B^1*?*) *et suo loco redeuntes* 458 SCEPARIO SERVVS (*dein* AMPELIS *eras.*) DV *D*

nimio minus altus puteus visust quam prius.
ut sine labore hanc extraxi, praefiscine.
satin néquam sum, ut pote qui hodie amare inceperim?
em tibi aquam, mea tu belliata. em sic volo
te ferre honeste, ut ego fero, ut placeas mihi.
sed ubi tu es, delicata? cape aquam hanc sis. ubi es?
amat hercle me, ut ego opinor. delituit mala.
ubi tu es? etiamne hanc urnam acceptura es? ubi es?
commodule ludis. tandem vero serio,
etiam acceptura es urnam hanc? ubi tu es gentium?
nusquam hercle equidem illam video. ludos me facit.
adponam hercle urnam iám ego hanc in media via.
sed autem, quid si hanc hinc abstulerit quispiam,
sacram urnam Veneris? mi exhibeat negotium.
metuo hercle ne illa mulier mi insidias locet,
ut comprehendar cum sacra urna Veneria.
nempe optimo ⟨me⟩ iure in vinclis enicet
magistrátus si quis me hanc habere viderit.
nam haec litteratast, eapse cantat cuia sit.
iam hercle evocabo hinc hanc sacerdotem foras,
ut hanc accipiat urnam. accedam huc ad fores.
heus exi, Ptolemocratia, cape hanc urnam tibi:
muliercula hanc nescio quae huc ad me detulit.
intro ferundast. repperi negotium,
siquidem hís mihi ultro ádgerunda etiam est aqua. —

LABRAX II 6

Qui homo sese miserum et mendicum volet, +
Neptuno credat sese atque aetatem suam:
nam si quis cúm eo quid rei commiscuit,

---

460 uisus est 461 praeficiscine *cum Turnebi schedis* (*ut Asin. 491*), *corr. Camerarius* 462 satis, *corr. Bothius* prote, *corr. Camerarius* inceperim amare, *corr. Pylades* 463 hem *utrumque CD* belliata *cf. Cas. 854* 465 tu *om. CD* sis *B:* si *CD* 467 *de B cf. ad 457* es *B utrubique:* est *CD* acceptura es *ς:* accepturas *CD*, acceptura *B utrubique* 468 ludis *Fleckeisenus:* melius 470*sq.* equidem — hercle *om. CD* 476 obtimo *C*, obtime *D* ⟨me⟩ *Camerarius* 477 magistra iussi *CD* 478 litterat est *B*, litteratas *CD* eapse *B:* abse *CD* 481 heus exi *Seyffertus:* heus si *CD* (*cum spat. ante* si), eu si *B* ptolemo (-meo *CD*) gratia, *corr. Camerarius* 482 *accedit A;* 482—498 *paucissima in initiis servata* 483 inpro *P*, *A n. l.* (*recte Lambini 'libri omnes vet.'*) 485 LABRAX LENO CHARMIDES PARASITVS *D* qui— *item A* ⟨esse⟩ sese *Bentleius; cf. Asin. 68*

ad hoc exemplum amittit ornatum domum.
edepol, Libertas, lepida es, quae numquam pedem
voluisti in navem cum Hercule una imponere.
sed ubi ille meus est hospes, qui me perdidit?
atque eccum incedit.

CHARMIDES

Quo malum properas, Labrax?
nam equidem te nequeo consequi tam strenue.
LABR. Vtinam te prius quam óculis vidissem meis,
malo cruciatu in Sicilia perbiteres,
quem propter hoc mihi optigit misero mali.
CHARM. Vtinam, quom in aedis me ad te adduxisti ⟨tuas⟩,
in carcere illo potius cubuissem die.
deosque ímmortales quaeso, dum vivas uti
omnes tui símiles hospites habeas tibi.
LABR. Malam fortunam in aedis te adduxi meas.
quid mihi scelesto tibi erat auscultatio,
quidve hinc abitio quidve in navem inscensio?
ubi perdidi etiam plus boni quam mihi fuit.
CHARM. Pol minime miror, navis si fractast tibi,
scelus te ét sceleste parta quae vexit bona.
LABR. Pessum dedisti me blandimentis tuis.
CHARM. Scelestiorem cenam cenavi tuam,
quam quae Thyestae quondam aut posita est Tereo.
LABR. Perii, animo male fit. contine quaeso caput.
CHARM. Pulmoneum edepol nimis velim vomitum vomas.
LABR. Eheu, Palaestra atque Ampelisca, ubi estis nunc?
CHARM. Piscibus in alto, credo, praebent pabulum.
LABR. Mendicitatem mi optulisti opera tua,

---

490 hercle, *corr. Camerarius* unam *B* *philosophi commentum Diphilus respicere videtur. ad Omphalam rettulit Vssingius. Gruterus contulit Lucian. de merc. cond. 23* οὐ γὰρ ἐθελήσει σοι ἡ Ἐλευθερία συνεισελθεῖν ἐφ' οὕτως ἀγεννῆ πράγματα καὶ ταπεινὰ εἰσιόντι 494 ⟨hisce⟩ oculis *Marxius ind. Gryphiw. 1892/93, 13* 495 siciliam, *corr. Camerarius* 496 optigi (obt. *D*) *CD* 497 c. *om.* aedes *B* ⟨tuas⟩ *Camerarius, cf. 501* 498 incarcare CD^1 499—516 *paucissima in extremis versibus servata A* 500 lui *P, A n. l.* 501 aedes *B* 502 erit *CD* 503 abito 505 ibi *P, A n. l.* 509 aut posita est *Nettleship journ. of philol. 19, 109:* anteposita est ettereo *P* (*cum codd. Lambini*); *A n. l.* 510 L. *om.* peri 512 amplisca *BC*

dum tuis ausculto magnidicis mendaciis.
CHARM. Bonam est quod habeas gratiam merito mihi,
qui te ex insulso salsum feci opera mea.
LABR. Quin tu hinc is a me in maxumam malam crucem?
CHÁRM. Eas. easque res agebam commodum.
LABR. Eheu, quis vivit me mortalis miserior?
CHARM. Ego multo tanto miserior quam tu, Labrax.
LABR. Qui? CH. Quia ego indignus sum, tu dignus qui sies.
LABR. O scirpe, scirpe, laudo fortunas tuas,
qui semper servas gloriam aritudinis.
CHÁRM. Equidem me ad velitationem exerceo,
nam omnia corusca prae temore fabulor.
LABR. Edepol, Neptune, es balineator frigidus:
cum vestimentis postquam aps té abii, algeo.
CHARM. Ne thermipolium quidem ullum instruit,
ita salsam praehibet potionem et frigidam.
LABR. Vt fortunati sunt fabri ferrarii,
qui apud carbones adsident: semper calent.
CHARM. Vtinam fortuna nunc anetina úterer,
ut quom exiissem éx aqua, arerem tamen.
LABR. Quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem?
CHARM. Quapropter? LABR. Quia pol clare crepito dentibus.
CHARM. Iure optumo me élavisse árbitror.
L. Qui? CH. Qui ⟨un⟩a auderem tecum in navem ascendere,
qui a fundamento mi usque movisti mare.
LABR. Tibi auscultavi, tu promittebas mihi

---

518 eis *A* 519 eas *A:* das *P* 521 tanta *AP, correctum in B* 525 ad uelitatonem *A*, at uelitationem *P, cf. Most. 862;* advelitatione *ex schedis* (at u.) *Turnebus, cf. Paulus 28* aduelitatio iactatio quaedam uerborum figurata ab hastis uelitaribus. *Reitzensteinius quaest. Verr. 62* 526 teremore *A* 527 balneator *P* 528 quom *A* a *B* abi *P* 529 thermopolium *P* (*ex* therimop. *D*) ullum ⟨ille⟩ *Camerarius* 530 praebet *P* 531 o. *om.* 533 *fort.* anitina *A* *Nonius 406* utinam fortunam nunc anutinam terent 534 ut *om. Nonius* exissem *AP, Nonius;* uti quom exiuissem *Camerarius* rerem *Nonius* 535. 536 *cf. Paul. 128, qui omittit* aliquo *et* quia pol 537 me ⟨sic⟩ *Hermannus; passim hic dentes crepitantes syllabas explevisse suspicantur Seyffertus B. phil. w. 7, 1628 et Sonnenscheinius* lauisse *AP, corr. Fleckeisenus* 538 quia *P*, qui *A, corr. Marxius p. 12* 525—539 *personarum spatia codices habent v. 535. 536. 538, nomina D v. 527* CH., *533* LA; *vulgo post Camerarium v. 531. 532 Charmides loquitur, ut deinceps se excipiant; sed v. 529 sermonem ab altero excipi omissa apostrophe ostendit*

illi esse quaestum maximum meretricibus,
ibi me conruere posse aiebas ditias.
CHARM. Iam postulabas te, impurata belua,
totam Siciliam devoraturum insulam?
LABR. Quaenam ballaena meum voravit vidulum,
aurum atque argentum ubi omne compactum fuit?
CHARM. Eadem illa, credo, quae meum marsuppium,
quod plenum argenti fuit in sacciperio.
LABR. Eheu, redactus sum usque ad unam hanc tuniculam
et ad hoc misellum pallium. perii oppido.
CHARM. Vel consociare mihi quidem tecum licet:
aequas habemus partes. LABR. Saltem si mihi
mulierculae essent salvae, spes aliquae forent.
nunc si me adulescens Plesidippus viderit,
quo ab arrabonem pro Palaestra acceperam,
iam is exhibebit hic mihi negotium.
CHARM. Quid, stulte, ploras? tibi quidem edepol copiast,
dum lingua vivet, qui rem solvas omnibus.

SCEPARNIO II 7

Quid illuc, opsecro, negotist quod duae mulierculae
hic in fano Veneris signum flentes amplexae tenent,
nescio quém metuentes miserae? nocte hac aiunt proxuma
se iactatas, atque eiectas hodie esse aiunt e mari.
LABR. Opsecro hercle, adulescens, ubi istaec sunt quas memoras mulieres?
SCEP. Hic in fano Veneris. LABR. Quot sunt? SCEP. Totidem quot ego et tu sumus.
LABR. Nempe meae? SCEP. Nempe néscio istuc. LABR. Qua sunt facie? SCEP. Scitula.
vel ego amare utramvis possum, si probe adpotus siem.

---

541 illic *P* 542 alebas *P* diuitias *AP* 544 siceliam *A* deuoraturum *AB²:* deuortaturum *P* 545 ballaena *A:* ballena *B*, bellana *CD* 547 marsuppium *AC:* marsippium *B*, marsupium *D* 549 tuiniculam *A* 551 consciare *P* 555 quo ab *A:* a quo *P* arrabone *A* 556 is exibebit *A:* sexhibebit *B*, se exhibebit *CD* 559 SERVVS LENO PARASITVS *A*, DEMONIS SENEX (*cf. 571. 583*). CHARMIDES PARASITVS *D*, *spat. BC* illuc opsecro negotist *Fleckeisenus:* illuc opsecro negoti *A*, illuc est (est illuc *CD*) obsecro negotii *P* 561 aiunt *A:* nunc *B*, non *CD; cf. Ribbeckius ad Mil. 61* 562 eie[ct]as *A:* iectas *P* 563 istec *P*, istae *A* 564 q[uo]d ego *ACD* 566 possum *AP*, *scil.* potis sum *cum lusu verborum* adpotus siem *A:* at potussiem *B*, at potuissim *CD¹* (siem *D²*)

LABR. Nempe puellae? SCEP. Nempe moléstus es. i vise, si lubet.
LABR. Meas oportet intus esse hic mulieres, mi Charmides.
CHARM. Iuppiter te perdat, et si sunt, et si non sunt tamen.
LABR. Intro rumpam iam huc in Veneris fanum. — CHARM. In barathrum mavelim.
opsecro, hospes, da mihi aliquid ubi condormiscam loci.
SCEP. Istic ubi vis condormisce; nemo prohibet, publicum est.
CHARM. At vides me ornatus ut sim vestimentis uvidis:
recipe me in tectum, da mihi vestimenti aliquid aridi,
dum arescunt mea; in aliquo tibi gratiam referam loco.
SCEP. Tegillum eccillud, mihi unum id aret; id si vis, dabo:
eodem amictus, eodem tectus esse soleo, si pluit.
tu istaec mihi dato: exarescent faxo. CHARM. Eho an te paenitet,
in mari quod elavi, ni híc in terra iterum eluam?
SCEP. Eluas tu an exunguare, ciccum non interduim.
tibi ego numquam quicquam credam, nisi si accepto pignore.
tu vel suda vel peri algu, vel tu aegrota vel vale.
barbarum hospitem mi in aedis nil moror. sat litiumst. —
CHARM. Iamne abis? venalis illic ductitavit, quisquis est;
non est misericors. sed quid ego hic asto infelix uvidus?
quin abeo huc in Veneris fanum, ut edormiscam hanc crapulam,
quam potavi praeter animi quam libuit sententiam?
quasi vinis Graecis Neptunus nobis suffudit mare,
itaque alvom prodi speravit nobis salsis poculis;
quid opust verbis? si invitare nos paulisper pergeret,

567 nempe puellae (pulle *B*) *P:* nepuellae *A* es i ueisse *A:* est uise *P* 568 mi *A:* me *P* 570 baratrum *ACD* 572 pupl[ic]um *A* 573 ut ornatus sim *A* 574 uesti aliquid *P*, aliquid uestimenti *A* 575 loco *om.* *P* 576 tegillum ecillum mihi unum id aret id si vis dabo *A*, tigillum ec (eo *CD*) illud mihi unum aretit si uis dabo *P*, tegillum mihi aret id si uis dabo *Paulus 366, cf. Nonius 179. Buechelerus mus. Rhen. 39, 422 sq.* 577 si pluuit *P*, ubi [pluit] *A* 579 el[au]i ne *AB*, delauine *CD*, elaui nisi *Turnebi schedae;* ⟨semel⟩ elaui *Muellerus* *cf. Lucil. 536* 580 tu an *B:* tua ne *CD, A n. l.* exungare *P:* —uare *A* interdum *P* 581 *Charmidi tribuendus videtur* si *om.* *AD* 582 uel etiam aegrota *Priscianus 1, 235* (*Charisius 122 tantum* tu — algu) 583 aedis *A*, aede is *P* *mirum et quod barbarum appellat et quod loquitur quasi ipse Daemones sit* 584 abeis *A* uenalis *bis BD* illic *A* 586 huc *A:* hinc *P; cf. 570. 622* 587 *fort.* quom p. 588—602 *initia fere servata A* 589 pr[odi] sp[erauit] *AP, cf. Lucr. 3, 603* extra prodita corpus (anima), *ubi additum est quod hic desideramus; conieci* perpurigauit, *cf. Cat. de agri cult. 115* aluum mouebit et postridie perpurgabit sine periculo falsis *CD* 590 nobis *CD*

ibidem obdormissemus: nunc vix vivos amisit domum.
nunc lenonem quid agat intus visam, convivam meum. —

DAEMONES III 1

Miris modis di ludos faciunt hominibus:
[mirisque exemplis somnia in somnis danunt]
ne dormientis quidem sinunt quiescere.
velut ego hac nocte quae praecessit proxima
mirum atque inscitum somniavi somnium.
ad hirundininum nidum visa est simia
ascensionem ut faceret admolirier

* *

neque eas eripere quibat inde. postibi
videtur ad me simia adgredirier,
rogare scalas ut darem utendas sibi.
ego ad hoc exemplum simiae respondeo,

* *

natas ex Philomela + atque ex Progne esse hirundines.
ago cum illa, ne quid noceat meis popularibus.
atque illa ánimo iam fieri ferocior;
videtur ultro mihi malum minitarier.
in ius vocat med. ibi ego nescio quo modo
iratus videor mediam arripere simiam;
concludo in vincla bestiam nequissimam.
nunc quam ad rem dicam hoc attinere somnium,
numquam hodie quivi ad coniecturam evadere.

---

591 nunc *ex* nam *ut vid. B* 592 agit, *corr. Camerarius* -N- *A*, DEMONIS·IS· *D* *cf. Merc. 225—254. Diphilus Philemonem imitatus est, narrationem meliorem fecit, loco minus apto intulit. Plautus utram fabulam prius latinam fecerit non constat* 593. 594 *eidem Merc. 225. 226, quorum alterum huc non quadrare intellexit Ritschelius* (*op. 2, 283*) 593 miris *in D rubricator addidit*, m[ei]r[is] *A*, *om. spatio relicto BCD*[1] 594 [m]iris- *A*, uirisque *B* somnia *Merc. 226:* omnia *B*, *Donatus ad And. 2, 5, 19*, nam omnia *CD* 596. 597 *cf. Merc. 227. 228* 596 processit 598 at *P*, *A n. l.* uisa est mihi simia *Priscianus 1, 80* 599 adoririer *Priscianus* *sequitur in A versus* ụṭ [ị̣ṇ ọṃ]ṇịbụṣ ṛu[ç̣ạ]ṣịṭ — — ṇ[ịṣ] ṣụịṣ (*plurima incertissima*), *om. P* 601 uidebatur *P* *inter* 603 *et* 604 *versus intercessit A* 604—619 *paucissima servata A* 604 atque ex progne *P* (*A n. l., sed versus brevior fuit*): attica *Schoellius* 606 illaec *Pylades;* illa nimio *Acidalius* 608 me 611 *cf. Merc. 252* nunc quam *ς:* nunquam at col ecturam *B* (*i. e.* colecturam)

sed quid hic in Veneris fano meae viciniae
clamoris oritur? animus mirat⟨ur meus.⟩

TRACHALIO III 2

Pró Cyrenenses populares, vostram ego imploro fidem,
agricolae, accolae propinqui qui estis his regionibus,
ferte opem inopiae atque exemplum pessumum pessum date.
vindicate, ne impiorum potior sit pollentia
quam innocentum, qui se scelere fieri nolunt nobiles.
statuite exemplum impudenti, date pudori praemium,
facite hic lege potius liceat quam vi victo vivere.
currite huc in Veneris fanum, vostram iterum imploro fidem,
qui prope hic adestis quique auditis clamorem meum,
ferte suppetias qui Veneri Veneriaeque antistitae
more antiquo in custodelam suom commiserunt caput,
praetorquete iniuriae prius cóllum quam ad vos pervenat.
DA. Quid istuc est negoti? TR. Per ego haec genua te optestor, senex,
quisquis es — DAEM. Quin tu ergo omitte genua et quid sit mi expedi
⟨quod tu⟩multues. TRACH. Teque oro et quaeso, si speras tibi
hoc anno multum futurum sirpe et laserpicium
eamque eventuram exagogam Capuam salvam et sospitem,
atque ab lippitudine usque siccitas ut sit tibi,
[DAEM. Sanun es? TRACH. Seu tibi confidis fore multam magudarim]
ut te ne pigeat dare operam mihi quod te orabo, senex.
DAEM. At ego te per crura et talos tergumque obtestor tuom,
ut, tibi ulmeam ni deesse speres virgidemiam
et tibi eventuram hoc anno úberem messem mali,
ut mi istuc dicas negoti quid sit, quod tumultues.
TRACH. Qui lubet maledicere? equidem tibi bona optavi omnia.

---

613 hoc *Fleckeisenus, cf. Aul. 403, Cas. 620 et Trin. 1093* fano meae uiciniae *Turnebi schedae:* fanom *B cum spatio*, fano *CD item* 614 *supplevit Camerarius* 615 TRACHALIO S̄ DEMONIS SENEX *D, spat. BC, A n. l.* 618 ineptorum *Nonius 155* polentia *Nonius nomen testatus* 620—691 *deest A* 624 antistae *CD* 625 custodiam, *corr. Gruterus, cf. ad Merc. 233, Most. 406* 626 perueniat 628 expeti *B* 629 quod tumultues *Camerarius et Lambinus:* multues *B*, tues *CD, post litterarum aliquot spatium omnes* 630 lasserpicium *B* 633 magudarim *CD, Prisc. 1, 329:* magidarim *B*, magadurim *Probus cathol. 13 sq.* *versus interpolatus: de spe agit, non de confidentia; magydarim si post laserpicium, at non post lippitudinem inferre potuit* (*Plin. 19, 46* non prouenieus in Cyrenaica regione) 634 quot *B* 636 uimeam ni deesse *L.:* ubi rem esse *B*, uberem esse *CD* (ni *iam Schoellius*) speras *Acidalius* 637 hoc anno euenturam *CD* 639 exoptaui, *corr. Guietus*

DAEM. Bene equidem tibi dico, qui te digna ut eveniant precor.
TR. Obsecro, hoc praevortere ergo. DA. Quid negotist? TR. Mulieres
duae innocentes intus hic sunt, tui indigentes auxili,
quibus advorsum ius legesque insignite iniuria hic
facta est fitque in Veneris fano; tum sacerdos Veneria
indigne adflictatur. DAEM. Quis homo est tanta confidentia,
qui sacerdotem violare aúdet? sed eae mulieres
quae sunt? aut quid is iniqui fit? TRACH. Si das operam, eloquar.
Veneris signum sunt amplexae. nunc ⟨homo audacissimus⟩
eas deripere volt. eas ámbas esse oportet ⟨liberas⟩.
DAEM. Quis istic est qui deos tam parvi pendit? ⟨paucis expedi⟩.
TRACH. Fraudis sceleris parricidi periuri plenis⟨simus⟩,
legirupa impudens impurus inverecundissimus,
uno verbo absolvam, lenost: quid illum porro praedicem?
DAEM. Edepol infortunio hominem praedicas donabilem.
TRACH. Qui sacerdoti scelestus faucis interpresserit.
DAEM. At malo cum magno suo fecit hercle. ite istinc foras,
Turbalio, Sparax. ubi estis? TRACH. I obsecro intro, subveni
illis. DAEM. Iterum haud imperabo. sequimini hac. TRACH. Age nunciam,
iube oculos elidere, itidem ut sepiis faciunt coqui.
DAEM. Proripite hominem pedibus huc itidem quasi occisam suem. —
TRACH. Audio tumultum. opinor, leno pugnis pectitur.
nimis velim improbissimo homini malas edentaverint.
sed eccas ipsae huc egrediuntur timidae e fano mulieres.

PALAESTRA III 3

Núnc id est cum ómnium cópiarum átque opum,
aúxili, praésidi víduitas nós tenet.
⟨núlla nunc⟩ spéculast quaé salutem áfferat,

---

641 praeuortere *Turnebi schedae:* reuortere D. *Gronovius: om. sine spatio* 646 audeat, *correxi; indicativus qualis Pseud. 137 sq.* 648—651 *cum lacunis codd., supplevit 649 et 651 Camerarius, 648 et 650 ex codicibus ut ait Lambinus* 651 plenis *CD*, plenus *B* 656 hercle *post* malo *Brixius* 658 aut *CD* 659 sepius *CDB²*, saepius *Nonius 291* 660 porrigite *B¹* 661 plectitur *CD* 662 improuissimo 663 ecce, *corr. Bentleius* huc *om. CD* e fano *Merula:* efandae *B*, aefand(a)e *CD* 664 TRACHALIO SERVVS PALESTRA · AMPELICA · SORORES II *D* 666—671 *lacunas indicant codd., quas, sensum si spectamus, recte suppleverunt Merula Pylades Valla Camerarius* 666 speculast *Camerarius:* cuiast *B*, cuia est *CD*; '*nostri libri veteres hic non satis integri neque liquidi sunt: habent enim obscure, partim* se nec uia est, *partim* sed ne uia est' *Lambinus*

⟨néc quam in⟩ partem íngredi pérsequamur
⟨scímus: tanto⟩ ín metu núnc sumus ambae,
⟨tánta⟩ importúnitas tántaque iniúria
⟨fácta in⟩ nos ést modo hic íntus ab nóstro eró,
quí scelestús sacerdótem anum praécipes
réppulit própulit pérquam indignís modis
nósque ab signo íntimo ví deripuít sua.
séd nunc sese út ferunt rés fortunaéque nostrae,
pár moriri ést. neque est mélius morte ín malis,
rébus miserís. TRACH. Quid est? quae íllaec orátiost?
césso ego has cónsolari? heús, Palaestra, PAL. Quí vocat?
TRACH. Ámpelisca.

AMPELISCA

Óbsecro, quis est qui vocat?
PAL. Quís is est qui nóminat? TRACH. Sí respexís, scies.
PAL. Ó salutís meae spés. TRACH. Tace ac bóno animo es.
mé vide. PAL. Sí modo id líceat, vis ne ópprimat,
quaé vis vim mi áfferam ipsa ádigit. TR. Ah, désine, nímis inepta es.

PAL. Desíste dictis núnciam miserám me consolári;
nisi quid re praesidium apparas, Trachalio, acta haec res est.
AMP. Certumst moriri quam hunc pati ⟨saevire⟩ lenonem in me.
sed muliebri animo sum tamen: miserae ⟨quom venit⟩ in mentem
mihi mortis, metus membra occupat. edepol * hunc acerbum.
T. Bonum animum habete. P. Nam, obsecro, unde ⟨áni⟩mus mi invenitur?
TRACH. Ne, inquam, timete; adsidite hic in ara. AMP. Quid istaec ara
prodesse nobis ⟨plus⟩ potest quam signum in fano hic intus

---

667 partem (*Valla*)*:* artem *B*, rtem *CD* 667. 668 *fort. bacchei, sed cf. 681* (*674*) 671 ⟨qui⟩ *Saracenus:* quin *Turnebi schedae* scelestu *B* 673 ui deripuit *B:* uideri potuit *CD* 674 *fort.* fortunaeque, nos (*cf. 276*) 675 pars, *corr. Merula* est moriri, *corr. Reizius* 676 miseris *Pylades:* mẹiseriis *B*, meis seriis *CD; cf. ad Pseud. 1047* 677 consulari 678 *fort.* quis ⟨is⟩ est 679 respexes 681 *clausula trochaica* 682 AM. *D* dictus, *corr. Pylades* consulari 683 *Palaestrae* ς praesidi *Fleckeisenus* 684—687 *lacunas indicant codd.; Camerarii et Pyladis supplementa correxit Fleckeisenus* 684 AM.: *pers. sp. D* certunst moreirei *B*, certumst morire *CD* ⟨saeuire⟩ *Schoellius* 686 TR. *post* edepol *D* *conieci* edepol nunc ⟨datur⟩ acerbum, *cf. 186;* edepol ⟨quamquam⟩ hoc acerbumst *Trachalionis Pylades, Fleckeisenus* 687 TR. *Bothius: om.* 688 TR. *Pylades: om.* (*add. v. 687 D² in lacuna*) adsidete *B*, ne adsidete *CD, corr. Pylades* ista (h *sup.* a) *B* 689 ⟨plus⟩ *Camerarius*

Veneris, quod amplexae modo, unde abreptae per vim miserae?
TRACH. Sedete hic modo, ego hinc vós tamen tutabor. aram habete hanc
vobis pro castris, moenia hinc égo vos defensabo;
praesidio Veneris malitiae lenonis contra incedam.
PAL. Tibi auscultamus et, Venús alma, ambae te obsecramus,
aram amplexantes hanc tuam lacrumantes, genibus nixae,
in custodelam nos tuam ut recipias et tutere;
illos scelestos, qui tuom fecerunt fanum parvi,
fac ut ulciscare nosque ut hanc tua páce aram obsidere
patiare: elautae ambae sumus opera Neptuni noctu,
ne ⟨invisas⟩ habeas neve idcirco nobis vitio vortas,
si quippiamst, minus quód bene esse lautum tu arbitrare.
TRACH. Venus, aequom has petere intellego: decet abs te id impetrari;
ignoscere his te convenit: metus has id ut fáciant subigit.
te ex concha natam esse autumant, cave tu hárum conchas spernas.
sed optume eccum exit senex, patronus mihique et vobis.

DAEMONES III 4

Éxi e fano, natum quantum est hominum sacrilegissime.
vos in aram abite sessum. sed ubi sunt? TRACH. Huc respice.
DAEM. Optume, istuc volueramus. iube modo accedat prope.
tun legirupionem hic nobis cum dis facere postulas?
pugnum in os impinge. LABR. Iniqua haec patior cum pretio tuo.
DAEM. At etiam minitatur audax? LABR. Ius meum ereptum est mihi,
meas mihi ancillas invito me eripis. TRACH. Cedo ⟨iudicem⟩
de senatu Cyrenensi quemvis opulentum virum,

---

690 arreptae, *corr. Merula* perium *CD*[1] 692 *accedit A, ad 727 paucissima servata* 692 moenia *i. e.* *χάραξ ὤν. Polyb. 6, 31, 11 τὸν δὲ χάρακα τῶν σκηνῶν ἀφιστᾶσι κατὰ πάσας τὰς ἐπιφανείας διακοσίους πόδας* hinc *fort. om. A* uos *om. B* 694 AM. *D* 696 custodiam, *corr. Pius* 697 [illo] *A?* 698 ̣fac ̣ut ulciscare *A:* are *post lac. P* han *B* obsedere *CD* 699 ̣pọt[̣iạrẹ]ḷaụ— *A,* aut ae *CD,* aut hae *B* (*post lac.*) neptunei 700 ne inuisas *Camerarius:* ṇẹ— *A, spat. P* idcirco *non sanum* 701 lautum tu *Camerarius:* lautu 702 Venus *Schoellius:* ụṭ— (*fort.* ue—) *A, spat. P* aequum *B,* aequm *CD; A n. l.* 705 TR. *praem. D* LABRAX LENO MVLIERES ·II. LORARIVS DEMONES SENEX TRACHALIO SERVVS *D; A n. l.* 707 ạbịṭị *A* T.: *spat. om. P; A n. l.* 708—711 *A n. l.* 708 D. *om.* *cf. Truc. 787* 709 tun *Camerarius:* tunc lege rupionem *fort.* nobisque et dis 710 inpunge *CD* *alloquitur v. 708 Trachalionem, 709 Labracem, 710 lorarium, lenone omnia temptante* 712 ancillas mihi inuito *sequente spatiolo, om.* me, *CD* cedo iudicem *om. P lacuna relicta:* —ẹḍọ— *A, spatium ad* arbitrum (*sic Camerarius*) *capiendum non sufficit* 713 ụịṛụṃ *A: om. P spatio relicto*

si tuas ésse oportet nive eas ésse oportet liberas
nive in carcerem compingi ⟨te⟩ est aequom aetatemque ibi
te usque habitare, donec totum carcerem contriveris.
LABR. Non hodie isti rei auspicavi, ut cum furcifero fabuler.
té ego appello. DAEM. Cum istoc primum, qui te novit, disputa.
LABR. Tecum ago. TRACH. At qui mecum agendumst. suntne illae
ancillae tuae?
LABR. Sunt. TRACH. Agedum ergo, tange utramvis digitulo minimo modo.
L. Quid si attigero? T. Extemplo hercle ego te follem pugilatorium
faciam et pendentem incursabo pugnis, periurissime.
LABR. Mihi non liceat meas ancillas Veneris de ara abducere?
DAEM. Non licet: est lex apud nos — LABR. Mihi cum vestris legibus
⟨nil quicquamst⟩ commerci. equidem istas iam ambas educam foras.
tu, senex, si istas amas, huc arido argentost opus;
si autem Veneri complacuerunt, habeat, si argentum dabit.
DAEM. Det tibi argentum? nunc adeo meam ut scias sententiam,
occipito modo illís adferre vim ioculo pausillulum,
ita ego te hinc ornatum amittam, tu ipsus te ut non noveris.
vos adeo, ubi ego innuero vobis, ni ei caput exoculassitis,
quasi murteta iunci, item ego vos virgis circumvinciam.
LA. Ví agis mecum. TR. Etiam vim + proportas, flagiti flagrantia?
LABR. Tun, trifurcifer, mihi audes inclementer dicere?
TRACH. Fateor, ego trifurcifer sum, tu es homo adprime probus:
numqui minus hasce esse oportet liberas? LABR. Quid, liberas?

---

714 eas esse oportet *Merula:* eas oportet esse; *cf. 736* 715 niue *Acidalius:* neu te (*cf. 1420*) ⟨te⟩ *Guietus* aequm *CD* *post* ibi *lacuna CD;* ⟨tuam⟩ *Schoellius, cf. Brixius ad Men. 720* 720 agendum 721 pugillatorium, *cf. ad Bacch. 428* 723 adducere *P* 724 non licet *schedae Turnebi* (non licet, ita *libri vet. Lambini*), non li— *A: lacuna in P ut sq. v.* 725 *supplevit Seyffertus* commercli *B*, commerdi *CD; A n. l.* 726 amabas *CD; A n. l.* *Nonius 245* aridum: purum lucidum. Pl. in R. 'argento arido'. '*hoc dicit, opinor, propterea quod erat uvidus*' *Lambinus* 727 ṣị *A:* hae *P* *ante* habeat *pers. spat. CD* (*et initio v. B*) 728 ḍẹị (*fort.* det) *A*, do *P* meạṃ ụṭ s— *A:* ut scias meam *P* 729 atferre *P* 730 ita hinc ego te ornatum te amittam *P* ut tu ipsu—uerit *A* 731 iṇṇụ[ero] *A:* inuero *P* [ni] *A, Reizius:* sine *P*, si *libri vet. Lambini* 732 iunci *L.:* iuncis *Merula,* luncis *P, A n. l.* circum uinclam *P, correxit Pylades; A n. l.* 733 mecum *om. A* TR. *Camerarius:* D *D* opprobras *Valla* (opprobras uim *Fleckeisenus*), *cf. Truc. 280 Most. 16; fort.* probro das 735 TR. *Camerarius:* LA. *D* atprime *CD; A n. l.* 736 numqui *A:* nunc qui *P* has ess— *A*, hasce oportet esse *P*

TRACH. Atque eras tuas quidem hercle, atque ex germana Graecia;
nam altera haec est nata Athenis ingenuis parentibus.
DAEM. Quid ego ex te audio? TRACH. Hanc Athenis esse natam liberam.
DA. Mea popularis, obsecro, haec est? TR. Non tu Cyrenensis es?
DAEM. Immo Athenis natus altusque educatusque Atticis.
TRACH. Opsecro, defende cives tuas, senex. DAEM. O filia
mea, quom hanc video, mearum me absens miseriarum commones;
trima quae periit mihi, iam tanta esset, si vivit, scio.
LABR. Argentum ego pro istisce ambabus cuiae erant domino dedi;
quid mea réfert, haec Athenis natae án Thebis sient,
dum mihi recte servitutem serviant? TRACH. Itane, impudens?
tune hic, feles virginalis, liberos parentibus
sublectos habebis atque indigno quaestu conteres?
nam húic alterae quae patria sit profecto nescio,
nisi scio probiorem hanc esse, quam te, impuratissime.
LA. † Tuae istae sunt. TR. Contende ergo, uter sit tergo — verior:
ni offerumentas habebis pluris in tergo tuo,
quam ulla navis longa clavos, tum ego ero mendacissimus:
postea aspicito meum, quando ego tuom inspectavero:
ní erit tam sincerum, ut quivis dicat ampullarius
optimum esse operi faciundo corium et sincerissimum,
quid causae est quin virgis te usque ad saturitatem sauciem?
quid illas spectas? quas si attigeris, oculos eripiam tibi.
LABR. At qui, quia votas, utramque iam mecum abducam simul.
DAEM. Quid facies? LABR. Volcanum adducam, is Venerist adversarius.
TRACH. Quo illic it? LABR. Heus, ecquis hic est? heus. DAEM. Si
attigeris ostium,

---

738 nam[que haec alt]e— *fort. A* ingenuis parentibus *Camerarius:* in e (sine *CD*) *et post lacunam* tibus *P*, — is parentibus *A* 740 obsecro *om. A* cirenensis *P* 741 edu[ca]ṭịsque *A* attigis *P* 742 sịn[ex] *A* DAEM. *ς:* LA *D* 743 quom *A:* cum ego *P* mearum me absens (me *om. CD*) *P:* memẹṭ ạ[pse]ns *A* 746 hae Athenis natae haec *Schoellius* —is *A*, thebę *C*, thebe *D* 747 TR. *Camerarius:* D *D* 748 feles *Turnebus:* fallis *P*, *A n. l.*, *cf. Pers. 751* 749 subiectos *BD*[1]; *A n. l.* 750 [q]uae patr[ia] *A:* patria quae *P* 751 nisisi scio *B; A n. l.* 752 L. *om.* nugae *Bentleius* (*Brunckius*), *cf. Capt. 969 Pseud. 238 Cas. 333, Ter. Phorm. 517, potius* tricae TR. *Camerarius:* LA. *D* —ọr *A*, ueri *P; expectabatur* purior, *quod ipsum acumine careret* 755 poste aspicito ⟨tu⟩ *Muellerus* 757 opere *P*, *corr. Pylades; A n. l.* 758 D. quin *D* 760 atquin *P*, ạṭq— *A* semul *P* 761 veṇerist *A:* veneris est *P* 762 TR. *Reizius:* D *D* D.: *spatium A, om. P*

iam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugneis.
LORARIVS Nullum habemus ignem, ficis victitamus aridis.
DAEM. Ego dabo ignem, siquidem in capite tuo conflandi copiast.
LABR. Ibo hercle aliquo quaeritatum ignem. DAEM. Quid quom inveneris?
LA. Ignem magnum hic faciam. DA. Quin † inhumanum exuras tibi?
LABR. Immo hasce ambas hic in ara ut vivas comburam, id volo.
DAEM. Iam hercle ego te barba continuo arripiam, in ignem coniciam
teque ambustulatum obiciam magnis avibus pabulum.
quom coniecturam egomet mecum facio, haec illast simia,
quae has hirundines ex nido volt eripere ingratiis,
quod ego in somnis somniavi. TRACH. Scin quid tecum oro, senex?
ut illas serves, vim defendas, dúm ego erum adduco meum.
D. Quaere erum atque adduce. T. At hic ne — D. Maximo malo suo,
si attigerit sive occeptassit. TRACH. Cura. DAEM. Curatumst, abi.
TRACH. Hunc quoque adserva ipsum, ne quo abitat; nam promisimus
carnufici aut talentum magnum aút hunc hodie sistere.
DAEM. Abi modo, ego dum hoc curabo recte. TRACH. Iam ego revenero.

III 5

DAEM. Vtrum tu, leno, cum malo lubentius
quiescis an sic sine malo, si copiast?
LABR. Ego quae tu loquere flocci non facio, senex.
meas quidem te invito et Venere et summo Iove
de ara capillo iam deripiam. DAEM. Tange dum.
LABR. Tangam hercle vero. DAEM. Agedum ergo, accede huc modo.
LABR. Iube dúm recedere istos ambo illuc modo.
DAEM. Immo ad te accedent. LABR. Non hercle equidem censeo.

---

763 *ut supra AP* (mergeis *A*, pugnis *P*); fiet in ore messis *Sonnenscheinius* 763—765 *Daemonis, corr. Saracenus, Merula* 764 ficis *P:* olficis *A* ari[de]is *A* 766 lignum *Schoellius* 767 inhumanum *A:* ut humanum *P, Turnebi schedae* (*et Lambini* '*libri veteres*'); *quid fuerit apud medicos quaerendum* exurias *P, Turn. sch.* 768 has *A* comburem *A* id *AB:* † id *C,* D (*sup. scr.*) id *D* 769 D. *Bothius: om.* nam *P* continuo barba *A* in *A:* et in *P* coiciam *CD* 770 ambust[u]latum *A:* ambustilatum *P* obeiciam *A* 772 ex nido *P:* e nudo *A* ingratieis *A* 773 TR. ς: LA. *D* 774 erum *P* (herum *B ut v. sq.*): ero *A* 776 occeptassis *A* 777 atserua *P* quo *om. A* habitat *AB* nam *P:* aut *A* promissimus *B* 779 *om. P* abi modo ego dum hocc . . tabo recte † iam ego reuenero *A;* ego, dum abes, curabo *Fleckeisenus et Studemundus* (*qui non negat* curabo *in A extare potuisse*). *cf. ad Mil. 431* 780 DAEMONES LENO PALAESTRA AMPELISCA *A,* labri · palester · ampelisca · senex · leno *B,* LAB̄ LENO PALESTRA AMPELISCA · DEMONES SENES *D, spat. C* 786 ambo *D:* amabo *C,* ambos *AB* 787 equidem *A:* egomet *P*

DAEM. Quid ages, si accedent propius? LABR. Ego recessero.
verum, senex, si te umquam in urbe offendero,
numquam hercle quisquam me lenonem dixerit,
si te non ludos pessimos dimisero.
DAEM. Facito istuc quod minitare; sed nunc interim,
si illas attigeris, dabitur tibi magnum malum.
LABR. Quam magnum vero? DAEM. Quantum lenoni sat est.
LABR. Minacias ego flocci non faciam tuas,
equidem has te invito iam ambas rapiam. DAEM. Tange dum.
LABR. Tangam hercle vero. DAEM. Tanges, at scin quo modo?
i dum, Turbalio, curriculo, adfert⟨o domo⟩
duas clávas. LABR. Clavas? DAEM. Sed probas. propera cito.
ego te hodie faxo recte acceptum, ut dignus es.
LABR. Eheu, scelestus galeam in navi perdidi;
nunc mi opportuna hic esset, salva si foret.
licet saltem istas mi appellare? DAEM. Non licet.
ehem, optime edepol eccum clavator ádvenit.
LABR. Illud quidem edepol tinnimentum est auribus.
DAEM. Age accipe illinc alteram clavam, Sparax.
age, alter istinc, alter hinc adsistite.
adsistite ambo. sic. audite nunciam:
si hercle illic illas hodie digito tetigerit
invitas, ni istunc istis invitassitis
usque adeo donec qua domum abeat nesciat,
periistis ambo. si appellabit quempiam,
vos respondetote istinc istarum vicem;
sin ipse abire hínc volet, quantum potest
extemplo amplectitote crura fustibus.
LABR. Etiam me abire hinc non sinent? DAEM. Dixi satis.

---

789 *repetit A post 791* 791 te non *A:* non te *P* dimissero *A,* dimiserio *P* 792 minitaris *B,* minitares *CD* 795 ego *A:* ego istas *P* facio *P* 796 eas *P* 795—797 *quamvis actioni apti cum 782—785 ipsis verbis magis conspirant quam in talibus Plautus admittit; facti videntur ut substituerentur versibus 782—794* 798—844 *deest A* 798 affert *CD,* atfer *B, correxi; cf. ad Pseud. 301* *lacunam indicant CD, nota* ƌ *ut vid. in margine erasa B;* affer ⟨huc domo⟩ *Reizius* 802 oportuna *BD* fortet 805 uenit *Bentleius;* clauator *fort. bisyllabum, cf. Solmsenus stud. 109* 807 illin *D,* illanc *Camerarius* 808 *fort.* accedite 811 nei istis *om. CD* 812 usquadeo *B,* usque adhec *D*[1] habeat *BC* 815 sine ipse *CD,* sine dpse *B* abile *B ante corr.;* abitere *Acidalius* 817 desinent, *corr. Pylades*

et ubi ille servos cúm ero huc advenerit,
qui erum accersivit, itote extemplo domum.
curate haec sultis magna diligentia. —
LABR. Heu hercle, ne istic fana mutantur cito:
iam hoc Herculi est, Veneris fanum quod fuit,
ita duo destituit signa hic cum clavis senex.
non hercle quo hinc nunc gentium aufugiam scio,
ita nunc mi utrumque saevit, et terra et mare.
Palaestra. LOR. Quid vis? LABR. Apage, controversia est,
haec quidem Palaestra, quae respondit, non mea est.
heus, Ampelisca. LOR. ALTER Cave sis infortunio.
LABR. Vltro te. signa ut homines satis recte monent.
sed vobis dico, heús vos, num molestiaest,
me adire ad illas propius? LOR. Nil nobis quidem.
LABR. Numquid molestum mihi erit? LOR. Nil, si caveris.
LABR. Quid est quod caveam? LOR. Em, a crasso infortunio.
LABR. Quaeso hercle, abire ut liceat. LOR. Abeas, si velis.
LABR. Bene hercle factum. habeo vobis gratiam.
[non] accedam potius. LOR. Illic astato ilico.
LABR. Edepol proveni nequiter multis modis.
certumst hasce hodie usque obsidione vincere.

PLESIDIPPVS III 6

Meamne ille amicam leno vi, violentia
de ara deripere Veneris voluit?

TRACHALIO

Admodum.
PLES. Quin occidisti extemplo? TRACH. Gladius non erat.
PL. Caperes aut fustem aut lapidem. TR. Quid? ego quasi canem

---

819 arcessiuit *C* 820 stultis (*item Festi cod. 301 s.* sultis) deiligentia *B*, diligentiam *Festus* 821 eheu, *corr. Merula* 822 est: fit *Palmerus* (*sed exspectes* factumst); ⟨modo⟩ Veneris *Acidalius* 823 hio *B* 827 equidem, *corr. Acidalius* 829 ultro te signa ut *L.:* ut potest ignaui (*cf. 826* apage *et 823; schol. Eur. Hec. 838*) 830 *velut* ⟨ego⟩ dico molestia est, *cf. Vssingius* (*Muellerus pros. 685*) 832 nunquid *BC* 833 craeso (*ex* craoso *B*) 834 adire habeas 835 hercle *B:* ergo hercle *CD* factum ⟨et⟩ *Acidalius* 836 [non] *Reizius pers. spat. ante* non *CD, om. ante* illic, *corr. Lambinus* astate (*ex* astatei *ut vid. B*), *corr. Gruterus* 837 L. *om.* 839 PSIDIPPVS ADOLESCENS · SERVVS MVLIERES · II · LENO · LORA *D; v. 868 Charmides e fano prodit, cf. 592* ille *ex* iste *ut vid. B* lenoni *CD* 840 at modum *B* 841 claudius 842 quasi canem *B:* qua sic non amem *CD*

hominem insectarer lapidibus nequissimum?
LABR. Nunc pol ego perii, Plesidippus eccum adest.
converret iam hic me totum cum pulvisculo.
PLES. Etiamne in ara tunc sedebant mulieres,
quom ad me profectu's ire? TRACH. Ibidem nunc sedent.
PLES. Quis illás nunc illic servat? TRACH. Nescio quis senex,
vicinus Veneris; is dedit operam optumam.
is nunc cum servis servat. ego mandaveram.
PLES. Duc me ad lenonem recta. ubi illic est homo?
LABR. Salve. PLES. Salutem nil moror. opta ocius:
rapi te obtorto collo mavis an trahi?
utrum vis opta, dum licet. LABR. Neutrum volo.
PLES. Abi sáne ad litus curriculo, Trachalio,
iube illós in urbem ire obviam ad portum mihi,
quos mecum duxi, hunc qui ad carnificem traderent.
post huc redito atque agitato hic custodiam.
ego hunc scelestum in ius rapiam éxulem.
age, ambula in ius. LABR. Quid ego deliqui? PLES. Rogas,
quin arrabonem a me accepisti ob mulierem
et eam hinc abduxti? LABR. Non avexi. PLES. Cur negas?
LABR. Quia pol provexi: avehere non quivi miser.
equidem tibi me dixeram praesto fore
apud Véneris fanum: ⟨num⟩quid muto? sumne ibi?
PLES. In iure causam dicito, hic verbum sat est:
sequere. LABR. Obsecro te, subveni mi, Charmides.
rapior optorto collo.

CHARMIDES

Quis me nominat?
LABR. Viden me ut rapior? CHARM. Video, atque inspecto lubens.

---

843 inspectarer *scil. canibus ignominia fieret, si illo ut cane uterer* 845—872 *paucissima servata A* (*nihil 849—858 praeter 853 in. 857 ext.*) 846 nunc 849 dedito *CD* 856 *a Veneris fano per portum ad urbem commeatur, v. 91 sq.* 857 hunc qui *Camerarius:* qui hunc *potius quam* trader]ent *in A fuisse velut* acr]ent *vel* tra]ent, *vix* darent, *tradit Studemundus* 859 —m exilem *probabilius quam* —m exulem *A; cf. 325 Curc. 559 Merc. 980 sq. et multa velut de Tiberio Suetonius 13* (caput exulis, sic enim appellabatur) *59, Tac. ann. 6, 38* iam *inserebat Reizius, possis* ⟨iam hinc⟩ in ius 861 —em (*sequebatur nihil*) *A*, mulierem est *P*, m. et *ς* (et *sequenti v. Pylades*), *cf. ad Pseud. 1011* 862 iam, *corr. Merula* abduxisti (auexti *Acidalius; vocabulo Labrax utitur propter argutias*) 864 tibi ume *B* 865 ⟨num⟩ *Bentleius* multo *P* 867 mei; *dativum agnovit Schoellius* 868 opto *B* 869 uinden

LABR. Non subvenire mi audes? CHARM. Quis homo te rapit?
LABR. Adulescens Plesidippus. CHARM. Vt nanctu's, habe.
bono animo meliust te in nervom conrepere.
tibi optigit quod plurimi exoptant sibi.
LABR. Quid id est? CHARM. Vt id quod quaerant inveniant sibi.
LABR. Sequere, obsecro, me. CHARM. Pariter suades qualis es:
tu in nervom rapere, eo me óbsecras ut te sequar.
etiam retentas? LABR. Perii. PLES. Verum sit velim.
tu, mea Palaestra et Ampelisca, ibidem ilico
manete, dúm ego huc redeo. LOR. Equidem suadeo,
ut ad nos abeant potius, dum recipis. PLES. Placet,
bene facitis. LABR. Fures mi estis. LOR. Quid, fures? rape.
LABR. Oro obsecro, Palaestra. PLES. Sequere, carnufex.
LABR. Hospes — CHARM. Non sum hospes, repudio hospitium tuom.
LABR. Sicine me spernis? CHARM. Sic ago: semel bibo.
LABR. Di te infelicent. — CHARM. Isti capiti dicito.
credo alium in aliam beluam hominem vortier:
illic in columbum, credo, leno vortitur,
nam in collumbari collus haud multo post erit;
in nervom ille hodie nidamenta congeret.
verum tamen ibo, ei advocatus ut siem,
si qui mea opera citius addici potest. —

DAEMONES IV 1

Bene factum et volup est, mé hodie his mulierculis
tetulisse auxilium. iam clientas repperi,
atque ambas forma scitula atque aetatula.
sed uxór scelesta me omnibus servat modis,

---

versus subsequentibus contrarius est; scriptus videtur pro v. 870—876 872 melius st *CD*, melius *ut vid. A* 873—1004 *deest A* 875 obsecro me *Camerarius:* obsecrom *B*, obsecro *CD* 877 *ante* etiam *pers. spat. CD*, PL. *Fleckeisenus* PL. *Camerarius: om.* 879 ego huic *C*, huc ego *D* 884 siccine *BC* bibo ⟨tuom⟩ *Niemeyerus stud. Plaut. 11* 886 *expecto velut* alium in aliam aiunt 887 columbam *Schoellius* 888 columbari, *item Priscianus 1, 150; litteris Pylades expressit lusum cuius similes extant Curc. 295, Poen. 8, Mil. 1309, Aristophanis Eq. 416* κυνοκέφαλλος (λ *codd.*) *ludentis secundum Hesiodum* (*cf. Meinekius Men. et Phil. 11, com. 3, 256*) collus *Priscianus:* collum; *hoc collum nec Plautus novit* (*cf. Capt. 357. 902 Pers. 691 Amph. 445, ubi Nonius* collus *contra codicum* collum) *neque quisquam ante Ciceronem et, qui masculino non abstinet, Varronem* 891 adduci *B* 892 DEMONES SENEX *D* uolupest *B:* uolupe est *CD* 893 dientas *CD* soitula *D*, sortula *C*

ne quid significem quippiam mulierculis.
sed Gripus servos noster quid rerum gerat
miror, de nocte qui abiit piscatum ad mare.
pol magis sapisset, si dormivisset domi,
nam nunc et operam ludos facit et retia,
ut tempestas est nunc atque ut noctu fuit.
in digitis hodie percoquam quod ceperit,
ita fluctuare video vehementer mare.
sed ad prándium uxor me vocat. redeo domum.
iam meas opplebit aures + sua vaniloquentia. —

GRIPVS IV 2

Neptúno has agó gratiás meo patróno,
qui sálsis locís incolít pisculéntis,
quom me éx suis locís pulchre ornátum expedívit
+ templís reducém, plurimá praeda onústum,
salúte horiaé, quae in marí fluctuóso
piscátu novó me uberí compotívit;
miróque modo atque incrédibili hic piscátus mihi lepide évenit,
neque píscium ullam unciam hodié pondo cepí, nisi hoc quod fero hic ín rete.
nam ut dé nocte múlta impigréque exurréxi,
lucrúm praeposívi sopóri et quiéti:
tempéstate saéva experíri expetívi,
paupértatem erí qui et meám servitútem
tolerárem, opera haud fui párcus mea.
nímis homo nihilist quis piger est nímisque id genus odi égo male.

---

896 ne qui *Acidalius*, *cf. Brixius ad Mil. 432, Vid. 67* 897 grippus *CD* 899 sapisset *ς:* sapis sed *codd.; Priscianus 1, 500 ex Capro* sapuisset *testari videtur, 1, 300* sapuisset *et* sapiuisset *codd.* dormisset *Priscianus 332* 900 facit *Priscianus 332:* dat retiam *testatur Priscianus* 902 quot coeperit *B* 905 sua *delet Guietus;* meas sua *Sonnenscheinius* 906 GRIPPVS PISCATOR *D* gratias meo patrono *Reizius:* meo patrono gratias (*trimetrum effecit librarius*) 909 *cf. Mil. 413.* ⟨et⟩ templis *vel* templisque *versum non optimum faciunt; fort.* reducem et tempulis. *cf. Fleckeisenus ann. 147, 196 sq. 151, 278, Havetus rev. de phil. 1890, 43* honustum *B*[2], honestum *B*[1]*CD* 910 horeia *B*, horreia *CD, corr. Camerarius;* horia *Nonius 533* (*qui om.* quae in) 911 competiuit *B ante corr.* 912 incredibile *CD* lepide euenit *proprio versu B* 913 pondo hodie *Pylades* hic *om. CD* 916 praeposui *B*, proposui *CD* 918 seruitutem *Camerarius:* sententiam 920 nimis homo *adhaeret versui priori B* qui *ς, cf. Hertzius ad Gell. 4, 12, 2; Aul. 716* est piger *B*

vigiláre decet hominém qui volt sua témperi conficere ófficia.
non énim illum expectare óportet, dum erus se ád suom suscitet ófficium.
nám qui dormiúnt libenter, síne lucro et cum málo quiescunt.
nám ego nunc mihi, qui ímpiger fui,
répperi ut piger, sí velim, siem:
hóc ego in mari [quidquid inést] répperi.
quidquíd inest, grave quidem inést; aurum hic ego inésse reor;
nec míhi consciust ullús homo.
nunc haéc tibi occasio, Grípe optigit, ut líber s⟨it
nemo⟩ éx populo praetér te.
nunc síc faciam, sic cónsilium est: ad erúm veniam docte atque astute.
pauxíllatim pollícitabor pro cápite argentum, ut sím liber.
iam ubi líber ero, igitúr demum instrúam agrum atque aedis, máncipia,
navíbus magnis mercáturam faciam, ápud reges rex pérhibebor.
post ánimi causa míhi navem faciam átque imitabor Strátonicum,
oppída circumvectábor.
ubi nóbilitas mea erít clara,
oppídum magnum commúnibo, ei ego úrbi Gripo indám nomen,
moniméntum meae famae ét factis, ibi quí regnum magnum ínstituam.
magnas res hic agito in mentem instruere. nunc hunc vidulum condam.
sed hic réx cum aceto pránsurust et sále, sine bono pulménto.

TRACHALIO IV 3

Heus, máne. GRIP. Quid maneam? TRACH. Dum hánc tibi, quam tráhis, rudentem cómplico.

---

922 ⟨id⟩ oportet *Seyffertus* 924—926ª *disp. B:* Nam — inest (*sed* Reperi *et* Hoc) | Repperi — hic | Ego — homo 925ª. 926 repperi. quidquid inest *Fleckeisenus:* quicquid (q. hic *CD*) inest repperi quicquid inest 926 inest aurum *Camerarius:* instaurum 926ª conscius est 927. 927ª *coniuncti. systema antecedenti par* 927 gripe *B:* pigre *CD* liberes ex, *supplevi* 927ª populo s *B* *cf. Amph. 640* 928 sicut cons. *CD* astu *Reizius* (*cf. Most. 1069 et Poen. 111 Pers. 148*); *fort.* ueniam ad erum (*cf. v. 1240, ad Cas. 488*); *cf. ad Amph. 1062* 930 liber erigitur *B,* liber igitur *intercedente spatio CD, corr. Camerarius* ⟨tum⟩ igitur *Spengelius* atque aedis *B:* adaedes *CD* 931. 932 faciam atque *B omissis quae intercedunt; eundem errorem D ipse correxit* 932 *Athen. 8, 350ᵉ ἐρομένου δέ τινος ὅ τι τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν περινοστεῖ, ἀλλ᾽ ουκ ἐν μιᾷ πόλει διαμένει, παρὰ τῶν Μουσῶν ἔφη εἰληφέναι τέλος τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας, παρ᾽ ὧν πράττεσθαι μισθὸν ἀμουσίας* 933. 933ª *coniuncti* 934 ei ego *Merula:* elego indam nomen *B:* in damno *D,* indampno *C* 935 ibique, *corr. Buechelerus mus. Rhen. 45, 334;* ibi *Sonnenscheinius* 936 magna *CD* hunc nunc *Reizius: ego requiro* in mente. nunc intro ibo, hunc. *sed versus incidit conexum sequentis cum v. 935* TRACHALIO SERVVS GRIPPVS PISCATOR *D* 938—940 *disp. B:* Heus — complico | Mitte — quod |

GRIP. Mitté modo. TRACH. At pol ego te ádiuvo nam bónis quod
bene fit haúd perit.
GRIP. Turbída tempestas héri fuit,
nil hábeo, adulescens, píscium, ne tú mihi esse póstules;
non vídes referre me úvidum reté, sine squamosó pecu?
TRACH. Non édepol piscis éxpeto quam tuí sermonis sum índigens.
GRIP. Enícas iam me odio, quísquis es. TRACH. Non sínam ego
abire hinc té. mane.
GR. Cave sís malo. quid tú, malum, nám me retrahis? TR. Aúdi.
G. Non aúdio. T. At pol qui aúdies póst. G. Quin loquere quíd vis.
TR. Eho máne dum, est óperae pretium quod tíbi ego narraré volo.
GR. Elóquere quid id est? TR. Víde num quispíam consequitur própe nos.
GRIP. Écquid est quód mea réferat? TRACH. Scílicet.
séd boni cónsili écquid in té mihi est?
GRIP. Quíd negoti ést, modo díce. TRACH. Dicám, tace,
sí fidem modo dás mihi te nón fore infídum.
GRIP. Dó fidem tibi, fídus ero, quísquis es. TRACH. Aúdi.
furtum égo vidi qui fáciebat;
norám dominum, id cui fíebat,
post ád furem egomet dévenio
feroque eí condicionem hóc pacto:
'ego istúc furtum scio cuí factum est; 958
nunc míhi si vis dare dímidium,
indícium domino nón faciam.' 959
is míhi nihil etiam réspondit.
quid inde aéquom est dari mihi? dímidium

Bene — fuit 938 dum ergo (*i. e.* ego) tibi hanc *corp. gl. 5, 241* (ergo hanc *5, 145*) dum — complico *adfert Nonius 221 omittens* tibi quam trahis 939 adiuuabo, *corr. Muellerus* 940 here *gloss. Plaut.* 942 non *CD, Nonius 158 Charisius 141 Priscianus I 270. 332:* nam *B* proferre *Priscianus 332* retem *Priscianus 332* (*cf. ad v. 900*) sines quam mos opte *CD*[1] (*cum BD*[2] *grammatici*) 943 sum *om. CD* 944 enecas *B* 945 † quid *B* *inter* me *et* retrahis *rasura B*[1] *de metro cf. Curc. 104* 947 mane dum *L.:* modo (*Gripus v. 946 tamen abire conatur*) 948 *fort.* eloqueren; *nisi haec iambica sunt* num quispiam *Camerarius:* nuspiam 950 bonis *CD* consiliis, *corr. Camerarius* 951 dic 952. 953. *hoc metrum ostendunt* – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ – – ⏑̱ (*Seyffertus*), *cf. ad Bacch. 989* 954. 955 *et* 956. 957 *coniuncti, deinde 4 dimetri, deinde disp. B:* Quid — mihi | Dimidium — dicas | Immo — amplius | Nam — censeo | Tuo — faciam | Nunc — te | Quid — cuiusnest | Noui — quid est *in systemate anapaestico bis hiatur inter cola, synaloepha coniungit paenultimum cum paroemiaco* 955 noueram 956 post ad *B:* portat *CD*

volo ut dícas. **Grip.** Immo hercle étiam amplius,
nam nísi dat, domino dícundum
censeó. **Trach.** Tuo consilió faciam.
nunc ádvorte animum; námque hoc omne
attinét ad te. **Grip.** Quid fáctumst?
Tr. Vídulum istum cúiust novi ego hóminem iam pridem. **Gr.** Quid est?
Trach. Et quo pacto periit. **Grip.** At ego quo pacto inventust scio
et qui invenit hominem novi et dominus qui nunc est scio.
nihilo pol pluris tua hoc quam quanti illud refert mea:
ego illum novi cuius nunc est, tu illum cuius antehac fuit.
hunc homo feret a me nemo, ne tu te speres potis.
Trach. Non ferat si dominus veniat? **Grip.** Dominus huic, ne frustra sis,
nisi ego nemo natust, hunc qui cepi in venatu meo.
Trach. Itane vero? **Grip.** Ecquem esse dices in mari piscem meum?
quos cum capio, siquidem cepi, mei sunt; habeo pro meis,
nec manu adseruntur neque illinc partem quisquam postulat.
in foro palam omnes vendo pro meis venalibus.
mare quidem commune certost omnibus. **Trach.** Adsentio:
qui minus hunc communem quaeso mi esse oportet vidulum?
in mari inventust communi. **Grip.** Esne impudenter impudens?
nam si istuc ius sit quod memoras, piscatores perierint.
quippe quom extemplo in macellum pisces prolati sient,
nemo emat, suam quisque partem piscium poscant sibi,
dicant, in mari communi captos. **Trach.** Quid ais, impudens?
ausu's etiam comparare vidulum cum piscibus?
eadem tandem res videtur? **Grip.** In manu non est mea:
ubi demisi rete atque hamum, quidquid haesit extraho.
meum quod rete atque hami nancti sunt, meum potissimumst.
Tr. Immo hercle haud est, siquidem quod vas excepisti. **Gr.** Philosophe.

---

961 etiam plus *Seyffertus* 962 nunc *B:* num *CD* 963 T — G *ς:* T — G *D, item v. sq.* cuius est *ς:* cuius nest *B,* cuiusmest *CD* 964 perit inuentumst 967 G *praem. D* 968 potius, *corr. Benoist* 969 T *ς:* G *D* TG *D* ne *Reizius:* nemo ne frustrases *B,* frustrasses *CD, corr. Camerarius* 971 T—G *ς:* G *omisso deinde* T *D* 975 at sentio 977 inuentumst *B ante corr., D* commune est G. ne, *correxi* (commune est *i. e.* communis est, *sed cf. 981*); *cf. Herm. 18, 575, Cic. in Vatin. 35* esne igitur patriae certissimus parricida? 979 sient: si essent *Priscianus 1, 332* 980 eat *CD*[1] poscant *Priscianus:* poscat 981 dicant *CD, Priscianus:* dicat *B* mare *testatur Priscianus* GT *D* 984 rete *B:* retem *CD, testatur Priscianus* (*cf. ad 942*) quitquit aesit extrabo *B* 985 quot *B* nacti (n *supra*) *B:* meum nancti *CD* potissimust

TRACH. Sed tu enumquam piscatorem vidisti, venefice,
vidulum piscem cepisse aut protulisse ullum in forum?
non enim tu híc quidem occupabis omnis quaestus quos voles:
et vitorem et piscatorem te esse, impure, postulas.
vel te mihi monstrare oportet piscis qui sit vidulus,
vel quod in mari non natum est neque habet squamas ne feras.
GR. Quid, tu numquam audisti esse antehac vidulum piscem? TR. Scelus,
nullus est. GRIP. Immo est profecto; ego, qui sum piscator, scio;
verum raro capitur, nullus minus saepe ad terram venit.
TRACH. Nil agis, dare verba speras mihi te posse, furcifer.
GR. Quo colore est, hoc colore capiuntur pauxilluli;
sunt alii puniceo corio, magni item; atque atri. TRACH. Scio.
tu hercle, opino, in vidulum te bis convertes, nisi caves:
fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo.
GRIP. Quod scelus hodie hoc inveni. TRACH. Verba facimus, it dies.
vide sis, cuius arbitratu nos vis facere. GRIP. Viduli
arbitratu. * ita enim vero. TRACH. Stultus es. GRIP. Salve, Thales.
TRACH. Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum,
quoius haec res arbitratu fiat. GRIP. Quaeso, sanus es?
TRACH. Elleborosus sum. GRIP. At ego cerritus, hunc non amittam tamen.
TRACH. Verbum etiam adde unum, iam in cerebro colaphos apstrudam tuo;
iam ego te hic, itidem quasi peniculus novos exurgeri solet,
ni hunc amittis, exurgebo quidquid umoris tibist.
GRIP. Tange: adfligam ad terram te itidem ut piscem soleo polypum.
vis pugnare? TRACH. Quid opust? quin tu potius praedam divide.
GRIP. Hinc tu nisi malum frunisci nil potes, ne postules.
abeo ego hinc. TR. At ego hinc offlectam navem, ne quo abeas. mane.

---

993 qui, *corr. Camerarius* audiuisti 995 uerum rare *Charisius 217* (*qui testatur* rare), uero raro *codd.* at *B* 997 quo c. est? *Trachalioni tribuitur hoc colore qui sunt minuti esse solent; alii, punicei, magni sunt item ut hic* 998 corio *B:* colore *CD* magni † item *CD*, magnitem *B* 999 opinor bis *L.:* piscem 1001 quot *B* 1002 uis facere *Gruterus:* facere uis 1003 *pers. spat. ante* ita, *non ante* stultus ⟨T. ain? G.⟩ *Muellerus*, ⟨T. itane? G.⟩ *Seyffertus; fort.* ⟨T. Itane, viduli? G.⟩ *ut interpolatum sit* arbitratu 1005 *accedit A; usque ad 1010 paucissima leguntur, 1011—1020 paulo plura* 1005 —e ẹs (*i. e.* sanusne es?) *A* 1006 ad *BC*, *delet Guietus; cf. ad 888* emịṭṭạṃ *A* 1007 etiam adde *B:* adde etiam *CD* 1008 iam ego *Brixius:* iam— *A*, ego iam *P* penicillus, *corr. Guietus* —urgeri *A*, exurgere *P* 1010 at terram te *B:* te adterram *CD* ut *CD:* ••ad ut (*eras. fort.* ad) *B* polipum *P* 1012 nisẹị *et* f̣ṛ[unisc]e[i *A* [ne p]ostụ— *A*, nepotules *B*, nisi postulas *CD* 1013 abeo *AD:* habeo *BC* T ς: G (*et s. v.* T *ante* ne) *D* —ẹạs *A*, habeas *P* mane· (*fort.* maneo) *A*

GRIP. Si tu proreta isti navi es, ego gubernator ero.
mitte rudentem, sceleste. TRACH. Mittam: omitte vidulum.
GRIP. Numquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior.
TRACH. Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur
aut ad arbitrum reditur aut sequestro ponitur.
GRIP. Quemne ego excepi in mari — TRACH. At ego inspectavi e litore.
GRIP. Mea opera, labore et rete et horia? TRACH. Numqui minus,
si veniat nunc dominus cuiust, ego qui inspectavi procul
te hunc habere, fur sum quam tu? GRIP. Nihilo. TRACH. Mane, mastigia:
quo argumento socius non sum, et fur sum? fac dum ex te sciam.
GRIP. Nescio, neque ego istas vestras leges urbanas scio,
nisi quia hunc meum esse dico. TRACH. Ét ego item esse aio meum.
GRIP. Mane, iam repperi quo pacto nec fur nec socius sies.
TRACH. Quo pacto? GRIP. Sine me hinc abire, tú abi tacitus tuam viam;
nec tu me cuiquam indicassis neque ego tibi quicquam dabo;
tu taceto, ego mussitabo: hoc optimum atque aequissimum est.
TRACH. Ecquid condicionis audes ferre? GRIP. Iam dudum fero:
ut abeas, rudentem amittas, mihi molestus ne sies.
TR. Mane, dum refero condicionem. GR. Te, opsecro hercle, aufer modo.
TRACH. Ecquem in his locis novisti? GRIP. Oportet vicinos meos.
TR. Vbi tu hic habitas? GR. Porro illic longe usque in campis ultimis.
TRACH. Vin qui in hac villa habitat, eius arbitratu fieri?
GRIP. Paulisper remitte restem, dum concedo et consulo.
TRACH. Fiat. GRIP. Euge, salva res est, praeda haec perpetua est mea;
ad meum erum arbitrum vocat me hic intra praesepis meas:
numquam hercle hodie abiudicabit ab suo triobolum.
ne iste haud scit quam condicionem tetulerit. Ibo ad arbitrum.
TR. Quid igitur? GR. Quamquam istuc esse ius meum certo scio,
fiat istuc potius, quam nunc pugnem tecum. TRACH. Nunc places.

1014 G *hic om. sequenti praem. D* sei *A* 1015 mitte r — *etiam A; fort.* amitte (*1031*), *cf. ad Poen. 1397* 1018 redeitur *A* 1019 l[itto]re *ACD* 1020 la[bore] *AP:* laborare *Nonius 533, om. Priscianus 1, 332* (*qui testatur* rete) ho]ri[a *AP:* horrea (horreia) *Priscianus* nunq[ui] *A* 1021—1038 *paucae litterae in primis et extremis versibus A* 1021 domini *B* 1022 fur sum *ς:* furtum nihilo *Gripo dedit Camerarius* 1025 alo *B* 1026 repperi *Fleckeisenus:* repperirem *C,* reperi rem *BD* 1028 neq— *A t. Schoellio* 1029 musitabo 1031 habeas *CD* 1033 heis *B* 1035 fleri 1036 resthem *CD* 1038 at *P* huc *Bothius* praesepias *Nonius 218* meas *B, Nonius:* meis *CD* 1039 *deficit A* tribolum *C,* tribulum *D* 1040 *cf. ad Amph. 718*

GRIP. Quamquam ad ignotum arbitrum me appellis, si adhibebit fidem,
etsist ignotus, notus: si non, notus ignotissimust.

DAEMONES IV 4

Serio edepol, quamquam vobis ⟨volo⟩ quae voltis, mulieres,
metuo, propter vos ne uxor mea med extrudat aedibus,
quae me paelices adduxe dicet ante oculos suos.
vos confugite in aram potius quám ego.

PVELLAE

Miserae periimus.

DAEM. Ego vos salvas sistam, ne timete. sed quid vos foras
prosequimini? quoniam ego adsum, faciet nemo iniuriam;
ite, inquam, domum ambo nunciam ex praesidio praesides.
GRIP. O ere, salve. DAEM. Salve, Gripe. quid fit? TRACH. Túosne hic servos est?
GRIP. Haud pudet. TRACH. Níl ago tecum. GRIP. Ergo ábi hinc sis. TRACH. Quaeso responde, senex:
tuos hic servost? DA. Meus est. TR. Em istuc optime, quando tuost.
iterum te saluto. DAEM. Et ego te. tune es qui haud multo prius
abiisti hinc erum accersitum? TR. Ego is sum. DA. Quid nunc vis tibi?
TR. Nempe hic tuos est? DA. Meus est. TR. Istuc optime, quando tuost.
DA. Quid negotist? TR. Vir scelestus illic est. DA. Quid fecit tibi.
vir scelestus? TRACH. Homini ego isti talos subfringi volo.
DAEM. Quid est? qua de re litigatis nunc inter vos? TRACH. Eloquar.
GR. Immo ego eloquar. TR. Ego, opinor, rem facesso. GR. Si quidem
sis pudicus, hinc facessas. DAEM. Gripe, animum advorte ac tace.
GR. Vtin istic prius dicat? DA. Audi. loquere tu. GR. Alienon prius
quam tuo dábis orationem? TRACH. Vt nequitur comprimi.
ita ut occepi dicere, illum quem dudum ⟨e fano foras⟩
lenonem extrusisti, hic eius vidulum eccillum ⟨tenet⟩.

1043 me appellis *ς*: mea pellis *CD*, mea pillis *B* 1044 etsi ignotust *Acidalius, cf. ad 888* ignotissimus est 1045 DEMONES SENEX MVLIERES PAL. AMPE *D* ⟨uolo⟩ *Gruterus* 1046 me 1047 adduxisse 1048 M *D* perimus 1049 Ergo *CD* 1052 ere *Camerarius:* pre grippe *CD* 1053 G *utrumque om.* abi hinc sis ergo *Brixius, cf. ad Pers. 215* 1054 hem *CD, om. B* tuus est 1055 saluto te *CD* 1056 abisti arcessitum *C* is sum *B:* istum *CD* 1058 Quit *bis B* 1059 *fort. Gripus*: vir scelestus? 1060 nunc litigatis, *corr. Camerarius* 1061 pinor *B* 1062 sipudicus *B* grippe *CD* 1063 dica *BC,* dicam *D* 1064 nequiter *CD* compremi *B* 1065 ⟨e fano foras⟩ *Lambinus, Schoellius* 1066 ecillum ⟨tenet⟩ *Guietus*

Gr. Non habeo. Tr. Negas quod oculis video? Gr. At ne videas velim.
habeo, non habeo: quid tu me curas quid rerum geram?
Trach. Quo modó habeas, id refert, iurene anne iniuria.
Grip. Ni istum cepi, nulla causa est quin me condones cruci;
si in mari reti prehendi, qui tuom pótiust quam meum?
Tr. Verba dat. hoc modo res gesta est ut ego dico. Gr. Quid tu ais?
Trach. Quod primarius vir dicat: comprime hunc sis, si tuost.
Grip. Quid? tu idem mihi vis fieri quod erus consuevit tibi?
si ille te comprimere solitust, hic noster nos non solet.
Daem. Verbo illo modo ille vicit. quid nunc tu vis? dic mihi.
Trach. Equidem ego neque partem posco mi istinc de istoc vidulo
neque meum esse hodie umquam dixi; séd isti inest cistellula
huius mulieris, quam dudum dixi fuisse liberam.
Daem. Nempe tu hanc dicis quam esse aiebas dudum popularem meam?
Trach. Admodum; et ea quae olim parva gestavit crepundia
istic in ista cistula insunt, quae isti inest in vidulo.
hoc neque isti usust, et illi miserae suppetias feret,
si id dederit, qui suos parentis quaerat. Daem. Faciam ut det. tace.
Grip. Nil hercle ego sum isti daturus. Trach. Nil peto nisi cistulam
et crepundia. Grip. Quid si ea sunt aurea? Trach. Quid istuc tua?
aurum auro expendetur, argentum argento exaequabitur.
Grip. Fac sis aurum ut videam, post ego faciam ut videas cistulam.
Daem. Cave malo ac tace tú. tu perge ut occepisti dicere.
Trach. Vnum te obsecro, ut ted huius commiserescat mulieris,
si quidem hic lenonis eiust vidulus, quem suspicor;
hic, nisi de opinione, certum nil dico tibi.
Grip. Viden? scelestus aucupatur. Trach. Sine me ut occepi loqui.
si scelesti illius est hic, cuius dico, vidulus,
haec poterunt novisse: ostendere his iube. Grip. Ain? ostendere?

1069 it *B*, illud *Camerarius* iure *CD* 1071 retia (apprehendi *ς*) potius est 1072 dat *cf. Sonnenscheinius p. 200* *ante* quid *pers. spat. om.* 1073 tuus est 1075 solitus, *corr. Fleckeisenus* 1078 dixi sed *B:* dixisset *CD* 1080 alebas 1082 istic *utrubique* 1083 usus est 1084 *ante* faciam *pers. spat. om.* 1086 *potuit* cum crepundiis, *cf. 1363, ad Cist. 709* istic *CD* 1087 exaequabimus *CD* 1088 fac sis *Rittershusius:* facis 1090 ut te 1091 eius est; *desideratur* illiust, *cf. Seyffertus Burs. act. 80,309* 1092 tibi *om. CD* 1093 scelestus us (is *CD*) aucupatur, *corr. Seyffertus* (ut *Camerarius,* scelestum ut *Studemundus;*) ⟨te⟩ ut aucupat scelestus *Muellerus genus verbi Plauto usitatum restituens* (*cf. Spengelius ad Truc. 5, 72*); *sed ubique obiectum accedit aut subauditur* (*ad Men. 570 cf. Asin. 881*) *praeter Truc. 964* 1095 his *Pylades:* hic

DAEM. Haud iniquom dicit, Gripe, ut ostendatur vidulus.
G. Immo hercle insignite inique. D. Quidum? G. Quia, si ostendero,
continuo hunc novisse dicent scilicet. TRACH. Scelerum caput,
ut tute es, item omnis censes esse, periuri caput?
GRIP. Omnia istaéc ego facile patior, dúm hic hinc a me sentiat.
TRACH. At qui nunc abs te stat, verum hinc * ibi testimonium.
DAEM. Gripe, advorte animum. tu paucis expedi, quid postulas.
TRACH. Dixi equidem, sed si parum intellexti, dicam denuo.
hasce ambas, ut dudum dixi, ita esse oportet liberas:
haec Athenis parva fúit virgo surpta. GRIP. Dic mihi,
quid id ad vidulum [pertinet], servae sint istae an ⟨fuerint⟩ liberae?
TRACH. Omnia iterum vis memorari, scelus, ut defiat dies.
DAEM. Apstine maledictis et mihi quod rogavi dilue.
TRACH. Cistellam isti inesse oportet caudeam in isto vidulo,
ubi sunt signa qui parentes noscere haec possit suos,
quibuscum periit parva Athenis, sicuti dixi prius.
GRIP. Iuppiter te dique perdant. quid ais, vir venefice?
quid, istae mutae sunt, quae pro se fabulari non queant?
TRACH. Eo tacent, quia tacitast ⟨melior⟩ mulier semper quam loquens.
GRIP. Tum pol tu pro portione nec vir nec mulier mihi es.
T. Quidum? G. Quia enim neque loquens es neque tacens umquam bonus.
quaeso, enumquam hodie licebit mihi loqui? DAEM. Si praeterhac
⟨unum⟩ verbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput.
TRACH. Vt id occepi diceré, senex, eam te quaeso cistulam
ut iubeas hunc reddere illis; ob eam si quid postulat

1096 grippe B^1C 1097 *potius* iniquom quia si *CD:* quasi *B* 1100 ego istaec *Bothius* 1101 T. *Camerarius:* D *D* atque *D, cf. relat. soc. Gott. 1895, 422* ibit *Dousa,* cibit *Acidalius, neutrum rei sufficit, et ante v. 1102 loquitur Gripus, cf. 1062. 1089. 1153; talia fere fuerint:* atque nunc abs te stat, verum hinc ⟨stabit, ubi rem audiuerit. GR. tuomne, scelus viri, superabit Gr⟩ipi testimonium? 1102 G *ante* quid *s. v. D* 1103 T *Merula:* DT *D* 1105 surrupta 1106 id *Bothius:* ita *B,* ista *CD* pertinent *C et* (*ex* pertineri *correctum?*) *D; verbum non aptum. cf. Pers. 284* uidulum *non bisyllabum, cf. 999. 1127. 1130. 1142; supplevi. corruptela qualis e. g. Most. 453. 475 Stich. 717* 1109 istic caudeam *Placidus corp. gl. 5, 53 Paulus 46 loco non indicato:* gaudeam; *cf. 1133* in isto *D:* isto *B, om. C* 1111 parua periit, *corr. Sonnenscheinius* sicut *CD* 1114 T ς: D *D* tacitast melior *Bentleius:* tacita bonast 1115 tum *B:* tu *CD* pro oratione *Gulielmius* 1116 T ς: D *D* 1117 T *praem. D, del. Camerarius* 1118 ⟨unum⟩ *Camerarius: spatium relictum* cominuam *B* 1119 ita ut occepi *Schoellius* senex eam t. q. senex *B* 1120 postulas

sibi mercedis, dabitur: aliud quidquid ibi est habeat sibi.
GRIP. Nunc demum istuc dicis, quoniam ius meum esse intellegis:
dudum dimidiam petebas partem. TRACH. Immo etiam nunc peto.
GRIP. Vidi petere miluom, etiam cum nihil auferret tamen.
DAEM. Non ego te comprimere possum sine malo? GRIP. Si istic tacet,
ego tacebo; si iste loquitur, sine me pro parte loqui.
DAEM. Cedo modó mihi vidulum istum, Gripe. GRIP. Concedam tibi,
ac, si istorum nil sit, ut mihi reddas. DAEM. Reddetur. GRIP. Tene.
DAEM. Audi nunciam, Palaestra atque Ampelisca, hoc quod loquor.
estne hic vidulus úbi cistellam tuam inesse aiebas? PAL. Is est.
GRIP. Perii hercle ego miser, uti, prius quam plane aspexit, ilico
eum esse dixit. PAL. Faciam ego hanc rem ⟨ex procliva pla⟩nam tibi.
cistellam isti inesse oportet caudeam in isto vidulo.
ibi ego dicam quidquid inerit nominatim: tu mihi
nullum ostenderis; si falsa dicam, frustra dixero,
vos tamen istaec, quidquid istic inerit, vobis habebitis;
sed si erunt véra, tum opsecro te, ut mea mi reddantur. DAEM. Placet.
ius merum oras meo quidem animo. GRIP. Át meo hercle ⟨iniuriam⟩.
quid si ista aut superstitiosa aut hariolast atque omnia,
quidquid insit, vera dicet? anne habebit hariola?
DAEM. Non feret, nisi vera dicet: nequiquam hariolabitur.
solve vidulum ergo, ut quid sit verum quam primum sciam.
GRIP. Hoc habet, solutust. DAEM. Aperi. video cistellam. haecinest?
PAL. Istaec est. o mei parentes, hic vos conclusos gero,

1121 quit quit *B* 1122 esse *om. B* 1124 auferet *CD*, aufert *B* 1126 me *B:* mea *CD* pro parte *L.:* pro re mea parte, *scil. coniuncta duplici scriptura* pro re mea (*sic Camerarius*) *et* pro parte; *cf. Men. 478* (*Pers. 72*) 1127 conceredam *CD* istum vidulum, *corr. Pylades* 1128 ac *cf. relat. soc. Gott. 1895, 423; ad Bacch. 1185* 1129 D. *om.* 1130 aiebas *B;* ai(e)bat *Fleckeisenus* 1131 perei *B* ut aspexi *B* 1132 dixi *B* P. *Camerarius:* D *D* *lacunam indicavit B, supplevit post Camerarium Gulielmius, cf. Mil. 1018* 1133 isticine esse, *corr. Camerarius* gaudeam 1134 quit quit *B* 1135 *cf. ad Bacch. 90, fuit* nullus *ut Cas. 795* 1136 tamem *B ante corr.* (*cf. 1196*) istaiec quitquit *B* *cf. ad Merc. 988;* uos tamen istic quidquid inerit uobis ⟨omne⟩ habebitis *Seyffertus; possis* ⟨id⟩ uobis 1137 sed *del. Muellerus* meam D *Camerarius:* G *D* placit *B* 1138 T *praem. D* ius meum *B* *supplevit Camerarius* (i. meram) 1140 inerit *Muellerus* anne *Valla:* in me; *cf. Cist. 518 Truc. 666* 1141 fert *B* ariolatur, *corr. Pylades* 1142 T *praem. D* quid *Camerarius:* qui quid (d *ex* t) *B*, quic quid *CD* sciam *B:* faciam *CD* 1143 G *Camerarius praem., supra* sol. *D* solutum est, *corr. Acidalius* D. *add. Vssingius* (*spat. ante* video) 1144 mi

huc opesque spesque vestrum cognoscendum condidi.
GRIP. Tum tibi hercle deos iratos esse oportet, quisquis es,
quae parentis tám in angustum tuos locum compegeris.
DAEM. Gripe, accede huc; tua res agitur. tu, puella, istinc procul
dicito quid insit et qua facie, memorato omnia.
si hercle tantillum peccassis, quod posterius postules
te ad verum convorti, nugas, mulier, magnas egeris.
GRIP. Ius bonum oras. TRACH. Edepol haud te órat, nam tu iniuriu's.
DAEM. Loquere nunciam, puella. Gripe, animum advorte ac tace.
PAL. Sunt crepundia. DAEM. Ecca video. GRIP. Perii in primo proelio.
mane, ne ostenderis. DAEM. Qua facie sunt? responde ex ordine.
PAL. Ensiculust aureolus primum litteratus. DAEM. Dice dum,
in eo ensiculo litterarum quid est? PAL. Mei nomen patris.
post altrinsecust securicula ancipes, itidem aurea
litterata: ibi matris nomen in securiculast. DAEM. Mane.
dic, in ensiculo quid nomen est paternum? PAL. Daemones.
DAEM. Di immortales, ubi loci sunt spes meae? GRIP. Immo edepol meae?
TRACH. Pergite, opsecro, continuo. GRIP. Placide, aut i in malam crucem.
DAEM. Loquere matris nomen hic quid in securicula siet.
PAL. Daedalis. DAEM. Di me servatum cupiunt. GRIP. At me perditum.
DAEM. Filiam meam esse hánc oportet, Gripe. GRIP. Sit per me quidem.
qui te di omnes perdant, qui me hodie oculis vidisti tuis,
meque adeo scelestum, qui non circumspexi centiens,
prius me ne quis inspectaret quam rete extraxi ex aqua.
PAL. Post sicilicula argenteola et duae conexae maniculae et
sucula. GRIP. Quin tu i dierecta, cum sucula et cum porculis.
PAL. Et bulla aurea est, pater quam dedit mi natali die.
DAEM. Ea est profecto. contineri quin complectar non queo.
filia mea, salve. ego is sum qui te produxi pater,

1150 quot posteris, *corr. Camerarius* 1152 G ς: P *D* T ς: D *D in eo argutiae quod Gripum quasi rem iuri contrariam ponit* 1153 aduortite *CD* 1154 peri 1155 D *Meursius: sp. om.* 1156 insiculust *C* (*cf. ad 1169*) 1157 litteratum *B* 1158 altrinsecus est *codd.:* alterinsecus est *Charisius 120 qui testatur* ancipes *cum Prisciano 1, 105. 280* itidem *Priscianus 281:* item 1160 quit *B* 1162 T. *Weisius: spat.* G. *Acidalius: sp. om.* i *Guietus:* ite 1163 quid in securicula *Bentleius:* in securicula quid (quit *B*) 1169 post in sicilicula *B*, postin sicula *CD, scil. var. l.* ensicula *in archetypo ascripta* (*cf. Charisius 155 all.*), *cf. v. 1156* et: *cf. ad Mil. 1132* 1170 *adfert Priscianus 108 ab* sucula *incipiens* i *om. Priscianus alterum* cum *om. C, Priscianus* 1171 E tabula *B* 1173 mea salue *B:* salue mea *CD*

ego sum Daemones, et mater tua eccam hic intus Daedalis.
PAL. Salve, mi pater insperate. DAEM. Salve. ut te amplector libens.
TRACH. Volup est cum istuc ex pietate vestra vobis contigit.
DAEM. Cape dum, hunc si potes fer intro vidulum, age, Trachalio.
TRACH. Ecce Gripi scelera. cum istaec res male evenit tibi,
Gripe, gratulor. DAEM. Age eamus, mea gnata, ad matrem tuam,
quae ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere,
quae te magis tractavit magisque signa pernovit tua. —
TRACH. Eamus intro ómnes, quando óperam promiscam damus. —
P. Sequere me, Ampelisca. — A. Cum te di amant, voluptati est mihi. —
GRIP. Sumne ego sceléstus, qui illunc hodie excepi vidulum?
aut cum excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco?
credebam edepol turbulentam praedam eventuram mihi,
quia illa mihi tam turbulenta tempestate evenerat.
credo edepol ego illic inesse argenti et auri largiter.
quid meliust, quam ut hinc intro abeam et me suspendam clanculum,
saltem tantisper dum abscedat haec a me aegrimonia? —

DAEMONES IV 5

Pro di immortales, quis me est fortunatior,
qui ex improviso filiam inveni meam?
satin si cui homini dei esse bene factum volunt,
aliquo illud pacto optingit optatum piis?
ego hodie neque speravi neque ⟨illud⟩ credidi:
is improviso filiam inveni tamen;
et eam de genere summo adulescenti dabo
ingenuo, Atheniensi et cognato meo.
ego eum adeo arcessi huc ad me quam primum volo,
iussique exire huc servom éius, ut ad forum
iret; nondum egressum esse eum, id miror tamen.
accedam, opinor, ad fores. quid conspicor?

1174 ecca, *corr. Fleckeisenus* intust *Langenus. cf. ad Capt. 1005* 1176 uolupe *B* 1177 uidum *CD* 1178 ista *B* 1182 quando ⟨omnes⟩ *Acidalius* *ante* operam *4 litterae* (damu?) *et post* damus *3 litterae erasae* *B* promiscuam *CD* 1184 ego ⟨homo⟩ *Fleckeisenus* illuc, *corr. Camerarius* 1187 tam *om. CD* 1188 auri et argenti *CD* 1189 quit *B* melius est 1191 DEMONES SENEX *D* *scaena non videtur genuina esse. scripta fortasse ut sequens decurtari posset. 1193—1196 eicit Langenus stud. Pl. 369* 1193 dei esse ς: delesse uolo, *corr. Valla* 1195 ⟨illud⟩ *Bothius* 1196 tamem *B* 1199 eum ego *Bothius* 1200 eius seruom *Acidalius* 1202 at *et* quit *B*

uxor complexa collo retinet filiam.
nimis paéne inepta atque odiosa eius amatiost.

Aliquando osculando meliust, uxor, pausam fieri; IV 6
atque adorna, ut rem divinam faciam, cum intro advenero,
Laribus familiaribus, cum auxerunt nostram familiam.
sunt domi agni et porci sacres. sed quid istúm remoramini,
mulieres, Trachalionem? atque optime eccum exit foras.

TRACHALIO

Vbi ubi erit, iam investigabo et mecum ad te adducam simul
Plesidippum. DAEM. Eloquere ut haec res optigit de filia;
eum roga, ut relinquat alias res et huc veniat. TRACH. Licet.
DAEM. Dicito daturum meam illi filiam uxorem. TRACH. Licet.
DAEM. Et patrem eius me novisse et mi esse cognatum. TRACH. Licet.
D. Sed propera. T. Licet. D. Iam hic fac sit, cena ut curetur. T. Licet.
DAEM. Omnian licet? TRACH. Licet. sed scin quid est quod te volo?
quod promisisti ut memineris, hodie ut liber sim. DAEM. Licet.
TRACH. Fac ut exores Plesidippum, ut me ⟨manu⟩ emittat. DAEM. Licet.
TRACH. Et tua filiá facito oret: facile exorabit. DAEM. Licet.
TRACH. Atque ut mi Ampelisca nubat, ubi ego sim liber. DAEM. Licet.
TRACH. Atque ut gratum mi beneficium factis experiar. DAEM. Licet.
TRACH. Omnian licet? DAEM. Licet: tibi rursum refero gratiam.
sed propera ire in urbem actutum et recipe te huc rursum. T. Licet.
iam hic ero. tu interibi adorna ceterum quod opust. — DAEM. Licet.
Hercules istum infelicet cum sua licentia;
ita meas replevit auris, quidquid memorabam, licet.

GRIPVS IV 7

Quam mox licet te compellare, Daemones?
DAEM. Quid est negoti, Gripe? GRIP. De illo vidulo:
si sapias, sapias; habeas quod di dant boni.

1204 paene *B cum Nonio 70: om. CD* 1205 DEMONES TRACHALIO SERVVS *D* melius est 1210 iam *Guietus:* tamen iam *B,* tamen *CD* 1211 Pleusidippum *CD* res *om. B* 1212 rogat *B,* rogato *CD, corr. Bentleius* relinquit *B* 1215 sis, *corr. Acidalius* 1216 omnia inlicet, *corr. Camerarius* 1218 pleusidippum *CD* me *om. B* ⟨manu⟩ *Fleckeisenus post Camerarium* 1221 beneneficium facitis *B* 1222 omnia, *corr. Camerarius* 1223 prepera *B* 1224 opus est 1225 TR *praem. CD, del. Camerarius* Hecules *B* 1226 quit quit *B* 1227 GRIPPVS PISCATOR DEMONES SENEX *D* 1229 DEM *praem. CD, om. sq. v., corr. Pylades* dant boni *B:* danunt dant boni *C,* boni danunt dant *D;* boni danunt *Pareus; scriptura duplex:* di dant boni *et* divi danunt

DAEM. Aequom videtur tibi, ut ego, alienum quod est,
meum esse dicam? GRIP. Quodne ego inveni in mari?
DAEM. Tanto illi melius optigit qui perdidit;
tuom esse nihilo magis oportet vidulum.
GRIP. Isto tu pauper es, quom nimis sancte pius.
DAEM. O Gripe, Gripe, in aetate hominum plurimae
fiunt trasennae, ubi decipiuntur dolis.
atque edepol in eas plerumque esca imponitur:
quam si quis avidus poscit escam avariter,
decipitur in trasenna avaritia sua.
ille quí consulte, docte atque astute cavet,
diutine uti bene licet partum bene.
mihi istaéc videtur praeda praedatum irier,
ut cum maiore dote abeat quam advenerit.
egone ut quod ad me allatum esse alienum sciam,
celem? minime istuc faciet noster Daemones.
semper cavere hoc sapientis aequissimumst,
ne conscii sint ipsi malefici suis.
ego mihi cum + lusi nil moror ullum lucrum.
GRIP. Spectavi ego pridem comicos ad istúnc modum
sapienter dicta dicere atque eis plaudier,
cum illos sapientis mores monstrabant poplo:
sed cum inde suam quisque ibant divorsi domum,
nullus erat illo pacto ut illi iusserant.
DAEM. Abi intro, ne molestu's, linguae tempera.
ego tibi daturus nil sum, ne tu frustra sis.
GRIP. At ego deos quaeso, ut quidquid ín illo vidulost,
si aurum si argentum est, omne id ut fiat cinis. —
DAEM. Illuc est quod nos nequam servis utimur.
nam illic cum + servo si quo congressus foret,
et ipsum sese et illum furti adstringeret;
dum praedam habere se censeret, interim
praeda ipsus esset, praeda praedam duceret.

1232 GR D^1 illi melius *Bentleius:* melius illi 1236 transennae 1242 *fort.* ire, uti | hinc cum 1243 docte *B* 1246 sapientis aequissimumst *B:* sapientissimum est *CD* 1247 maleficiis, *corr. Pylades* 1248 *fort.* cum iniustumst (nisi quod iustumst *Langrehrius*) *cf. ad Bacch. 153* 1250 iis 1251 monstrabat, *corr. Pylades* potio 1256 quit quit *B* 1257 it *BC* 1258 nequaquam *B* 1259 seruo: auaro *Vssingius, fort.* simili 1260 forti

nunc hinc intro ibo et sacrificabo, postibi
iubebo nobis cenam continuo coqui. —

PLESIDIPPVS IV 8

Íterum mihi istaec omnia itera, mi anime, mi Trachalio,
mi liberte, mi patrone potius, immo mi pater.
repperit patrem Palaestra suom atque matrem?

TRACHALIO

Repperit.
Ples. Et popularis est? Trach. Opino. Ples. Et mihi nuptura est?
Trach. Suspicor.
Ples. Censen hodie despondebit eam mihi, quaéso? Trach. Censeo.
Ples. Quid? patri etiam gratulabor cum illam invenit? Trach. Censeo.
P. Quid matri eius? T. Censeo. P. Quid ergo censes? T. Quod rogas,
censeo. Ples. Dic ergo quanti censes? Trach. Egone? censeo.
Ples. Adsum equidem, ne censionem semper facias. Trach. Censeo.
P. Quid si curram? T. Censeo. P. An sic potius placide? T. Censeo.
P. Etiamne eam ádveniens salutem? T. Censeo. P. Etiam patrem?
T. Censeo. P. Post eius matrem? T. Censeo. P. Quid postea?
etiamne adveniens complectar eius patrem? Trach. Non censeo.
P. Quid matrem? T. Non censeo. P. Quid eampse illam? T. Non censeo.
Ples. Perii, dilectum dimisit. nunc non censet, cum volo.
T. Sanus non es. sequere. — P. Duc me, mi patrone, quo libet. —

LABRAX V 1

Quis me ést mortalis miserior qui vivat alter hodie,
quem ad recuperatores modo damnavit Plesidippus?
abiudicata a me modo est Palaestra. perditus sum.
nam lenones ex Gaudio credo esse procreatos,
ita omnés mortales, si quid est mali lenoni, gaudent.
nunc alteram illam quae mea est visam huc in Veneris fanum,
saltem ut eam abducam, de bonis quod restat reliquiarum.

1265 PLEVSEDYPPVS ADOLESCENS TRACHALIO SERVVS *D* 1266 potius, immo *Reizius:* immo potius 1268 opinor nuptura est mihi *B* 1271 Quit ergo *et* Quot *B* 1273 at sume quidem, *corr. Turnebus* 1274 Quit si curam *B* 1275 eam *sup. scr. B* 1276 Quit *B, ut 1278 bis* 1279 peri *CD* 1281 LABRAX LENO *D* mortalium, *corr. Bentleius* 1282 quae matre cuperato ris *B* pleusidippus *CD* 1284 procreatores *B* 1285 *praeter expectationem, nam expectes Gaudii pueros semper gaudere (Stich. 155 sq.)* 1287 quot *BC* reliquarum *B*

GRIPVS V 2

Numquam edepol hodie ad vesperum Gripum inspicietis vivom,
nisi vidulus mihi redditur. LABR. Perii, cum mentionem
fieri audio usquam viduli * * quasi palo pectus tundat.
GRIP. Istic scelestus liber est: ego qui in mari prehendi
reti atque excepi vidulum, ei dáre negatis quicquam.
LABR. Pro di immortales, suo mihi hic sermone arrexit aures.
GRIP. Cubitum hercle longis litteris signabo iam usquequaque,
si quis perdiderit vidulum cum auro atque argento multo,
ad Gripum ut veniat. non feretis istum, ut postulatis.
LABR. Meum hercle illic homo vidulum scit quí habet, ut ego opinor.
adeundus mihi illic est homo. di, quaeso, subvenite.
GRIP. Quid me intro revocas? hoc volo hic ante ostium extergere.
nam hoc quidem pol e robigine, non est e ferro factum,
ita quanto magis extergeo, rutilum atque tenuius fit.
+ nam quidem hoc venenatumst verum: ita in manibus consenescit.
L. Adulescens, salve. G. Di te ament cum inraso capite. L. Quid fit?
G. Verum extergetur. L. Vt vales? G. Quid tu? num medicus, quaeso, es?
LABR. Immo edepol una littera plus sum quam medicus. GRIP. Tum tu
mendicus es? LABR. Tetigisti acu. GRIP. Videtur digna forma.
sed quid tibi est? LABR. Hac proxima nocte in marí elavi.
confracta est navis, perdidi quidquid erat miser ibi omne.
GRIP. Quid perdidisti? LABR. Vidulum cum auro atque argento multo.
GRIP. Ecquid meministi, in vidulo qui periit quid ibi infuerit?
LABR. Quid refert, qui periit tamen? sine hoc, áliud fabulemur.

1288 GRIPPVS PISO. LABRAX L. *D* nunc quam *B* 1289 reddatur *CD* peri 1290 palus pectus tundit *Vssingius; sed cf. Cas. 415 al., unde verba mutila esse intellexit Seyffertus post Schoellium (scil. 'cor tam vehementer salit—')* 1292 recte *CD*[1] darei 1293 mihi *om. CD* 1294 iam *om. CD* 1296 A gripum *B*, agrippum *CD* *cf. ad Curc. 526* 1299 Quit *B* 1300 rubigine *CD* non efero (effero *B*, *corr.* ς) factum est, *corr. Bothius* 1301 quanti, *corr. Pius* 1302 quidem: idem *B ex corr.;* nam hoc quidem *Bothius, atque delent bonum versum;* num quid hoc *Franckenus* uenenatust *CD*, venatust *B* uerum: m *ex* it *ut vid. D; cf. 1304 (134) Truc. 628* (uera *plurale Charisius 66. 146*) 1303 inraso capite *cf.* suasum *et* insuasum, canum *et* incanum (*recalvus est v. 317, cf. 125*) 1304 LA. ut ς: Aut *om. pers. sp.* quit *B* 1305 LA. *C:* GR. *D* 1306 Medicus *B* 1307 quit *B* elaui *Pius:* et alii 1308 contra facta est, *corr. Pylades* quit quit *B* 1310 ec quid *B:* eo quid *CD* perit *BD*[2], per id *CD*[1] quit *B* ibi infuerit *Bentleius:* infuere tibi 1311 Quit *B* perit tamen? sine hoc *Spengelius:* GR. (*sic CD, spatium B*) tamen si non hoc

GRIP. Quid si ego sciam qui invenerit? volo ex te scire signa.
LABR. Nummi octingenti aúrei in marsuppio infuerunt,
praeterea centum minaria Philippa in pasceolo sorsus.
GRIP. Magna hercle praedast, largiter mercedis indipiscar;
di homines respiciunt: bené ego hinc praedatus ibo.
profecto húius est vidulus. perge alia tu expedire.
LABR. Talentum argenti commodum magnum inerat in crumina,
praeterea sinus, cantharus, epichysis, gaulus, cyathus.
GRIP. Papae, divitias tu quidém habuisti luculentas.
LABR. Miserum istuc verbum et pessimum est, habuisse, et nihil habere.
GRIP. Quid dare velis, qui istaec tibi investiget indicetque?
eloquere propere celeriter. LABR. Nummos trecentos. GRIP. Tricas.
L. Quadringéntos. G. Tramas putidas. L. Quingentos. G. Cassam glandem.
LABR. Sescentos. GRIP. Curculiunculos minutos fabulare.
LABR. Dabo séptingentos. GRIP. Os calet tibi, nunc id frigefactas.
LABR. Millé dabo nummum. GRIP. Somnias. LABR. Nihil addo.
GRIP. Abi igitur. LABR. Audi:
si hercle abiero hinc, hic non ero. vin centum et mille? GRIP. Dormis.
LABR. Eloquere quantum postules. GRIP. Quo nihil invitus addas:
talentum magnum. non potest triobolum hinc abesse.
proin tú vel aias vel neges. LABR. Quid istic? necessum est, video:
dabitur talentum. GRIP. Accede dum huc: Venus haec volo adroget te.
LABR. Quod tibi libet id mi impera. GRIP. Tange aram hanc Veneris.
LABR. Tango.
G. Per Venerem hanc iurandum est tibi. L. Quid iurem? G. Quod iubebo.

1312 GR. *ς: om.* Quit *B* 1313 oct. nummi *Benoist* aurei in *Camerarius:* auri in *CD*, aurii *B;* auri ⟨probi⟩ in *Seyffertus* 1314 minaria *L.:* mna *codd.*, denaria *Nonius 151* (*s.* pasceolus); *Bekk. An. 108 μναδάρια ὑποκοριστικῶς τὰς μνᾶς. Δίφιλος Βαλανεῖῳ* (*frg. 21 K.*), cf. *φωνάριον, ψυχάριον sim.*, sonarium *Novius 34* philippia (—ea *Nonius*), *corr. Seyffertus quingenti nummi Philippei* (*quos deminutivo blanditer memorat*) *seorsum, octingenti variae notae in marsuppio* seorsum *Nonius* 1316 *vel* diui ergo *B* 1317 est huius *Pylades* 1318 inerit*; cf. Brixius ad Trin. 923* 1319 epichisis cantharus, *commutavit Bothius* caulus 1320 Parae 1321 miserum quidem istuc *B* 1323 trichas 1325 sexcentos 1326 dabos *B* nunc id frigefactas *Camerarius et Valla:* nungit frigide (frigede *sequente ras. 4—5 litt. B*) factas*; cf. Poen. 760* 1327 nummos *CD* 1328 si — ero *Gripi, lenoni dedit Sonnenscheinius* 1329 Quom *B* 1330 tribolum 1331 alas *BCD*[1] *Donatus in Eun. 2, 2, 21* uel tu ais uel negas 1332 at roget; *cf. 1381, astipulatorem et adpromissorem contulit Turnebus* 1333 it *B* imperat haram *B* 1334 iubeo *CD*

LABR. Praei vérbis quidvis. íd quod domi est, numquam ulli supplicabo.
G. Tene aram hanc. L. Teneo. G. Deiera te mi argentum daturum
eodém die, ⟨tui⟩ viduli ubi sis potitus. LABR. Fiat.
GRIP. Venus Cýrenensis, testem te testor mihi,
si vidulum illum, quém ego in navi perdidi,
cum auro atque argento salvom investigavero
isque in potestatem meam pervenerit,
tum ego húic Gripo, ínquito, et me tangito —
LABR. Tum ego húic Gripo (dico, Venus, ut tu audias)
talentum argenti magnum continuo dabo.
GRIP. Si ⟨quid⟩ fraudassis, dic ut te in quaestu tuo
Venus eradicet, caput atque aetatem tuam.
tecum hoc habeto tamen, ubi iuraveris.
LABR. Illaec advorsum si quid peccasso, Venus,
veneror te ut omnes miseri lenones sient.
GRIP. Tamen fiet, etsi tu fidem servaveris.
tu hic opperire, iam ego faxo exibit senex;
eum tú continuo vidulum reposcito. —
LABR. Si maxime mi illum reddiderit vidulum,
non ego illi hodie debeo triobolum.
meus arbitratust, lingua quod iuret mea.
sed conticiscam: eccum exit et ducit senem.

GRIPVS V 3

Séquere hac.

DAEMONES

Vbi istic lenost? GRIP. Heus tu. ém tibi, hic habet vidulum.
DAEM. Habeo et fateor esse apud me, et, si tuos est, habeas tibi.
omnia, ut quídquid infuit, ita salva sistentur tibi.
tene, si tuost. LABR. O di immortales, meus est. salve, vidule.

1335 praei *Merula:* prae it *B, del. Bentleius, cf. ad Amph. 793;* id quod domi est *scil. iurare i. e. periurare* numqui *B* uili 1336 Tene haram *B:* teneram *CD* deiura 1337 ⟨tui⟩ *Seyffertus* 1338 testem *B:* † testorem *CD* 1340 GR. *praem.* cum *ς:* quam 1342 GR. *praem., signa repetendi a lenone iurisiurandi* inquito *B:* dico inquito *CD (scil. var. l.* dicito) 1345 ⟨quid⟩ *Seyffertus* te *cf. ad Most. 926* 1348 illa egat uorsum *B,* illa negat uorsum *CD, corr. Muellerus* 1349 sint 1354 triobulum *B* 1355 arbitratus tungua 1356 contigiscam 1357 GRIPPVS PIS DEMONES S. LABRAX LENO *D* DAE. — GR. *add. Fleckeisenus, cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 265* est *Camerarius:* et hem *CD* 1359 quit quit *B; cf. Most. 831;* quicque *Reizius* infuere, *corr. Fleckeisenus* 1360 tuus est LA D^2: GR D^1C

D. Tuosne est? L. Rogitas? si quidem hercle Iovis fuit, meus est tamen.
DAEM. Omnia insunt salva; una istinc cistella excepta est modo
cum crepundiis, quibuscum hódie filiam inveni meam.
LABR. Quam? DAEM. Tua quae fuit Palaestra, ea filia inventast mea.
LABR. Bene mehercle factum est. cum istaec res tibi ex sententia
pulchre evenit, gaudeo. DAEM. Istuc facile non credo tibi.
LABR. Immo hercle, ut scias gaudere me, mihi triobolum
ob eam ne duis, condono te. DAEM. Benigne edepol facis.
L. Immo tu quidem hercle vero. G. Heus tu, iám habes vidulum.
L. Habeo. G. Propera. L. Quid properabo? G. Reddere argentum mihi.
L. Neque edepol tibi do, neque quicquam debeo. G. Quae haec factio est?
non debes? LABR. Non hercle vero. GRIP. Non tu iuratus mihi es?
LABR. Iuratus sum, et nunc iurabo, si quid vóluptati est mihi:
ius iurandum rei servandae, non perdendae conditum est.
GRIP. Cedo sis mihi talentum magnum argenti, periurissime.
DAEM. Gripe, quod tu istum talentum poscis? GRIP. Iuratust mihi
dare. LABR. Libet iurare. tun meo póntifex peiurio es?
DAEM. Qua pro re argentum promisit hic tibi? GRIP. Si vidulum
hunc redegissem in potestatem eius, iuratust dare
mihi talentum magnum argenti. LABR. Cedo quicum habeam iudicem,
ni dolo malo instipulatus sis nive etiamdum ⟨haud⟩ siem
quinque et viginti annos natus. G. Habe cum hóc. L. Aliost opus.
DAEM. Iám ab isto auferre haud ⟨potis⟩ sim, si istunc condemnavero.
promisistin huic argentum? LABR. Fateor. DAEM. Quod servo ⟨meo⟩
promisisti, meum esse oportet, ne tu, leno, postules
te hic fide lenonia uti: non potes. GRIP. Iam te ratu's
nactum hominem quem defraudares? dandum huc argentum est probum:

1361 LA ς: GR *CD* 1363 quibus hodie *Fleckeisenus* 1365 mehercle *CD:* hercle *B; fort.* bene hercle factum ⟨et uolup⟩ est, *cf. 892* (*Pseud. 1175*) exentontia *BC* 1367 me *B:* mei *CD* triobulum *B* 1368 dius *CD* 1369 habeas, *corr. Pylades* 1371 es 1374 rei reseruandae *CD* 1375 perituriesime (*i. e.* peiiurissime *sup. scr.* r) 1377 tum peiurio *CD:* pelurio *B* 1379 iuratus, *corr. Lambinus* 1381 instipulatus *etiam Priscianus 1, 388, cf. Pseud. 1069* niue: siue *Priscianus* ⟨haud⟩ *Acidalius* 1382 annos natus *Priscianus:* natus annos alienost *Brixius* 1383 D. *Camerarius: om.* haut potis sim *L.:* aut sim *Daemones deliberat, se si Gripo argentum adiudicaverit, ab eo non reciperaturum; ergo cum lenone paciscendum esse* 1384 DE *praem. D* promisisti, *corr. Reizius* LA. fateor ς: † inteor *B*, GR intueor *CD* D *D e corr.:* LA *D ante corr., C* ⟨meo⟩ *Pylades* 1385 promisti *CD* oporte *B* 1386 fidele non lauti *B*, fide lenoni lauti *CD* 1387 nactus *B ante corr.* defraudandum dares dandum *B*¹*CD* huc *B:* huic *CD*

id ego continuo huic dabo adeo, mé ut hic emittat manu.
DAEM. Quando ergo erga te benignus ⟨ego⟩ fui atque opera mea
haec tibi sunt servata — GRIP. Immo hercle mea, ne tu dicas tua.
DAEM. (Si sapies, tacebis) tum te mihi benigne itidem addecet
bene merenti bene referre gratiam. LABR. Nempe pró meo
iure oras? DAEM. Mirum quin tuom ius meo periclo aps te expetam.
GRIP. Salvos sum, leno labascit, libertas portenditur.
DAEM. Vidulum istunc ille invenit, illud mancipium meum est;
ego tibi hunc porro servavi cum magna pecunia.
LABR. Gratiam habeo, et de talento nulla causa est quin feras,
quod isti sum iuratus. GRIP. Heus tu, mihi dato ergo, si sapis.
DAEM. Tacen an non? GRIP. Tu meam rem simulas agere, tibi mu * *.
non hercle istoc me intervortes, si aliam praedam perdidi.
DAEM. Vapulabis, verbum si addis istúc unum. GRIP. Vel hercle énica,
non tacebo umquam alio pacto, nisi talento comprimor.
LABR. Tibi operam hic quidem dát. tace. DAEM. Concede hoc tu, leno.
LABR. Licet.
GRIP. Palam age, nolo ego murmurillum neque susurrum fieri.
DAEM. Dic mihi, quanti illam emisti tuam alteram mulierculam,
Ampeliscam? LABR. Mille nummum denumeravi. DAEM. Vin tibi
condicionem luculentam ferre me? LABR. Sane volo.
D. Dividuom talentum faciam. L. Bene facis. D. Pro illa altera,
libera ut sit, dimidium tibi sume, dimidium huc cedo.
LABR. Maxime. DAEM. Pro illo dimidio égo Gripum emittam manu,
quem propter tu vidulum et ego gnatam inveni. LABR. Bene facis,
gratiam habeo magnam. GRIP. Quam mox mi argentum ergo redditur?
DAEM. Res soluta est, Gripe. ego habeo. GRIP. Át ego me hercle mavolo.
DAEM. Nihil hercle hic tibi est, né tu speres. iuris iurandi volo
gratiam facias. GRIP. Perii hercle. nisi me suspendo, occidi.

1388 LA *praem. D* 1389 te benignus *Camerarius:* tibi nignus *B*, tibi benignus *CD* ⟨ego⟩ *Guietus* 1391 benione itidem addem 1392 ferre, *corr. Lambinus* *ante* 1394 *aliquid intercidisse censet Seyffertus stud. Pl. 16* 1395 DE *C:* LE *D* istic, *corr. Dousa* 1397 habeto *CD* 1399 tum, *corr. Fleckeisenus* re mu⟨nis uiam⟩ *Kochius* 1401 adde *codd., i. e.* addis 1402 tabebo *CD* 1403 tace *Guietus:* tacebo *BC*, taceho *D* LA *Pylades: spat. B, om. CD* 1404 ego *Nonius 142: om.* murmurillum *testatur Nonius:* murmur ullum *B et* (ullum *ex* nullum) *D*, murmur illum *CD*[2] 1406 nummos *CD* 1407 fere LA *D*[2]*:* GR *CD*[1] 1408 facis *ς:* facias 1409 huc *B:* huic *CD* 1410 griphum 1413 est *CD:* es *B* griphe hercle at (ad *B*) ego me, *corr. Studemundus* 1415 faciam *CD*, fatiam *B*, *corr. ς* peri *B*

quam hercle iterum defraudabis me quidem post hunc diem.
Hic hodie cenato, leno. LABR. Fiat, condicio placet.
Sequimini intro. spectatores, vos quoque ad cenam vocem,
daturus nil sim neque sit quicquam pollucti domi,
adeo vocatos credam vos esse ad cenam foras.
rum si voletis plausum fabulae huic clarum dare,
missatum omnes venitote ad me ad annos sedecim.
os hic hodie cenatote ambó. LABR. Fiat. DAEM. Plausum date.

---

post 1416 *intercidit ipsa Gripi manumissio cum gaudio eius* 1419 sim *B:* sum *CD* 1420 neue 1422 comisatum, *cf. ad. Most. 989, non vetuste sed ex praecepto scholastico* (*Vel. Long. 72*) 1423 LA. *om.* D. *ς: spatium CD, om. B* *versus novicius est* (*Weisius*)

Diomedes p. 380 loco corrupto Plautus pluraliter compositum efficit in Rudente (ridentem *M*): aullas abstulas (ollas *B*, ullas *AM*), ut sit instans abstulo. *cf. Keilius ad l.*

Rufinus p. 561 Sisenna in Rudente — 'latronem producit metri causa'.

S T I C H V S

GRAECA ADELPHOE MENANDRV
ACTA LVDIS PLEBEIS
CN. BAEBIO C. TERENTIO AED. PL.

T. PVBLILIVS PELLIO

MARCIPOR OPPII
TIBIIS SARRANIS TOTAM

C. SVLPICIO C. AVRELIO COS.

---

v. 1. 5. 7. 10 atramento scripti non fuerunt, fort. minio, ut cum Ritschelio fere supplenda sint v. 1 titulus, 5 egit, *7* modos fecit, *sed non v. 10* facta est — (*quod de Terentianis fabulis sciri potuit, de Plautinis non item*) 2 *Menandri Adelphos priorem esse vidit Schoellius annal. philol. 119, 44* 9 totam *cf. Phormionis didasc. Calliopiana, Hecyrae et Adelphorum Bembina; sed fort. sequebatur verbum* 11 *immo* P. Sulpicio (*Vssingius*)

ARGVMENTVM I

DVAS SORORES simul in matrimonium
DVO Fratres ducunt. post re confracta duo
REM QVAERunt peregre, qui paupertatem levent.
ibi absunt peregrinantes per triennium.
SORORes nolunt prodere absentes viros.
PAter castigat propter eam rem filias;
sed ei persuadent, aliis ne se conlocet.
Reveniunt opibus aucti ad uxores viri;
FACete reduces ludunt. potant servuli.

---

arg. I habet A, non P I *cf. ad Cas. 38. tantum initia versuum maiusculis expressa leguntur; quomodo verbis concepti esse potuerint indicavi. sed fortasse versuum X vel XV argumentum fuit; cf. Studemundus comm. Mommsen. 803 sq.*

ARGVMENTVM II

Senex castigat filias, quod eae viros
Tam perseverent peregrinantis pauperes
Ita sustinere fratres neque relinquere;
Contraque verbis delenitur commodis,
Habere ut sineret quos semel nactae forent.
Viri reveniunt opibus aucti trans mare;
Suam quisque retinet, ac Sticho ludus datur.

---

arg. II habet P, non A INCIPIT STICHVS PLAVTI. ARGVMENTVM *B et* (*om.* ARG.) *C* 1 aeae *B*, heae *CD* 2 pauperis *CD* 5 inacta *B* 7 retinat *B*, retineat *CD* EXPLICIT ARGVMENTVM *B*

PERSONAE

PANEGYRIS uxor Epignomi
SOROR uxor Pamphilippi
ANTIPHO senex
GELASIMVS parasitus
CROCOTIVM ancilla
PINACIVM puer
EPIGNOMVS } fratres
PAMPHILIPPVS }
STICHVS } servi
SANGARINVS }
STEPHANIVM ancilla

SCAENA ATHENIS

De sororum nominibus v. ad v. 1, de Epignomi ad v. 238, de Sangarini ad v. 644

PANEGYRIS I 1

Crédo egó miserám
fuísse Penelopam, 1ª
sorór, suo ex animo,
quae tám diu vidua 2ª
viró suo caruit;
nam nós eius ánimum 3ª
de nóstris factis nóscimus, quarúm viri hinc ápsunt,
quorúmque nos negótiis apséntum, ita ut aéquom est,
sollícitae noctes ét dies, sorór, sumus sémper.

SOROR

Nostrum ófficium
nos fácere aequomst, 7ª
neque id mágis facimus
quam nós monet píetas. 8ª
sed híc, soror, asside dum: multá volo tecum
loquí de re viri. PAN. Salvéne, amabo?
SOR. Speró quidem et volo; sed hóc, soror, crúcior,
patrém tuom meúmque adeo, unice qui unus +

PANEGIRIS PINACIVM SORORES ·II· *BD*, PHILVMENA PAMPHILA *A; in nomine aliquo sororis minoris in fabula non nominatae ponendo luserunt editores antiqui. maior* (*v. 41. 66*) *Panegyris est v. 247. 331* *nominum per fabulam omnium B, multorum CD spatia inexpleta praebent* *1sq. metra vindicavi mus. Rhen. 40, 200. 184; schema primorum 5 colorum hoc est* (⏑) – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏓, *v. 1—3ª bina cola coniungit B* *agitur apud Panegyrin* (*66. 150sq. 326sq.*), *foribus apertis* (*v. 87*) 1ª penolopam *CD*¹ 5 quorum quidem *Ritschelius* apsentium ita ut aequom est *A*, absentum ut est aequum (aequm *B*) *P* 7 . 7ª *et* 8 . 8ª *coniungit B* 7 PINACIVM *praem. CD* 9 soror assidedum *A:* mea soror adsidum *P* 10 *duobus versiculis A* uirum *Guietus* *pers. sp. A: om. P* saluene *AP*, *cf. Trin. 1177 Men. 776 Ter. Eun. 5, 5, 8* (*ubi vide Donat.*) *et Livius locis quos attulerunt commentatores ad 1, 58, 7; addit Georges in annal. phil. 117, 830 Ausonii p. 29, 6 Sch. et Frontonis p. 118, 7 N.* (*utrubique* satin saluae) 11 PANEGIRIS *praem. CD, corr. ς* equidem *A* 12 qui *post* probus *v. 13 collocavit Goetzius*

civibus ex omnibus probús perhibetur,
eúm nunc improbi viri ófficio uti,
viris qui tantas apséntibus nóstris
facit iniurias immérito
nosque áb eis abducére volt.
haec rés vitae me, sóror, saturant,
haec míhi dividiae et sénio sunt.
PAN. Ne lácruma, soror, neu túo id animo
fac quod tíbi tuos pater faceré minatur:
spes ést eum melius fácturum.
novi égo illum: ioculo istaec dicit,
neque illé sibi mereat Pérsarum
montís, qui esse aurei pérhibentur,
ut istúc faciat quod tú metuis.
tamen sí faciat, mìnime irasci
decet, néque id immerito evéniet.
nam viri nostri domo ut ábierunt,
hic tértius annus. SOR. Ita út memoras.
PAN. Quom ipsi interea vivánt, valeant,
ubi sínt, quid agant, ecquíd agant,
neque párticipant nos, néque redeunt.
SOR. An id dóles, soror, quia illi suom ófficium
non cólunt, quom tu tuom fácis? PAN. Ita pol.
SOR. Tace sís, cave sis audíam ego istuc
posthác ex te. PAN. Nam quíd iam?
SOR. Quia pól meo animo omnis sápientis
suom officium aequom est colere ét facere.
quam ob rem égo te hoc, soror, tametsi és maior,

---

16. 17 *coniungit B* 17 eis *A:* is *B*, his *CD* 18—47 *in systematis colorum conexus laeditur v. 25. 40. 42* 18 *et* 19 hae *P* 19 mi *P* *fort. paroemiacus contracto* diuidiae 20 PA *ς:* PIN. *CD* nẹ *A:* neu *P* 21 tuos *delet Bothius* 25 montẹs *ACD* 27 tametsi *A* 30 tertiust *Ritschelius personas hic et sq. v. indicavit ς* 31. 32 *coniungit B* *num (non ut) vivant, num valeant, ubi sint, quid agant, ecquid omnino agant; cf. Cic. Phil. 13, 33* qui ubi terrarum sit, quid agat, uiuat denique an mortuus sit, quis aut scit aut curat? *et alia velut* quid agis? ecquid fit? (*ep. 7, 11, 2*), Brutus ecquid agit et quando? (*ad Att. 13, 16, 2*). *cf. v. 222* 33 *paroemiacus potius a* participant *incipit* 34. 35 PIN. *ς: om.* 36 coeunt *A* tu *om. P* 37. 38 *inverso ordine A* 37 PIN. *CD* 38 posthac *A:* caue posthac *P* quid *AD:* qui *BC* 39 PIN. *CD* 40 aecum *B*, aequum *CD; item, sed* aequm *B, v. 44*
41 soror ego hoc te *A*

moneo, út tuom memineris ófficium:
etsi ílli improbi sint átque aliter
nobís faciant quam aequómst, tam pol
ne quíd magis simus * omnibus obníxe opibus
nostrum ófficium meminísse decet.
PAN. Placet: táceo. SOR. At memineris fácito.

[PAN. Nolo égo, soror, me credi esse immemorem viri,
neque ille éos honores, mihi quos habuit, perdidit;
nam pol mihi grata acceptaque eiust benignitas.
et me quidem haec condicio nunc non paenitet,
neque est cur [non] studeam has nuptias mutarier;
verum postremo in patris potestate est situm:
faciendum id nobis quod parentes imperant.
SOR. Scio, atque in cogitando maerore augeor,
nam propemodum iam ostendit suam sententiam.
PAN. Igitur quaeramus, nobis quid facto usus sit.]

ANTIPHO I 2

Quí manet ut moneatur semper servos homo officium suom
nec voluntáte id facere meminit, servos is habitu hau probust.
vos meministis quot kalendis petere demensum cibum:
qui minus méministis quod opus sit facto facere in aedibus?
iam quidem in súo quicqué loco nisi erit mihi situm supellectilis,
quom ego revortar, vos monimentis commonefaciam bubulis.
non homines habitare mecum mi hic videntur, sed sues.
facite sultis, nitidae ut aedes meae sint, quom redeam domum.
iam ego domi adero: ad meam maiorem filiam inviso modo;
siquis me quaéret, inde vocátote aliqui; aut iam egomet hic ero.

---

44 nos *AP*, *corr. Guietus* ṭam *A:* tamen *P* 45 simus *P:* sit *A* *supplendum fere* simus ⟨in culpa illis, nos hic⟩ *cf. Muellerus pros. 421 sq.* 47 †taceo *A* S.: PIN. *D*, PAN. *C* (*spat. AB*) 48–57 *om. A, atque ad scaenam quae cantico substitueretur rettulit Ritschelius. cf. 68 sq. personae notantur* ς 50 mihi pol *B* huius est, *corr. Bachius p. 363* 51 hoc *B* penitet *B:* petiit et *C*, periit et *D* 52 [non] *Guietus* 57 facio *BC* sit: sit antipho *B* 58 ANTIPHO MVLIERES *A*, *om. P* manet *P:* moneat *A* 59 is *P:* his *A* aut *P* probusṭ *AB:* probus st *CD* 60 quod *P* calendis *ABC* 62 quicque *AB:* quique *CD* suppellectilis *P* 64 mihi hic *P:* mihi *A* 65 facite sultis *A:* faciete sulcis *CD*, facite *cum spatio vacuo B* 66 modo *A:* domum *P* 67 *sic AP, cf. ad Aul. 340*

SOR. Quid agimus, soror, si óffirmabit pater adversum nos? PAN. Pati
nos oportet quod ille faciat, cuius potestas plus potest.
exorando, haud adversando sumendam operam censeo:
gratiam per si petimus, spero áb eo impetrassere;
adversari sine dedecore et scelere summo haud possumus,
neque equidem id factura neque tu ut facias consilium dabo,
verum ut exoremus. novi ego nostros: exorabilest.
ANT. Principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor:
utrum ego perplexim lacessam oratione ad hunc modum,
quasi numquam quicquam in eas simulem, quasi nil indaudiverim
eas in se meruisse culpam, an potius temptem saeviter,
[an minaciter. scio litis fore, ego meas novi optume.]
si manere hic sese malint potius quam alio nubere.
non faciam. quid mi ópust decurso aetatis spatio cum meis
gerere bellum, quom nil, quam ob rem id faciam, meruisse arbitror?
minime, nolo turbas, séd hoc mihi optumum factu arbitror:
[sic faciam: adsimulabo quasi quam culpam in sese admiserint.]
perplexabilitér earum hodie perpavefaciam pectora;
post id [agam] igitur deinde, ut animus meus erit, faciam palam.
multa scio faciunda verba. ibo intro. sed apertast foris.

---

68 PIN. — PAN. ς: PAN. — PIN. *CD* ọffirmauit *A* (*et ante corr. C*) pati *sine personae spatio A*, apati *item B* (a *ad Panegyridis notam refert Seyffertus Bursiani act. 84, 51*) 70—83 *ut supra collocat A:* 80—83. 75—79. 70—74 *P* 71 PIN. *praem. D* per *A:* a patre *P; cf. Lindsay Class. rev. 1894, 159 et quae exposui relat. societ. Gott. 1895, 418* petimus *vel* petemus *A* 72 aduersari sine *A:* aduersariis in *P* 73 equidem is factura *A, corr. Brixius:* ego factura sum *P* (*i. e.* e. f. ⟨id⟩ sum) tu *P:* te *A* 74 exorabiliṣt *A*, exorabile est *P* 75—79 *cf. Langenus symb. 147 sq.* 75 A. *om.* cum illis *P:* illi *A* 76 oratione *AP:* orationem *Charisius 213 Nonius 515* 77 *ut supra, sed* nihil inde audiuerim, *P:* quasi numquam quicquam adeo adsimulem an quasi quid inaudiuerim *A* *recte Lambinus* '*in eas simulem pro eas insimulem*'; *cf. relat. societ. Gott. 1895, 420* 78 leniter *AB*, leuiter *CD*, *correxi, cf. Pseud. 1290. corruptelae adiunxit interpolator versum sequentem, quo* potius *ineptum fit* (*Langenus*) *et conexus inter v. 78 et 80 tollitur. vide relat. Gott. l. s.* 79 litus *vel* litiis *A* minaciter, minax *non apparet apud Plautum aut Terentium* (*Langenus*) 81 opust *AD:* opus st *BC* cum meis *Lomanus:* cuṃ ẹiṣ *AP* 82 cum *P*, quạm *A* id *om. P* 83 ṭuṛbạs *A*, turbẹs *t. Loewio et Schoellio* 84 adsemulabo *B* quam *Ritschelius:* quom *A*, aliquam *P* se *A* *versum notavit Ritschelius, eiusdem erit cuius v. 79* 86 [agam] *Ritschelius;* postidea *Bergkius op. 1, 675* erit *cf. Rud. 1134. 1136, ad Capt. 237* palaṃ *A:* patam *B*, pacem *CD* 87 mulpa *A* *ergo secum deliberat, utrum occulta animi sententia, quasi nullius eas culpae insimulet, cum*

Sor. Certo enim mihi paternae vocis sonitus auris accidit.
Pan. Is est ecastor. ferre advorsum homini occupemus osculum.
Sor. Salve, mi pater. Ant. Et vos ambae. ilico agite assidite.
Sor. Osculum — Ant. Sat est ósculi mihi vostri. Pan. Quí, amabo, pater?
Ant. Quia ita meae animae salsura evenit. Sor. Asside hic, pater.
Ant. Non sedeo istic, vos sedete; ego sedero in subsellio.
Pan. Mane pulvinum. Ant. Bene procuras. mihi satis sic fultumst. sede.
Sor. Sine, pater. Ant. Quid opust? Pan. Opust. Ant. Mórem tibi geram. atque hoc est satis.
Sor. Numquam enim nimis curare possunt suom parentem filiae.
quem aequiust nós potiorem habere quam te? postidea, pater,
viros nostros, quibus tú voluisti ésse nos matres familias.
Ant. Bonas ut aequomst facere facitis, quom tamen apsentis viros
proinde habetis quasi praesentes sint. Sor. Pudicitiast, pater,
eos nos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi.
Ant. Num quis hic ést alienus nostris dictis auceps auribus?
Pan. Nullus praeter nosque teque. Ant. Vostrum animum adhiberi volo;
nám ego ad vos nunc imperitus rerum et morum mulierum,
discipulus venio ad magistras: quibus matronas moribus,
quae optumae sunt, esse oportet? sed utraque ut dicat mihi.
Sor. Quid istuc est quod húc éxquaesitum mulierum mores venis?
Ant. Pol ego uxorem quaero, postquam vostra mater mortuast.
Sor. Facile invenies et peiorem et peius moratam, pater,
quam illa fuit: meliorem neque tu reperies neque sol videt.

---

filiis loquatur (quae ratio, quoniam deinde obtinet, multis verbis describitur) an potius minitetur adversantibus. atque hoc quidem aversatur, illud eligit, ut perplexo sermone eas aggrediatur, deinde animi sententiam aperturus. cf. 126 sq. 141 sq. 88 PIN. *CD* 89 hominem *P* 90 PIN. *CD* AN. *ς:* PAN. *D,* PANE. *C (sed ante* Vos *in v. in.* A *D), spat. om. A* ascidite *B,* abscedite *CD,* istic adsidite *A* 91 PIN. *CD* AN. *ex* PAN. *D,* PANE. *C* oscsculi *A* *Festus 197* Plautus in Neruolaria: osculum sat est mihi qui ambo mi pater (*ubi* osculi *post* est *intercidisse videtur*)*; cf. ad 352, Winterus Pl. fab. frg. 82 sq.* 92 S.: PIN. *D*[2]*, spat. A, om. P* 93 AN. *ex* PAN. *D,* PANE. *C, item v. sq.* sedero *P:* sedere *A* 94 P.: PIN. *CD* *vel* sat fultust *A* †sede *A:* mihi *P* 95 *nomina (bis* PIN.*) CD; ante* morem *sp. om. A* opus est *bis P* hic *A* 96 S. *om.* 97 quem *A:* qum *B,* cum *CD* 98 tu nos uoluisti esse *Ritschelius* 99 aequost *A,* equm est *B,* aequum est *CD* 100 perinde *P* quasi *A, D ex corr.:* quas *P* sient *A* PIN. *CD* 101 eos nos *A:* enos *P* qui *AD:* quis *BC* 103 PAN. *CD*[2]*:* PIN. *D*[1] teque *A:* te qui *P* 106 oporteto *A* 107 PI. *ς:* PAN. *D*[2]*, spat. CD*[1] *ut in sqq.* exquisitum *A* 109 S.: PA. *D*[2] 110 sol uidet *A:* uidet sol *P*

ANT. At ego ex te éxquaero atque ex istac tua sorore. SOR. Edepol pater,
scio ut oportet esse: si sint — ita ut ego aequom censeo.
A. Volo scire ergo, ut aequom censes. S. Vt, per urbem quom ambulent,
omnibus os opturent, ne quis merito male dicat sibi.
ANT. Dic vicissim nunciam tu. PAN. Quid vis tibi dicam, pater?
ANT. Vbi facillime spectatur mulier, quae ingenio est bono?
PAN. Quoi male faciundi est potestas, quae ne id faciat temperat.
[ANT. Hau male istuc. age tu altera, utra sit condicio pensior,
virginemne an viduam habere? SOR. Quanta méa sapientiast,
ex malis multis malum quod minimumst, id minimest malum.]
ANT. Qui potest mulier vitare vitiis? SOR. Vt cottidie
pridie caveat ne faciat quod pigeat postridie.
ANT. Quae tibi muliér videtur multo sapientissuma?
PAN. Quae tamen, cum res secundae sunt, se poterit noscere,
et illa quae aequo animo patietur sibi esse peius quam fuit.
ANT. Edepol vos lepide temptavi vostrumque ingenium ingeni.
sed hoc est quod ad vos venio quodque esse ambas conventas volo:
mi auctores ita sunt amici, ut vos hinc abducam domum.
SOR. At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores sumus.
nam aut olim, nisi tibi placebant, non datas oportuit,
aut nunc non aequomst abduci, pater, illisce apsentibus.
ANT. Vosne ego patiar cum mendicis nuptas me vivo viris?
SOR. Placet ille meus mihi mendicus: suos rex reginae placet.
idem animust in paupertate qui olim in divitiis fuit:
[ANT. Vosne latrones et mendicos homines magni penditis?
SOR.] non tu me argento dedisti, opinor, nuptum, sed viro.
ANT. Quid illos exspectatis, quí abhinc iam abierunt triennium?

---

111 exquero *A*, exquiro *P* PIN. D^2 112 aequm *B*, aequum *CD*, *item 113. 131* 113 PIN. D^2*: sp. om. A* 115 PIN. D^2, *sp. om. P* 117 P. *ς: sp. om.* faciat id *P* 118—120 *versus insiticii. quaestio ad rem non pertinet, quae senis tantum condicionem spectet et ambigui nihil habeat. sententia v. 121 excipit v. 117* 118 hau *AB:* haud *CD* age tu dic alt(e)ra utrast *Muellerus* condicio *A:* condicior *B*, conditior *CD* 119 uirginem an *P*, uirginemne (*om.* an) *A* PIN. *ς: spat. om. P* meas *P* *cf. ad Amph. 442* 120 e *P* minimest *A:* minimum est *P* 121 AN. *Spengelius: om.* potest *P:* potus (*vel* poties) ṛẹṣṭ *A* uit[iis] *vel* uit[ia] *A* S.: *spat. AC,* A *D, om. B* cotidie *ACD* 122 posetridie *vel* posttridie (*sic B*) *A* 123 A. *om.* 124 P.: *spat.* cognoscere *A, quod non magis intellego quam* noscere 129 PAN. *D* 133 PIN. D^2 mihi meus *A* mendicis *P* 134 animus est *P* 135 *otiosus post 132. latrones cur vocet nulla causa* uosne *cf. ad Poen. 1238* 136 PAN. D^2 me tu *P*

quin vos capitis condicionem ex pessuma primariam?
PAN. Stultitiast, pater, venatum ducere invitas canes.
hostis est uxor, invita quae viro nuptum datur.
ANT. Certumne est neutram vostrarum persequi imperium patris?
PAN. Persequimur, nam quo dedisti nuptum, abire nolumus.
ANT. Bene valete. ibo atque amicis vostra consilia eloquar.
PAN. Probiores credo arbitrabunt, si probis narraveris.
ANT. Curate igitur familiarem rem ut potestis. PAN. Optume,
nunc places, quom recte monstras; nunc tibi auscultabimus.
nunc, soror, abeamus intro. SOR. Immo intervisam domum.
si a viro tibi forte veniet nuntius, facito ut sciam. —
PAN. Neque ego te celabo, neque tu me celassis quod scias.
eho, Crocotium, i, parasitum Gelasimum huc arcessito,
tecum adduce; nam illum ecastor mittere ad portum volo,
si quae forte ex Asia navis heri aut hodie venerit.
nam dies totos apud pórtum servos unus assidet;
sed tamen volo intervisi. propera atque actutum redi. —

GELASIMVS I 3

Famem ego fuisse suspicor matrem mihi,
nam postquam natus sum, satur numquam fui.
neque quisquam melius referet matri gratiam
[quam egó meae matri refero invitissimus.]
neque rettulit, quam ego refero meae matri Fami.
nam illa me in alvo menses gestavit decem,
at ego illam in alvo gesto plus annos decem.

---

140 uiro *A:* ad uirum *P* 142 FIN. D^2 144 credo *AP:* uero *Nonius 470* 145 Qurate *B* potestis optume *AP, corr. I. Langius Fleckeiseni ann. 147, 432* 146 PAN. *praem.* D^2 placet *P* auscultauimus *A* 147 FIN. D^2 148 ab *A* PAN. facito D^2 149 P.: *spat. om.* scies *P* 150 crocotium i *B:* crocoticium *CD*, crocotium *A* hic *A* 152 haut *A* 154 atque *om. P* 155 GELASIMVS CROCOTIVM *AB*, ANCILLA CR. GEL. PARASITVS D^2 ego *om. P* suspicor fuisse *A* *inter* 156 *et* 159 *haec habet A:*

neque quisquam melius referet matri gratiam
quam ego meae matri refero inuitissimus

haec P:

quam ego matri meae refero inuitissimus.
neque rettulit quam ego refero meae matri fami.

dittographiam agnovit Seyffertus. cf. 208^a*. 225. 450*^{a} *Charisius 55* Plautus in Sticho fami datiuo casu 159 illa med *Ritschelius*, me illa *Pylades, cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 116*

atque illa puerum me gestavit parvolum,
quo minus laboris cepisse illam existumo:
ego non pauxillulam in utero gesto famem,
verum hercle multo maximam et gravissimam;
uteri dolores mihi oboriuntur cotidie, +
sed matrem parere nequeo, nec quid agam scio.
⟨atque⟩ auditavi saepe hoc volgo dicier,
solere elephantum gravidam perpetuos decem
esse annos; eius ex sémine haec certost fames,
nam iam complures annos utero haeret meo.
nunc si ridiculum hominem quaerat quispiam,
venalis ego sum cum ornamentis omnibus;
inanimentis explementum quaerito.
Gelasimo nomen mi indidit parvo pater,
quia inde iam a pausillo puero ridiculus fui. +
propter pauperiem hoc adeo nomen repperi,
eo quia paupertas fecit ridiculus forem;
nam illa artis omnis perdocet, ubi quem attigit.
per annónam caram dixit me natum pater:
propterea, credo, nunc essurio ácrius.
sed generi nostro haec redditast benignitas:
nulli negare soleo, siquis me essúm vocat.
oratio una interiit hominum pessume,
atque optuma hercle meo animo et scitissuma,
qua ante utebantur: 'véni illo ad cenam, sic face,
promitte vero, ne gravare. est commodum?

---

162 cepisse illam *A:* illam cepisset (cepisst *B*) *P* 163 ego *A:* at ego *P* non *P:* nunc *A* pausillulam *A* gesto famem *A:* gestor amem *P* 165. 166 *inter v. 160 et 161 positi A* 165 *ut supra A:* ut teri didolores (*sed altera* t *et* di *sup. scr. D*) m. o. c. (cottidie *B*) *P* oriuntur *Bentleius, cf. Curc. 309* (*Naev. tr. 16* adoriant) 166 nec quid agam scio *A:* nescio quomodo *P* 167 atque *addidi* auditaui *A:* audiui *CD,* aut diui *B* 168 grauidam *PA²:* grauidos *A*, grauidas *t. Loewio et Schoellio* 169 hac *P* famis *A* 170 *fort.* decem plus annos 171 queret *P* 173 explementum *A:* exiplementum *B*, exi suplementum *D*, exi supplementum *C* 175. 176 *hoc ordine Acidalius: inverso AP* 175 pausi illo (-os *CD*) *P, corr.* ς, pusillo *A* inde *del. Guietus,* puero *Acidalius* 176—178 *interpolatos esse suspicatus est post Ladewigium Goetzius act. Lips. 6, 266* 176 paupertem *B*, paupertatem *CD* repperit *A* 178 artis omnis *A:* omnis (-es *CD*) artes *P* 180 esurio *P*, ego esurio *Guietus* 181 *fort.* additast 182 nullis *A* essum me *P; cf. ad v. 67* 183 interit *P* 184 scitis summa *P* 185 accenam *B* 186 promitto *P*

volo inquam fieri, non amittam quin eas.'
nunc reppererunt iam ei verbo vicarium
(nihili quidem hercle verbumst ac vilissimum):
'vocem te ad cenam, nisi egomet cenem foris.'
ei hércle ego verbo lumbos diffractos velim,
ni vere perierit, si cenassit domi.
haec verba subigunt mé uti mores barbaros
discam atque ut faciam praeconis compendium
itaque auctionem praedicem, ipse ut venditem.

CROCOTIVM

Hic illést parasitus, quem arcessitum missa sum.
quae loquitur auscultabo prius quam conloquar.
GEL. Sed curiosi sunt hic complures mali,
alienas res qui curant studio maximo,
quibus ipsis nullast res, quam procurent, sua:
ei quando quem auctionem facturum sciunt,
adeunt, perquirunt quid sit causae ilico:
alienum aes cogat an pararit praedium,
uxorin sit reddenda dos divortio.
eos ómnis tametsi hercle haud indignos iudico
qui multum miseri sint, laborent, nil moror:
dicam auctionis causam, ut damno gaudeant;
nam curiosus nemo est quin sit malevolus.
[ipse egomet quam ob rem aúctionem praedicem] 208a
damna evenerunt maxuma misero mihi,

187 fieri *P* 188 iam *om. P* 189 nihil *P* uerbumst *Abrahamus wochenschr. f. kl. Ph. 1885, 451:* uerbumet *A*, uerbum *P* ac uilissimum *A:* aculissimum *P* 191 ego *om. A* defractos *AP, corr. Ribbeckius; cf. ad Mil. 156* 192 nị ụẹre perierit *A:* ni uere perlerit *B*, niue repleuerit *CD;* '*nisi, illo domi cenante, verbum re vera interierit*', *cf. Boxhornius.* ne periera-uerit *Buggius* domo *P* 193—235 *Plautus Menandro addidisse videtur, profectus ab 171—173* 193 ut *AP* 194 praeconịs *A:* praecones *P* 195 autionem *P* uenditem *A:* me ueni item *P* 196 accersitum *P* 197 conloquar *P:* loquor *A* 198 G. *om.* complures *A:* qui amplures *B*, qui iam plures *CD* (*scil.* quomplures) 200 qua *P* 201 ei *P:* si *A, cf. ad Capt. 290* 202 quid *A:* quicquid *P* siet *AP* 203 cognat an pararait *A* prandium *P* 205 eo *P* iudicio *P* 206 sunt *A* *de asyndeto iure dubitat Vssingius, qui separat* laborent, n. m.; *cf. Cic. pro Clu. 198* difficile dictu est quam sint solliciti, quam laborent 207 damno *A:* am no *B*, animo *CD* 208 quin *A:* qui non *P* maliuolus (—bolus *B*) *AP* 208a *versum a Guieto eiectum om. A, qui eius loco habet v. 232. 233 suo loco redeuntes*

ita me mancupia miserum adfecerunt male,
potationes plurumae demortuae,
quot adeo cenae, quas deflevi, mortuae,
quot potiones mulsi, quae autem prandia,
quae inter continuom perdidi triennium.
prae maerore adeo miser atque aegritudine
consenui; paene sum famé emortuos.
CROC. Ridiculus aeque nullus est quando esurit.
GEL. Nunc auctionem facere decretumst mihi:
foras necessumst quidquid habeo vendere.
adeste sultis, praeda erit praesentium.
logos ridiculos vendo. áge licemini.
qui cena poscit? ecqui poscit prandio?
hercle aestumavi prandio, cena tibi.
ehem, adnuistin? nemo meliores dabit.
[nulli meliores esse parasito sinam.]
vel unctiones Graecas sudatorias
vendo vel alias malacas, crapularias;
cavillátiones, adsentatiunculas
ac perieratiunculas parasiticas;
robiginosam strigilem, ampullam rubidam,
parasitum inanem quo recondas reliquias.
haec veniisse iám opus est quantum potest,
ut decumam partem Hérculi polluceam.
CROC. Ecastor auctionem haúd magni preti.

---

212 quot *A:* quod *B*, quo *CD* 213 quod *P* quae *A:* quod *P* 214 inter *cf. Truc. 510* contenuum *A*, *cf. 623* 215 adeo A^1: maceo A^2, deo *P* 216 prene *P* fame *totius loci acumen obtundit, expecto* simitu 217 *Gelasimo continuatum Crocotio dedit Pistoris cf. Men. 318* 218 decretust *A* 219 necessust *A* (necessus *a Plauto alienum, cf. ad Cist. 626*) 220 adeste sultis *A:* ad sese ultis *P* 221 locos *AP*, *corr. Camerarius* age ⟨age⟩ *Muellerus* 222 quis *A* 223 hercle aestimaui *Bergkius op. 1, 675:* herculeịsteamaui *A*, hercules te amabit *P* 225 *dittographiam delevit Guietus* nullis *P* parasitos *AP*, *corr. Dousa* 226 ueliunctiones *A; nomen fuit iocationes indicans partim acres, sudorem excitantes, partim lenes, crapulae aptas; an unctiones, quae cum fricatione coniunctae sint* (*Pseud. 1189*)? *cf. B. A. 46 κεχρίσθαι σκορπίῳ* 229 ad *A* periuratiunculas *P* 230 strigilim *A* 232. 233 *de* (*A*) *v. ad* 208^a 232 ueniisse *A:* uenisse *P*, euenisse (*A*), *cf. Pers. 654* iam opus est (*A*)*P:* iam pus est A^1, iam tempus est A^2 233 *cum A*(*A*)*P Priscianus 1, 491;* partem ⟨inde⟩ *Muellerus* 234. 235 ecastor *P:* ecmaior *A* non *Guietus*

adhaesit homini ad infimum ventrem fames.
adibo ad hominem. Gel. Quis haec est quae advorsum it mihi?
Epignómi ancilla haéc quidem est Crocotium.
Croc. Gelasime, salve. Gel. Non id est nomen mihi.
Croc. Certo mecastor id fuit nomen tibi.
Gel. Fuit disertim, verum id usu perdidi:
nunc Miccotrogus nomine e vero vocor.
C. + Eu ecastor, risi te hodie multum. G. Quando aut quo in loco?
Croc. Hic quom auctionem praedicabas, Gel. Pessuma,
eho an audivisti? Croc. Te quidem dignissumam.
G. Quo nunc is? C. Ad te. G. Quid venis? C. Panegyris
rogare iussit ted ut opere maximo,
mecum simitu ut ires ad sese domum.
Gel. Ego illo mehercle vero eo quantum potest.
iamne exta cocta sunt? quot agnis fecerat?
Croc. Illa quidem nullum sacrificavit. Gel. Quo modo?
quid igitur me volt? Croc. Tritici modios decem
rogare, opinor [te volt]. Gel. Mene, ut ab sese petam?
Croc. Immo ut a vobis mutuom nobis dares.
Gel. Nega esse quod dem nec mihi nec mutuom,
neque aliud quicquam nisi hoc quod habeo pallium;
linguam quoque etiam vendidi datariam. Croc. Au,

---

237 aduorsum it mihi (aduorsūd mhi *B*) *P:* mihi aduorsum uenit *A* 238 *Epignomi nomen secundam corripit praeter 465* (*cf. 372. 528, Muellerus pros. 330, add. 42*); *fort.* Epicnomus Epichnomus *est quasi* Ἐπιχνοήμων. *cf. tituli D* ancillast h. q. *Ritschelius* 239 getasime *vel* geiasime *A* 241 disertim *A, Nonius 509* (*Paulus 72*) *gloss. Pl.:* disertum *B*, desertum *CD* uerum *om. Nonius* 242 ex *P* e uero *ad verbum* 243 *septenarium inter senarios praebent AP ut Poen. 1165 Trin. 96. fuisse duos senarios tales:* e. e. ⟨semper mihi quidem tu Gelasimu's, nam⟩ risi *coniecit Studemundus; quod aptius foret si se nunc Dacrysimum vocari dixisset* 244. 245 praedicabas pessumam *Ritschelius* 246 eho an audiuisti *A:* ehon aut luisti *B*, ehon audisti *CD* 248 te ut *AP:* ted hoc *Buggius; cf. ad Amph. 495, Varro r. r. 1, 1, 2* 249 ad sese domum *P:* eo quantum potest *A ex v. sq.* 250 illuc *A, cf. 265* 251 quot agnis *A:* quod tacnis (tamis *D*) *P* 253. 254 *sic turbati in A:* quid igitur me uolt mene ut a sese petam | tritici modios decem rogare opinor te uolt, *i. e. hemistichia primum quartum secundum tertium* 254 *ut s. P: interpolationem cum A communem removit Gruterus* 255 a uobis *A:* abs te *P;* ⟨tu⟩ a uobis *Goetzius* mutuos *Abrahamus* (*v. ad 189*) dares: *in priorem structuram recidit* 256 negato *P* *i. e. nega esse quod aut mihi dem aut mutuum dem* 258 uendidi datariam *A:* uendidit ariam *B*, uenditariam *CD* au *seq. v. initio*

nullan tibi lingua est? GEL. Quae quidem dicat 'dabo';
ventri reliqui eccam aliam quae dicat 'cedo.'
CROC. Malum quidem si vis — GEL. Haec eadem dicit tibi.
CROC. Quid nunc? ituru's an non? GEL. Abi sane domum,
iam illo venturum dicito. propera atque abi. —
demiror quid illaec me ad se arcessi iusserit,
quae numquam iussit me ad se arcessi ante hunc diem,
postquam vir abiit eius. miror quid siet,
nisi ut periclum fiat: visam quid velit.
sed eccum Pinacium eius puerum. hoc vide,
satin ut facete, ⟨aeque⟩ atque ex pictura, astitit?
ne iste edepol vinum poculo pauxillulo
saepe exanclavit submerum scitissume.

PINACIVM II 1

Mercúrius, Iovis qui núntius perhibétur, numquam aequé patri
suo núntium lepidum áttulit quam égo nunc meae erae núntiabo:
ítaque onustum péctus porto laétitia lubéntiaque
néque lubet nisi gloriose quicquam proloqui profecto.
amoénitates omnium venerum et venustatum adfero
ripísque superat mi atque abundat pectus laetitia meum.
própera, Pinacium, pedes hortare, honesta dicta factis
(nunc tíbi potestas adipiscendist gloriam laudem decus)
eraéque egenti subveni, [benefacta maiorum tuom]
quae mísera in exspectatione est Epignomi adventum viri.
proinde út decet, amat vírum suom, cupide expetit. nunc, Pinacium,

---

259. 260 nullam *A*, nulla *P*, *corr. Ritschelius* 261 uentri *A:* ueterem *P* aliam *L.:* illam *P, om. A. cf. Bachius Studemundi stud. 2, 413* 262 quidem si uis *A:* tibi di dent *P* *dictura erat: recte dicas cedo, non dabo* 266 *et* 267 accersi *P* 270 piacium *B*, dinacium *CD* ⟨sis⟩ uide *Fleckeisenus; fort.* ⟨ut cedit.⟩ hoc uide 271 satin *P:* stat *A* ⟨aeque⟩ *Fleckeisenus* ex *P:* ut *A* 272 *Placidus corp. gl. 5, 20* neste de poluini pauculo pauxilolo exanclaui saepe, *cf. p. 66; Nonius 292* poculo plautus illulo 273 submerum *AP:* merum (summerum *Bern.*) *Nonius* PINACIVM GELASIMVS *A*, PVER PARASITVS *B*, DINACIVM PVER G. PAR. *D*[2] 275 erae meae *Hermannus; v. 291, ad Amph. 1067* 276 honustum *A* pèorto *A* 277 iubet *A* gloriosse *B* 278 uenustatem *A* 280 propera *A:* propterea *P* dinacium *CD, item 288* 281 adipiscendast *A* 282 genti *AP, corr. Merula* malorum *AB* *hemistichium ex v. 303 ascitum notavit Ritschelius* (*qui genuinum expulsum esse coniecit*) 283 in *om. P* 284 uirum amat *Guietus* expetit nunc pinacium *A:* nunc expedi pinacium *CD*, nunc expidi pina cui' *B*

age út placet, curre ut lubet, cave quémquam flocci feceris,
cubitis depulsa de via, tranquillam concinna viam;
si rex obstabit obviam, regem ipsum prius pervortito.
GEL. Quídnam dicam Pínacium
lascívibundum tam lubentem currere?
harúndinem fert sportulamque et hamulum piscarium.
PIN. Sed tandem, opinor, aequiust eram mihi esse supplicem
atque óratores mittere ad me donaque ex auro et quadrigas,
quí vehar, nam pedibus ire non queo. ergo iam revortar.
ad me adiri et supplicari égomet mi aequom censeo.
an véro nugas censeas, nihil esse quod ego nunc scio?
tantum a portu adporto bonum, tam gaudium grande adfero,
vix ipsa domina hoc, nisi sciat, exoptare ab deis audeat.
nunc ultro id deportem? hau placet, neque id viri officium arbitror.
sic hoc videtur mihi magis meo cónvenire huic nuntio:
adversum veniat, opsecret, se ut nuntio hoc impertiam;
secundas fortunas decent superbiae.
sed tandem cum recogito, qui potuit scire haec scire me?
nón enim póssum quin revortar, quin loquar, quin edissertem
erámque ex maerore eximam, bene facta maiorum meum
exaugeam atque illam augeam insperato opportuno bono:
contundam facta Talthubi contemnamque omnis nuntios;
símulque [ad] cursuram meditabor [me] ad ludos Olympios.
sed spátium hoc occidit: brevest curriculo; quam me paenitet.
quid hoc? occlusam ianuam video. ibo et pultabo fores.

---

285 currere *P* 287 obstabitor uiam *P* 288. 288ª *ut supra disp. AB* 288 dicam *om. A* 288ª lubenter *P* 289 hamulum *B:* hamum *ACD* 290 aequius (aequiius *B*) est *P*: aequiumst *A* 291 donamque *A* *de metro v. ad 275* 292 iam *ς:* nam *AP* 293 adire *A,* iri *P, corr. Ritschelius* supplicarę *A* aequom censęọ *A:* censeo aequum (aecum *B*) *P* 294 *Gelasimo ascribitur CD* 295 a portu *A:* portu *CD,* hortu *B* adfero grande *P* 296 nisi sciat *CD:* ne si sciat *B,* niscias *A;* si sciat *Ritschelius; fort.* ut scias (*cf. 294* censeas) ab deis audeat *A:* adist † audeat *CD,* adist audeat arbitror *B, cf. 297* 297 id *A:* hoc *P* haud *P* uiri *A:* uero *P* 298 sic *A:* hic *P* huic *A:* huc *P* 299 ueniat *A:* ut ueniat *P* 301 potuit *cf. Poen. 986* 302 *om. CD* (*nota in C*) quin edissertem *A:* qui me disser te *B* 303 quae *A* malorum *P* *cf. ad 282* 304 insperato *A:* ex insperato *P* oportuno *P* bono *Gulielmius:* modo *P,* domo *A; cf. ad 338* 305 thalthubi *A,* talthibi *P* 306 [ad] *et* [me] *Ritschelius* olympios *A:* olimpiae *P*

aperite atque adproperáte, fores facite út pateant, removéte moram;
nimis haéc res sine curá geritur. vide quám dudum hic asto ét pulto.
somnóne operam datis? éxperiar, fores án cubiti ac pedes plús valeant.
nimis véllem hae fores erum fúgissent, ea caúsa ut haberent ma⟨lum mag⟩num;
defessus sum pultándo.
hoc póstremumst. vae vobis.
GEL. Ibo átque hunc compellábo.
salvós sis. PIN. Et tu sálve.
GEL. Iam tú piscator fáctu's?
PIN. Quam prídem non edísti?
G. Vnde ís? quid fers? quid féstinas? P. Tua quód nil refert, né cures.
G. Quid istíc inest? P. Quas tu edés colubras. G. Quid tam íracundu's?
PIN. Si ín te
pudor ádsit, non me appélles.
GEL. Possúm scire ex te vérum?
PIN. Potes: hódie non cenábis.

PANEGYRIS II 2

Quisnam, ópsecro, has frangit fóres? ubi est?
tun haéc facis? tun mihi huc hóstis venis?
GEL. Salvé, tuo arcessitú venio huc. PAN. Ean grátia fores effríngis?
GEL. Tuos ínclama, tui délinquont: ego quíd me velles vísebam;
nam mé quidem harum míserebat. PIN. Ergo aúxilium properé latumst.
PA. Quisnam híc loquitur tam própe nos? PI. Pinacium. PA. Vbi is est?
PIN. Réspice ad me et relínque egentem párasitum, Panégyris.
PAN. Pinacium. PIN. Istuc indiderunt nomen maiores mihi.
PAN. Quid agis? PIN. Quid agam rogitas? PAN. Quidni rogitem?
PIN. Quid mecum est tibi?

309—325 *systemata duo (309—313; 319 sq.) quorum alterum quinque, alterum tribus paroemiacis excipitur, agnovit Hermannus elem. d. m. 395* 310 et pulto *Pareus:* es pulto *P*, et repulto *A* 311 som non *B*, sum non *CD* ac *Lomanus:* an *AP* 312 malum magnum *Hermannus:* manum *AP* 314 uae *om. P* 315 compello *P* 318 dedisti *P* 321 istinc est *P* tu edes *A:* tui des *B*, tu uides *CD* in *om. A* 324. 325 potest *P* 326 PANEGYRIS PARASITVS *A*, PANECIRIS *B*, P. MVL. CEL. PAR. DIN. PVER *D*² *fort.* ubi namst 326ª tu mihi *A* 327 accersitu *P* huc *et* † *om. A* 328 delinqunt *A*, delinquunt *CD* 329 me quidem *A:* equidem *P;* med equidem *Ribbeckius* miserabant *A* 330 pinacium *A:* pinacuum *B*, dinacium *CD* is est *P:* isst *A* *326 – 330 systemata alterum VIII alterum XI metrorum, nisi canticum paroemiaco et Reiziano finiatur:* † quisnam híc loquitur tam própe nos † Pinácium. † úbi is est? 331 ad *om. P* 332 dinacium *CD*

PAN. Mein fastidis, propudiose? eloquere propere, Pinacium.
PI. Iube me omittere igitur hos, qui retinent. PA. Qui retinent? PI. Rogas?
omnia membra lassitudo mihi tenet. PAN. Linguam quidem
sat scio tibi non tenere. PIN. Ita celeri curriculo fui
propere a portu, tui honoris causa. PAN. Ecquid adportas boni?
PIN. Nimio + inparti multo tanto plus quam speras. PAN. Salva sum.
PIN. At ego perii, quoi medullam lassitudo perbibit.
GEL. Quid ego, quoi misero medullam ventris percepit fames.
PAN. Ecquem convenisti? PIN. Multos. PAN. At virum? PIN. Equidem plurimos:
verum ex multis nequiorem nullum quám hic est. GEL. Quo modo?
iam dudum ego istum patior dicere iniuste mihi.
praeterhac si me inritassis — PIN. Edepol essuries male.
GEL. Animum inducam, ut istuc verum te elocutum esse arbitrer.
PIN. Munditias volo fieri. ecferte huc scopas simulque harundinem,
ut operam omnem araneorum perdam et texturam improbem
deiciamque eorum ómnis telas. GEL. Miseri algebunt postea.
PIN. Quid? illos itidemne esse censes quasi te, cum veste unica?
cape illas scopas. GEL. Cápiam. PIN. Hoc egomet, tu hoc converre. GEL. Ego fecero.
PIN. Ecquis huc effert nassiternam cúm aqua? GEL. Sine suffragio
populi tamen aedilitatem hic quidém gerit. PIN. Age tu ocius
+ pinge, humum consperge ante aedis. G. Faciam. P. Factum oportuit.

---

334 mihin *A*, mihi in *P*, *corr. Lipsius* 335 *ante* rogas *spat. om. A* 337. 338 *inverso ordine A* 338 propere *P vix recte:* prope *A* boni *P:* domi *A* 339 nimio inparti *P:* nimia . . res (*inter* a *et* r *vel* m *vel* pa *correctum ex* po *vel* pc) *A;* nimio adporto *Ritschelius* tanta *AP, corr. Pius* 340 peri *B* medullas *A* 341 misero cui medullas *A* percipit *A* 342 ad *AP* uirum ecquidem plurimos *A*, uirum ecquem DIN. (*spat. om. B*) plurimos *P, corr. Buechelerus* 344 iandudum *A* patior ego istum *Bothius, fort. velut* istum ⟨impurum⟩ 345 praeter haec *A* esuries *P* 346 ut: utu *A* 347 efferte *A*, haec ferte *P* 348 operam omnem *AP:* operas *Nonius 192* araneorum (*AP*) *testatur Nonius* perdam *AP:* tergam *Nonius* improbem *AB Nonius:* improbam *CD* (*ex* improbum *D?*)*; cf. Mil. 1174* 349 deiciamque eorum *A Nonius:* de hic (hinc *CD*) iamque earum *P* omneis *A* GEL. *om.* m[ise]ri alge[bu]nt *A:* misera falgebunt (fulgebunt *D*, fulgebant *C*), *i. e.* miserae alg., *P* 350 illas *P* itidemne esse censes *Ritschelius:* itidem esse censes *P*, eademne censes esse *A* uestae *A* 351 cape illas *P:* capellas *A* copiam *A*, capiam *corr. A* ego *om. P* 352 *ut v. 91* (*ubi vide*) *ex Nervolaria adfert Festus 169* (ecquis *usque ad* suffragio *sine signo laceri sermonis*) nasciternam *P* G.: *spat. om. A* 353 P.: *spat. om. A* 354 pinge *AP: fort.* hic; *alia cogitari possunt, sed non imperativus a quo pendeat* humum

ego hinc araneas de foribus deiciam et de pariete.
GEL. Edepol rem negotiosam. PAN. Quid sit, nil etiam scio,
nisi forte hospites venturi sunt. PIN. ⟨Vos⟩ lectos sternite.
GEL. Principium placet de lectis. PIN. Alii ligna caedite,
alii piscis depurgate, quos piscatu rettuli,
pernam et glandium deicite. GEL. Hic hercle homo nimium sapit.
PAN. Non ecastor, ut ego opinor, satis erae morem geris.
PIN. Immo res omnis relictas habeo prae quod tu velis.
PAN. Tum tu igitur, qua causa missus es ad portum, id expedi.
PIN. Dicam. postquam me misisti ad portum cum luci simul,
commodum radiosus sese sol superabat ex mari.
dum percontor portitores, ecquae navis venerit
ex Asia, negant venisse, conspicatus sum interim
cercurum, quo ego me maiorem non vidisse censeo.
in portum vento secundo, velo passo pervenit.
alius alium percontamur: quoiast navis? quid vehit?
interibi Epignomúm conspicio tuom virum et servom Stichum.
PAN. Hem quid? Epignomum elocutu's? PIN. Tuom virum. GEL. Et vitam meam.
PIN. Venit inquam. PAN. Tutin ipsus ipsum vidisti? PIN. Lubens.
argentí aurique advexit nimium. GEL. Nimis factum bene.
hercle vero capiam scopas atque hoc convorram lubens.
PIN. Lanam purpuramque multam. GEL. Em qui ventrem vestiam.
PIN. Lectos eburatos, auratos. GEL. Accubabo regie.
PIN. Tum Babylonica et peristroma tonsilia et tappetia

---

355 araneas (—ias *B*) *P*, *i. e. araneorum telas: item vel* araneos (*fort. recte*) *A* 356 negotiossam *A* *spat. om. A* 357 *spat. om. P* ⟨uos⟩ *Weisius* 359 pisces *P* quos *CD:* quod *B*, quo· *A* [pisc]ator attulit *AP*, *corr. Lipsius* 360 G.: *om. P* 361 ut *om. A* 362 prae ⟨eo⟩ *Langenus symb. 33* 363 caussa *A* id *A: om. P* 364 semel *A* 365 radiosus esse *P*, radiossus sesse *A*, *corr. Lipsius;* se ecce *Buechelerus* e *A* 366 dum percontor *A:* dum perconctor *P*, cum percunctor *Nonius 533* 367 *de asyndeto cf. Amph. 1061 Curc. 329 sim.* 368 cercyrus *in lemmate*, cyrcerum *in versu Nonius* (cercurrum *CD*) 370 percuntamur *A*, perconctamur *CD* 371 interibi *A*, *gloss. Pl.:* interim *P* sthichum *P* 372 elocutus *P:* delocutus *A* *spat. ante* et *om. A* 373 tutin ipsus *A:* tun eum *P* lubens *A:* ita ego libens *P;* ipse ego *Vssingius*, lubens *ex 375 huc pervenisse ratus; fort.* ita loquor 374 ⟨atque⟩ argenti *Muellerus* nimium *A:* multum *P* 375 *ante* 374 *posuit Acidalius, fort. recte* GEL. *praem. D* 376 em *B:* hem *CD*, [e]st *A* 377 accubabor egle *P* 378 tam *P* peristromaton silla (sella *CD*) *P* Babylonica *cf. Loewius prodr. 290*, peristroma *cf. G. L. 5, 586;* tonsilia *ad* peristroma *et* tappetia tapetia *P* *cf. Pseud. 146*

advexit, nimium bonae rei. Gel. Hercle rem gestam bene.
Pin. Poste, ut occepi narrare, fidicinas, tibicinas,
sambucas advexit secum forma eximia. Gel. Eugepae,
quando adbibero, alludiabo: tum sum ridiculissumus.
Pin. Poste unguenta multigenerum multa. Gel. Non vendo logos.
iam non facio aúctionem, mi optigit hereditas:
malivoli, perquisitores auctionum, perierint.
Hercules, decumam esse adauctam tibi quam vovi gratulor.
[spes est, tandem aliquando inportunam exigere ex utero famem.]
Pin. Poste autem advexit parasitos secum. Gel. Ei, perii miser.
Pin. Ridiculissumos. Gel. Revorram hercle hoc quod converri modo.
Pan. Vidistin virum sororis Pamphilum? Pin. Non. Pan. Non adest?
Pin. Immo venisse eum simitu aiebat ille: ego huc citus
praecucurri, ut nuntiarem nuntium exoptabilem.
Gel. Venales logi sunt illi, quos negabam vendere.
ilicet, iam meo malost quod malevolentes gaudeant.
Hercules, qui deus sis, sane discessisti non bene.
Pan. I intro, Pinacium, iube fámulos rem divinam mi apparent.
bene vale. Gel. Vin administrem? Pan. Sat servorum habeo domi. —
Gel. Enim vero, Gelasime, opinor provenisti futtile,
si neque ille adest neque hic, qui venit, quicquam subvenit.
ibo intro ad libros et discam de dictis melioribus;
nam ni illos homines expello, ego occidi planissume. —

---

379 nimium bonae rei *Gelasimo ascripsit Ritschelius* hercle *om. A* 380 postea *A*, post *P*, *corr. Ritschelius* fiaicinas *A* 381 sambucas *AP*, *vindicavit Haulerus stud. Vindob. 5, 163, cf. Philemo ap. Athen. 175d* (*αὐλητρίδ' ἢ νάβλαν τινά et οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲ σαμβυκίστριαν;*) exumia *P* 383 poste *B:* postea *A*, post haec *CD* ungenta *A-* multigenera *Guietus* locos *A* 384 iam ⟨ego⟩ *Ritschelius* 385 auctuonum *B*, auctonum *A* perierunt *A* 386 Hercoleles (—ledes *CD*) *P* 387 *om. P, iure ut suspicatur Goetzius, cf. Schraderus in Studem. stud. 2, 129* (aliquando *etiam Rud. 1205*) 388 post *AP, cf. 380. 383 Men. 838 Cist. 525* secum parasitos *P;* p. s. aduexit *Muellerus* 389 ridiculosissimos *AP, corr. ς* 390 pamphilum † non † non adest *A:* pamphilippum † non † adest *P* (*i. e.* Pamphilippum? non adest?) *Pamphilus idem nomen quod Pamphilippus* 391 immo uenisse eum simitu aieiibat ille ego huc citus *A*, immo (iammo *B*) alebant uenisse eum (e. u. *CD*) simul sed ego huc citus *P* simitu *testatur gloss. Pl.; fort.* áiebant, sed ego 392 exoptabilem *A, Priscianus 1, 533:* obtabilem *P* 393 loci *P* 394 ilicet iam *A:* ilico et *P* audeant *P* 395 Hercules sane qui deossis (*ras. ex* deosisis *B*) discessisses non male *P* 396 i *A:* i i *P* panacium *P* famulis *A* 399 ueni *A* 400 dicam *A*

EPIGNOMVS III 1

Quom bene re gesta salvos convortor domum,
Neptuno grates habeo et Tempestatibus;
simul Mercurio, qui me in mercimoniis
iuvit lucrisque quadruplicavit rem meam.
olim quos abiens adfeci aegrimonia,
eos núnc laetantis faciam ádventu meo.
nam iam Antiphonem conveni adfinem meum
cumque eo reveni ex inimicitia in gratiam.
videte, quaeso, quid potest pecunia:
quoniam bene gesta re rediisse me videt
magnasque adportavisse divitias domum,
sine advocatis ibidem in cercuro in stega
in amicitiam atque in gratiam convortimus.
et is hodie apud me cenat et frater meus;
nam heri ambo in uno portu fuimus, sed mea
hodie solutast navis aliquanto prius.
age abdúce hasce intro, quas mecum adduxi, Stiche.

STICHVS

Ere, sí ego taceam seu loquar, scio scire te
quam multas tecum miserias mulcaverim.
nunc hunc diem unum ex illis multis miseriis
volo mé eleutheria capere advenientem domum.
EPIG. Et ius et aequom postulas: sumas, Stiche.
in hunc diem te nil moror; abi quo lubet.
cadum tibi veteris vini propino. ST. Papae,
ducam hodie amicam. EPIG. Vel decem, dum de tuo.
S. Quid? hoc etiam unum? E. Quid id autem unumst? expedi.

---

402 EPIGNOMVS STICHVS *AB*, EPICNOMVS ADOL. STICHVS SERV. *D*[2] 405 quadriplicauit *A* 406 adfect *P* 407 a. f. l. *Spengelius* 409 qumque *A* inimicitiam *BC* 411 re gesta redisse *P* 413 cerculo *A*[1] *ante corr.* 415 is *A:* si *P* aput *A*, apus *B* 416 heri *A:* hieri *B*, hi heri *CD* porṭọ *A*, portus *B* 418 abduc hasce *A*, abduc has *CD*, abducaus *B*; *cf. 435* 419 seu *P:* siue *A* 420 *locutionis proverbialis alterum exemplum habet Placidus* (*corp. gl. 5, 85. 119*) mulcantem aerumnas. *viri fortes potius mulcant miserias quam ab eis se mulcari patiantur* 421 E. *praem. D* *fort.* ullis *in A fuit* 422 eleutheriam *P* capere *ad* diem (*ut* sumas *423*), *ei apposita* eleutheria (*Pers. 29*) 423 aequ·ṃ *A:* accum (*i. e.* aecum) *P* 425 propeino *A* 426 *spat. om. A* 427–429 *om. P* 427 quid? *Goetzius:* quod *cf. Trin. 385*

Stich. Ad cenam ibone? Epig. Si vocatu's, censeo.
Stich. Sic hoc placet; rogatu necne, nil moror.
Epig. Vbi cenas hodie? Stich. Sic hanc rationem instituti:
amicam ego habeo Stephanium hinc ex proxumo,
tui frátris ancillam: eo condixi in symbolam
ad cenam, ad eius consérvom Sangarinum Syrum.
eademst amica ambobus, rivales sumus.
Epig. Age abduce hasce intro. hunc tibi dedo diem.
Stich. Meam culpam habeto, nisi probe excruciavero.
iam hercle ego per hortum ad amicam transibo meam
mi hanc occupatum noctem; eadem symbolam
dabo et iubebo ad Sangarinum cenam coqui.
aut egomet ibo atque opsonabo opsonium.
Sangarinus scio iam hic aderit cum domino suo,
servos homo, qui nisi temperi ad cenam meat,
advorsitores pol cum verberibus decet
dari, uti eum verberabundi adducant domum.
parata res faciam ut sit. egomet me moror.
atque id ne vos miremini, hominis servolos
potare, amare atque ad cenam condicere:
licet haec Athenis nobis. sed quom cogito,
potius quam invidiam inveniam, est etiam hic ostium
aliud posticum nostrarum harunc aedium:
[posticam partem magis utuntur aedium]

---

428 ad cenam iboniseç[la]atus censeo, *sed ut* si uocatus, *quod Loewio probabile videbatur, esse potuerit.* nisi cenatu's *proponit Schoellius* 429 roga[tu necn]e *suppl. Studemundus* 430 *personas om. P* sic *A:* si *P* instite *A*, instit *P*, *corr. Ritschelius* 431 spephanium (spepeph. *B ante corr.*) *P* 432 ancillulam *A* condici *P*, conduxi *A*, *corr. Camerarius* simbolam *AP* (438 *P*) 433 ad eius *A:* adelus *P* sangarinum *AP ut ubique, cf. ad 644* Syrus *Romanis non est nomen servile, ut addi nomini genus potuerit; sane nomen Phrygem potius indicat* 434 eadest *A* simus *P* 435 abduc eas *P* 436 me in culpa *Salmasius* probe *A:* pro *B*, per *CD* 437 hortum ad *A:* ortum *P* 441—445 *om. P* 441 sangerinus 442 qui [ni]s[i te]m-[p]er[i a]d cenam meat *Studemundus supplevit* 443 sol *vel* pol (*incertissima*) *A*, duo *t. Loewio, quod verum esse posse etiam Studemundus indicat* dec[em] *vel* decet 444 dari *vel* dare uti eum uerberabundum abducant, *corr. Buggius* 446 seruoli *A* 447 putare *P* 448 hoc ς 449 indiuidiam *P* inueniem *A ante corr.* hostium *ACD* 450 harunc *A:* harunce *B*, harum *CD* 450ª *om. A* (*disp. B:* posticam — ob | Sonatum — obsonium *signo interpolationis noviciae*), *cf. ad Poen. 1088*

ea ibo opsonatum, eadem referam opsonium:
per hortum utroque commeatus continet.
ite hac secundum vos me. ego hunc lacero diem. —

GELASIMVS III 2

Libros inspexi; tam confido quam potis,
me meum optenturum regem ridiculis meis.
nunc interviso, iamne a portu advenerit,
ut eum ádvenientem meis dictis deleniam.
Epig. Hic quidém Gelasimus est parasitus, qui venit.
Gel. Auspicio hodie óptumo exivi foras:
mustela murem ábstulit praeter pedes;
cum strena óbscaevavit; spectatum hoc mihist.
nam ut illa vitam repperit hodie sibi,
item me spero facturum: augurium hac facit.
Epignómus hic quidemst qui ástat. ibo atque adloquar.
⟨o⟩ Épignome, ut ego nunc te conspicio libens,
ut prae laetitia lacrimae prosiliunt mihi.
valuistin usque? Epig. Sustentatumst sedulo.
Gel. Propino tibi salutem plenis faucibus.
Epig. Bene atque amice dicis. di dent quae velis.
Gel. Cenem illi apud te, quoniam salvos advenis.
Epig. Locatast opera nunc quidem; tam gratiast.
G. Promitte. E. Certumst. G. Sic face inquam. E. Certa res.
G. Lubente me hercle facies. E. Idem ego istuc scio.
quando usus veniet, fiet. Gel. Nunc ergo usus est.

---

451 ea *om. A* eadem *P:* atque eadem *A* 452 conuerit *vel* conuehit (*vel fort.* g *pro* u) *A*, conuenit *D*[1] (*item in A legerat Loewius*); *cf. Mil. 468* 453 ite *A:* ita *P* uosmet ego *A* *cf. Poen. 612 et ad Culicem p. 45, relat. soc. Gott. 1895, 420* 454 GELASIMVS EPIGNOMVS *AB*, GEL. PAR. EPIGNOMVS AD. *D*[2] potis *vel* potes *A:* potist *P* 455 meis *P:* logis *A* 457 deliniam *P et fort. A* 460 murem ⟨mi⟩ *Bentleius* 461 cum *P:* quom *A; cum strena i. e. cum bono omine (Fest. 313) mustela obscaevavit* hic *P* 463 hac *P:* ac *A* 465 ⟨o⟩ *Fleckeisenus* te nunc *P* 466 praesillunt *P* 467 sustentatust *A* seduo *P* 468. 469 *inverso ordine P* 469 amicae *A* 470. 471 illic *A*[2] *Gelasimus ad* di dent quae uelis *accommodat sermonem:* cenem apud te, *sed addita sollemni invitandi formula quasi vocet ad cenam. respondet Epignomus ludens quasi invitetur ab illo. sic decertant usque ad v. 482, tum plane loquitur (conexum turbat v. 483)* 472 uocata est opera numquidem tam gratiam est *P* (*cf. Luchsius comm. pros. 2, 11*) gratiast *A*[2]*:* gratia *A*[1] 473 *spat. ante* sic *A, om. P* fac *P*, facies *A* res *A:* res est *P* 474 lubente *CD:* iubente *B*, libente *A*[1], libenter *A*[2] hercle me *AP, corr. Camerarius* faciest *A*[1] 475 usust *A*

Epig. Non edepol possum. Gel. Quid gravare? censeas.
nescio quid vero hábeo in mundo. Epig. I modo,
alium convivam quaerito tibi in hunc diem.
Gel. Quin tu promittis? Epig. Non graver, si possiem.
Gel. Vnum quidem hercle certo promitto tibi:
libens accipiam certo, si promiseris.
Ep. Valeas. Gel. Certumnest? Ep. Certum. cenabo domi.
Gel. [Quando quidem tu ad me non vis promittere]
sed — quoniam nil processit hac, ego ivero
apertiore magis via; ita plane loquar:
vin ad te ad cenam veniam? Epig. Si possim, velim;
verum hic apud me cenant alieni novem.
Gel. Hau postulo equidem med in lecto accumbere:
scis tu me esse unisubselli virum.
Epig. At ei óratores sunt popli, summi viri;
Ambracia veniunt huc legati publice.
Gel. Ergo oratores populi, summates viri,
summi accubent, ego infimatis infimus.
Epig. Haud aequomst te inter oratores accipi.
Gel. Equidem hercle orator sum, sed procedit parum.
Epig. Cras de reliquiis nos volo. multum vale. —
Gel. Perii hercle vero plane, nihil obnoxie.
uno Gelasimo minus est quam dudum fuit.
certumst mustelae posthac numquam credere,

---

476 grauari *A* 477 uero ⟨lauti⟩ *Langenus* habea A^2; *voluit* habeam (*Studemundus*) *spat. ante* i *om. AP* 478 quaerita A^2 tibi *om. P* 480 certum *P* 482 certumne est *A*: certum est *P* *spat. ante* cenabo *A* 483—485 *praebet A*, *tantum* 483 *P*, *quem post Bothium ultimum trium versuum faciunt. delevi dittographiam; cf. ad 470. 471* 483 tu ad me *A*: tuam *P* 484 set processis (—it *t. Loewio et Schoellio; atque* nil sat *soloecum est*) at ego hac ‧iero, *corr. Goetzius* (hac, ego adiero); *cf. Nordenus mus. Rhen. 49, 200, qui* at *non satis confirmat. incipit quasi aliud de eadem re dicturus, pergit ut rem iam postulare videt Ter. And. 670 contulit Seyffertus Burs. act. 80, 297* 487 *et* 489 *v. praem. D* 488 haud *P* quidem *A* me *AP* 489 *vel* med, *sed fort.* scis tu Laconem esse. *cf. Capt. 471* 490 ii *P* populi *AP* 491 ambraccia *P* (—occia *B ante corr.*) 493 accubent *Prisciani 1, 338 et 587 librorum pars:* accumbent *P cum Prisciani librorum parte*, incubabunt *A*; accubabunt *Muellerus et fort.* A^2 494 equomst *A*, aequm (—quum *CD*) est *P* 496 reliquis *P* *spat. ante* multum *A* 497 periẹi (e *expuncta*) *A*, peri *P cum Gelli codd., qui adfert 6, 17, 4* nunc ego hercle perii plane, non obnoxie 499 mustellae *A*, multelae *B* numquam posthac *Brixius ad Capt. 118* (*p. 93*)

nam incertiorem nullam novi bestiam;
quaen eapse deciens in die mutat locum,
ea ego auspicavi in re capitali mea?
certumst amicos convocare, ut consulam
qua lege nunc med essurire oporteat. —

ANTIPHO IV 1

Íta me di bene amént measque mihi [bene] servassint filias,
ut mihi volup est, Pamphilippe, quia vos in patriam domum
rediisse video bene gesta re ambos, te et fratrem tuom.

PAMPHILIPPVS

Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse, Antipho;
nunc quia té amicum mihi experior esse, credetur tibi.
Ant. Vocem ego te ad me ad cenam, frater tuos ni dixisset mihi,
te apud se cenaturum esse hodie, quom me ad se ad cenam vocat.
et magis pár fuerat me vobis dare cenam advenientibus,
quam me ad illúm promittere, nisi nollem ei advorsarier.
nunc me gratiam abs te inire verbis nil desidero:
cras apud me éritis et tu et ille cum vostris uxoribus.
Pamph. At apud mé perendie. nam ille heri me iam vocaverat
in hunc diem. sed satin ego tecum pacificatus sum, Antipho?
Ant. Quando ita rem gessistis ut vos velle amicosque addecet,
pax commersque est vobis mecum. nam hoc tu facito ut cogites:
ut cuique homini res paratast, périnde amicis utitur:
si res firma, ⟨item⟩ firmi amici sunt; sin res laxe labat,
itidem amici conlabascunt: res amicos invenit.

---

501 quaen eapse *Ritschelius:* quaeneatẹst, *sed ut* quaen eaepse *esse potuerit, A,* qua enet ipsa *P* (quae nec i. *D*) decies *A* 502 *ut supra P* (*sed* eam *CD et* auspicauinre *B*), *Nonius 468:* ego auspicabi in re capitati mea *A;* eam *vitiosum est,* ea *ex ea, cf. Cic. de div. 2, 77 fort.* ⟨et⟩ in 504 me *AP* esurire *P* 505 ANTIPHO PAMPHILIPPVS EPIGNOMVS *A*, ANTIPHON EPIGNOMVS *B*, ANT. SEN. PAMPHILIPPVS EPICNOMVS AD. II D^2 [bene] *Ritschelius* 507 redisse *P* 509 nunc quoniam ẹx tẹ mịhị cum experior *A, i. e.* n. q. mihi amicum experior, *ut vidit Loewius* credịtur *AP* 510 uocarem A^2 *in marg.* ni A^1*:* nisi PA^2 511 te *P:* se *A* aput *A* ad se *A:* ad ee *B*, ad esse *CD* 512 dare uobis *P* 513 me ad illud *CD*, mea diliit *B* 516 at *A:* eat *P* 517 sedi *expuncta* i *A cf. ad Aul. 168* 518 uti uos uellem amicos atque addecet *P* 519 commẹrsque *A:* commercique *P* nam *om. A* ut *om. P* 520. 521 *duo versus A praebet, unum P hunc:* ut cuique homini res parata est firmi amici sunt si res lasse (—a *B*) labat (—ant *CD*) 520 *Charisius 211* perinde pro proinde Pl. in St.: ut proinde homini res parata est perinde amicis utitur 521 ⟨item⟩ *Studemundus*

EPIGNOMVS

Iam redeo. nimiast voluptas, ubi diu afueris domo,
domum ubi rédieris, sí tibi nullast aegritudo animo obviam.
nam ita me absente familiarem rem uxor curavit meam,
omnium me éxilem atque inanem fecit aegritudinum.
sed eccum fratrem Pamphilippum, incedit cum socero suo.
P. Quid agitur, Epignome? E. Quid tu? quam dudum in portum venis?
PAMPH. Hau longissume. EPIG. Postilla iam iste est tranquillus tibi?
A. Magis quam mare quo ambo estis vecti. E. Facis ut alias res soles.
hodiene exoneramus navem, frater? PAMPH. Clementer volo.
nos potius oneremus nosmet vícissatim voluptátibus.
quam mox coctast cena? inpransus ego sum. E. Abi intro ad me et lava.
PAMPH. Deos salutatum atque uxorem módo intro devortor domum;
haec si ita ut volo conficio, continuo ad te transeo.
EPIG. Apud nos eccillam festinat cum sorore uxor tua.
PAMPH. Optumest, iam istoc morai minus erit. iam ego apud te ero.
ANT. Prius quam abis, praesente ted huic apologum agere unum volo.
PAMPH. Maxume. ANT. Fuit olim, quasi ego sum, senex; ei filiae
duae erant, quasi nunc meae sunt; eae erant duobus nuptae fratribus,
quasi nunc meae sunt vobis. EPIG. Miror quo evasurust apologus.
ANT. Erant minori illi adulescenti fidicina et tibicina,
peregre advexerat, quasi nunc tu; sed ille erat caeleps senex,
quasi ego nunc sum. E. Perge porro. praesens hic quidem est apologus.
ANT. Deinde senex ille illi dixit, cuius erat tibicina,
quasi ego nunc tibi dico: EPIG. Ausculto atque animum advorto sedulo.
ANT. 'Ego tibi meam filiam, bene quicum cubitares, dedi:

---

523 nimiast uoluptas *A:* nimia est uoluptas est (n. e. uoluptast *CD*) *P* u[bi] *A:* si *P* domo *A:* a domo *P, cf. ad Aul. 105* 524 ubi *A:* si *P; de duplici* ubi *cf. Aul. 229sq., de* si *Vssingius ad Merc. 796 ut supra P, non differre videtur A, cf. ad Aul. 603, Merc. 782;* si ibi *Acidalius* 525 absentem *P* 526 exilem *i. e.* exulem? (*Pius, Lambinus*) aegritudinem *A,* agritudinum *B* 527 quom *B* 529 hau *Guietus:* huc *AP spat. ante* iaṃ *A, nullum P* 530 quo *ς:* quod *A,* qua *CD, om. B spat. om. P* 531 hodie *A* 532 nos *A:* nosmet *P* 533 coctast *A:* coactaes *P spat. om. P* laua *P:* iaba *A*[1], laba *A*[2] 535 *om. P* atte 536 aput *AB* ṣeccillam *A,* ex illa *B,* hec illa *CD, corr. Bentleius* 537 optumum est *P, cf. Bacch. 502 Amph. 314, ad Capt. 10* istuc *A*[2] moṛ[a]e *AP* 538 praesente ted huic *Guietus* (*A n. l., sed quadrat spatium*)*:* presentet huic *P* 542 erant *A:* A. aere *D,* Aere *BC melius quadret* maiori illi *BC:* ẹị *A, om. D* fidicinae tibicinae *Goetzius, cf. 545* 545 erant tibicinae *Buggius*

nunc mihi reddi ego aequom esse abs te quicum cubitem censeo.'
EPIG. Quis istuc dicit? an ille quasi tu? ANT. Quasi ego nunc dico tibi.
'Immo duas dabo,' inquit ille adulescens 'una si parumst;
et si duarum paenitebit,' inquit 'addentur duae.'
E. Quis istuc quaeso? an ille quasi ego? A. Is ipse quasi tu. ⟨tum⟩ senex
ille quasi ego: 'si vis,' inquit 'quattuor sane dato,
dúm equidem hercle quod edint addas, meum ne contruncent cibum.'
EPIG. Videlicet parcum illum fuisse senem, qui ⟨illi istaec⟩ dixerit,
quóm ille, illi qui pollicetur, eum cibum poposcerit.
ANT. Videlicet non fuisse illum aequom ádulescentem, qui ilico
ubi ille poscit denegavit dare se granum tritici.
hercle qui aequom postulabat ille senex, quando quidem
filiae illae dederat dotem, accipere pro tibicina.
EPIG. Hercle ille quidem certo adulescens docte vorsutus fuit,
qui seni illi concubinam dare dotatam noluit.
ANT. Senex quidem voluit, si posset, indipisci de cibo;
quia nequit, qua lege licuit velle dixit fieri.
'fiat' ille inquit adulescens. 'facis benigne' inquit senex.
'habeon rem pactam?' inquit. 'faciam ita' inquit 'ut fieri voles.'
sed ego ibo intro et gratulabor vostrum adventum filiis.
poste ibo lautum in pyelum, ibi fovebo sénectutem meam.
post ubi lavero, otiosus vos opperiar accubans. —
PAMPH. Graphicum mortalem Antiphonem, ut apologum fecit quam fabre.
EPIG. Etiam nunc scelestus ⟨se⟩ esse ducit pro adulescentulo.
dabitur homini amica, noctu quae in lecto occentet senem;
namque edepol aliud quidem illi quid amica opus sit nescio.
PAMPH. Sed quid agit parasitus noster Gelasimus? etiam valet?
E. Vidi edepol hominem haud perdudum. P. Quid agit? E. Quod famelicus.

548 aecum *B*, aequum *CD* abs te *om. A* 549 *sq.* quasi tu *usque ad* ille *om. B* 550 inquid *A* 552—582 *deficit A* 552 A ς: *spat. om.* ⟨tum⟩ *Acidalius* 553 si uis *D:* suus *BC* 554 equem *B* edant (*cf. Bacch. 743 Men. 90*) contrucent 555 *supplevi* 556 quoniam ille illi pollicetur qui, *corr. Ritschelius* 557 aequom *Seyffertus:* nequam adulescentiam 558 denegarit *Acidalius* 559 qui aequom *Fleckeisenus:* quia equm (—uum *CD*) 561 ille quidem hercle *Brixius Fl. annal. 123, 53* 562 qui seni· *B:* quis enim *CD* 565 † facis *CD*, afacis *B* 566 pactam *Acidalius:* factam 568 postea ibo lauatum, *corr. Fleckeisenus* pilum, *corr. Lambinus* 569 accumbans 570 P. ς: E D^2 quam *del. Ritschelius* 571 E. *et* 574 P. *posui* 571 etiam *Bothius:* it iam *B*, id iam *CD* ⟨se⟩ *Acidalius* 572 acentet *B*, accendet *CD*, *corr. Pistoris* 573 opos sit *B*, possit *CD* 575. 576 haud — hominem *om. B; in C* ad caenam *est pro* haud perdudum *et ante* quid agit *eras.* ne

P. Quin vocavisti hominem ad cenam? E. Ne quid advéniens perderem.
atque eccum tibi lúpum in sermone: praesens esuriens adest.
PAMPH. Ludificemur hominem. EPIG. Capti consili memorem mones.

GELASIMVS IV 2

Sed ita ut occepi narrare vobis: quom hic non adfui,
cúm amicis deliberavi iam et cum cognatis meis.
ita mi auctores fuere, ut egomet me hodie iugularem fame.
sed videone ego Pamphilippum cum fratre Epignomo? atque is est.
adgrediar hominem. ⟨o⟩ sperate Pamphilippe, o spes mea,
o mea vita, o mea voluptas, salve. salvom gaudeo
peregre te in patriam rediisse. PAMPH. Salvo salve, Gelasime.
G. Valuistin bene? P. Sustentatumst sedulo. G. Edepol gaudeo.
edepol ne ego nunc mihi medimnum mille esse argenti velim.
EPIG. Quid eo tibi opust? GEL. Hunc hercle ad cenam ut vocem, te non vocem.
EPIG. Advorsum te fabulare. GEL. Illud quidem, ambos ut vocem;
et equidem simitu hau maligne vos invitassem domum
ad me, sed mihi ipsi domi meae nihil est. atque hoc scitis vos.
EPIG. Edepol te vocem lubenter, si superfiat locus.
G. Quin tum stans obstrusero aliquid strenue. E. Immo unum hoc potest.
G. Quid? E. Vbi convivae abierint, tum venias. G. Vae aetati tuae.
EPIG. Vasa lautum, non ad cenam dico. GEL. Di te perduint.
quid ais, Pamphilippe? PAMPH. Ad cenam hercle alio promisi foras.
G. Quid, foras? P. Foras hércle vero. G. Qui malum tibi lasso libet
foris cenare? PAMPH. Vtrum tu censes? GEL. Iuben domi cenam coqui
atque ad illúm renuntiari? PAMPH. Solus cenabo domi?

---

576 uocasti perdedere *B* 579 GELASIMVS PAMPHILIPPVS EPIGNOMVS *B*, GEL. PAR. PAMPHILIPPVS EPICNOMVS AD. II *D*[2] *loquitur quasi spectatoribus continuet sermonem interruptum. cf. Merc. 957* ut *Lambinus:* quod 583 ⟨o⟩ *Lomanus, cf. Richterus in St. stud. 1, 596* *accedit A* (*prima verba* o spes mea, *sed* o *om. A*[1]) 585 redisse *P* † ṣạḷụo salue *A* († ċṛẹḍo salue *t. Loewio*): saluum † salue *P* 586 [su]stẹntatum est *B:* sustentaui *P* *pers. spatia om. A* 587 ego nunc mihi mẹḍịumnum mẹille *A:* egomet mihi mediam (medediam *B*) nunc mille *P;* medimnum *Muellerus* 588 opus est *P* *spat. om. P* ad cenam hercle *P* 589 G.: *spat. om. P* 590. 591 *om. P* 590 simị[ṭụ] ḥạụ; *scribendum* simul, *nisi* maligne *secundam corripit* 591 [mị]hi ṇsṭ (*ut pro* n *etiam* pi, *vix* ip *esse potuerit*) ḍọ[ṃị ṃẹ]aẹ, *suppl. Studemundus, Seyffertus* 593 tum *Scaliger:* tu *AP*, *expunctum in A* 594 abirent *P* tum *P:* ut tum *A* 595 uasa *A:* una *P* perdunt *P* 596 agis *AP, corr. Acidalius* promissi *B* 597 qui malum tibi *P:* quid malum *A* 598 *spatia om. A* iubẹṣṇẹ *A* 599 cenaui *A*

Gel. Non enim sólus: me vocato. Pamph. At ille ne suscenseat,
mea qui causa sumptum fecit. Gel. Facile excusari potest.
mihi modo ausculta, iube cénam domi coqui. Epig. Non me quidem
faciet auctore, hodie ut illum decipiat. Gel. Non tu hinc abis?
nisi me non perspicere censes quid agas. cave sis tu tibi,
nam illic homó tuam hereditatem inhiát, quasi esuriens lupus.
non tu scis, quam éfflictentur homines noctu hic in via?
Pamph. Tanto pluris qui defendant ire advorsum iussero.
Epig. Non it, non it, quia tanto opere suades ne ebitat. Gel. Iube
domi mi tibique tuaeque uxori celeriter cenam coqui.
si hercle faxis, non opinor dices deceptum fore.
Pamph. Per hanc tibi cenam incenato, Gelasime, esse hodie licet.
Gel. Ibisne ad cenam foras? Pamph. Apud frátrem ceno in proxumo.
G. Certumnest? P. Certum. G. Edepol te hodie lapide percussum velim.
Pamph. Non metuo: per hortúm transibo, non prodibo in publicum.
Epig. Quid ais, Gelasime? Gel. Oratores tu accipis, habeas tibi.
Epig. Tua pol refert. Gel. Enim, si quidem meá refert, opera utere.
Epig. Posse edepol tibi opinor etiam uni locum condi *
ubi accubes. Pamph. Sane faciundum censeo. Gel. O lux oppidi.
Epig. Si arte poteris accubare. Gel. Vél inter cuneos ferreos;
tantillum loculi, ubi catellus cubet, id mi satis est loci.
E. Exorabo aliquo modo. veni. G. Hucine? E. Immo in carcerem;
nam hic quidem genium meliorem tuom non facies. eamus, tu.
Pamph. Deos salutabo modo, poste ad te continuo transeo. —
G. Quid igitur? E. Dixi equidem, in carcerem ires. G. Quin si iusseris,
eo quoque ibo. E. Di immortales, hic quidem pól summam in crucem
cena aut prandio perduci potest. Gel. Ita ingenium meumst:

---

602 domi cenam *A* non *ADC*²*:* nun *C*¹, num *B* 604 ages *vel fort.* agis *A* 605 tuam *A:* tum (*om.* *D*¹) *P* 606 quantum *Kampmannus* 607 plureis *A* 608 tantopere *A* ne ṇẹbitat *A; scil. foras non it; vera ratio v. 612. 614 apparet* (*Vssingius*) *spat. ante* iube *om. AP* 609 tibique *A:* tibi *P* 612 aput *A* 614 puplicum *B* 615 ais *B:* agis *ACD* *spat. om. A* ac[ci]pịas *A* 616 enim *P:* enim uero *A* 617 condi p—ụm (*nec* bonum *nec* probum, breuem *spatio sufficiat, quadrare* propemodum *Schoellius dicit*) *A:* conspicor *P* 618 *spat. ante* o *om. A* 620 loculi *A:* loci *P* mi (mihi *A*²) saẹẹrịs est [lọ]cị *A*, mihi saterest loci *P*, *corr.* ς; sat erit *Bothius. corruptela ex var. l. nata:* satis est *s. scripto* erit, *cf. Cist. 111* 622 meliorem genium *P* 623 *praescripsit* ·H· (*graecam litt. personae notandae*) *A*² modo *P:* domo *A* postea *P* contenuo *A, cf. 214* 624 *spatia om. A* dixis *A*¹, dixti *corr.* *A*¹ (*cf. Baierus de Pl. fab. rec. 41*) sị *A: om. P* 625 pol summam *A:* in (ui *CD*) summa *P* 626 aut *P:* ut *A* potis est *A*

quicumvis depugno multo facilius quam cum fame.
EPIG. Dum parasitus mi atque fratri fuisti, rem confregimus.
GEL. Non nego ista ápud te. EPIG. Satis spectatast mihi iam tua felicitas;
nunc ego nolo ex Gelasimo mihi fieri te Catagelasimum. —
GEL. Iamne abiisti? Gelasime, vide quíd es capturus consili.
egone? tune. mihine? tibine. viden ut annonast gravis?
viden, benignitates hominum ut periere et prothymiae?
viden ridiculos nihili fieri, atque ipsos parasitarier?
numquam edepol me vivom quisquam in crastinum inspiciet diem;
nam mihi iam intus potione iuncea onerabo gulam,
neque ego hoc committam, ut me esse homines mortuom dicant fame. —

STICHVS V 1

More hoc fit, atque stulte mea sententia:
si quem hominem exspectant, eum solent provisere;
qui hercle illa causa ócius nihilo venit.
idem ego nunc facio, qui proviso Sagarinum,
qui nihilo citius veniet tamen hac gratia.
iam hercle ego decumbam solus, si ille huc non venit.
cadum modo hinc a me huc cum vino transferam,
postidea accumbam. quasi nix tabescit dies. —

---

628. 629 *inverso ordine P* 629 non ego ista aput te *sequente spatio A*, non ego isti apud te (apute *B*) *sequente in CD spatio P*, *correxi* (*cf. Truc. 390*); ista *cf. Capt. 414. 964 Asin. 578 Most. 1134;* apud te *cf. Poen. 152, Lorenzius ad Pseud. 673;* tua felicitas *quae te comitari solet* (*Cic. ad Att. 7, 2, 1* usi tua felicitate nauigandi, *pro Mil. 83*) 630 nollo e *P* fieri *om. P* 631 *ut supra, sed* abisti, *P:* iamne abierunt gelasime uide nunc consil[io] caro (*vel fort.* capto) opust *A* *Pamphilippus iam abierat v. 623* 632 *spatia post singula verba ab initio quattuor A* uides *AP*, *corr. Fleckeisenus* 633 uides *P* ut *A: om. P* perierint *A* 634 uides *P* 635 inspiciet (prospiciet *CD*) *cf. Sen. Herc. Oet. 338* (*Etr.*), *Cic. de inv. 1, 2, Fronto p. 40* (*inspectare*) 636 iuncea *AC:* uincea *BD; cf. d'Ovidio stud. Ital. di filol. cl. 2, 306 sq.* onerado *A* gilam *P* 640 *cf. Bacch. 1037* me esse omnes mortuum *A*, homines mortuum me *P* 641 STICHVS *AB*, ST. SERVVS D^2 more *non μώρως sed ἐξ ἔθους ut opinor* (*Trin. 1034 sq.*) atque stulte *A:* at quest utte *B*, atque est uitae *CD* 643 ercle A^1 ocius nihilo *A:* nihilotius *P* 644 sagarinum *D:* sangarinum *ABC; leviore nominis forma opus est hic et v. 680* (*quo pacto habet* Pamphilum, Tranium), *pleniorem ceterum interpolatam esse non credo; cf.* Sangarionem *Trin. 1105. sic* in nympha Sagaritide *Ovidius*, Sangariusque puer *Statius* 645 nihilo citius *A: item, sed* ti *sup. scr., B*, nihil otius *CD* 648—681 *deficit A* 648 postea, *corr. Ritschelius* quasi nix *Bothius:* quasenex (*cf. Quint. 1, 7, 24, Lachmannus in Lucr. 91*)

SANGARINVS V 2

Salvete, Athenae, quae nutrices Graeciae,
sperata erilis patria, te video libens.
sed amica mea et conserva quid agat Stephanium
curaest, ut valeat. nam Sticho mandaveram,
salutem ut nuntiaret atque ei ut diceret
me hodie venturum, ut cenam coqueret temperi.
sed Stichus est hic quidem.

STICHVS

Fecisti, ere, facetias,
quom hoc donavisti dono tuom servom Stichum.
pro di immortales, quot ego voluptates fero,
quot risiones, quot iocos, quot savia,
saltationes, blanditias, prothymias.
SANG. Stiche. STICH. Hem. SANG. Quid fit? STICH. Euge,
Sangarine lepidissume.
fero convivam Dionysum mihique et tibi.
namque edepol cena cocta est, locus liber datust
mihi et tibi apud vos (nam apud nos est convivium,
ibi voster cenat cum uxore adeo et Antipho,
ibidem erus est noster), hoc mihi dono datumst.
SANG. Quis somniavit aurum? STICH. Quid id ad te attinet?
proin tu lavare propera. SANG. Lautus sum. STICH. Optime,
[sequere ergo hác me intro. SANG. Ego vero sequor.
STICH.] volo eluamus hodie, peregrina omnia
relinque, Athenas nunc colamus. sequere me. —
SANG. Sequor, et domum redeunti principium placet.
bona scaeva strenaque obviam occessit mihi. —

SANGARIO STHICHVS *B*, SAGARINVS STICHVS SERVI ·II· *D* 650 **terra erilis,** *correxi, cf. Amph. 676* 652 **cura est,** *corr. Studemundus stud. 1, 195* **quid agat, ut ualeat** *cf. Truc. 577 Pers. 204 Most. 718 sq.* 655 *spat. om.* 657 quod 658 Quorisionis quod locos quod suauia *B* 662 **coctast** *Ritschelius:* dicta est datus est 664 ante pho *B* 666 *cf. Most. 757. aurum somniare apud Artemidorum mali ominis fere est, servis saltem; cf. Cic. de div. 2, 134* atte *B* 668 *qui scripsit scaenam compendi facere voluit; fort. eius est etiam v. 667. utrumque ad priorem recensionem rettulit, tres sequentes ad alteram Goetzius* intro ⟨Sagarine⟩ *Ritschelius* 671 redeundi, *corr. Acidalius* 672 obulam *BC*, obolitm *D*, *corr. Camerarius* **mihi stephanium,** *deinde omisso scaenae titulo*

STEPHANIVM V 3

Mirúm videri némini vestrúm volo, spectatóres,
quid ego hinc, quae illic habito, exeam: faciam vos certiores.
domo dúdum huc arcessita sum, ⟨nam⟩ quoniam nuntiatum est
istarum venturos viros, ibi festinamus omnes;
lectis sternendis studuimus munditiisque apparandis.
intér illud tamen negotium meis curavi amicis,
Sticho et conservo Sagarino meo, cena cocta ut esset.
Stichus obsonatust, ceterum ego operam do: is adlegavit.
nunc ibo hinc et amicos meos curabo hic advenientes. —

SANGARINVS V 4

Ágite ite foras: férte pompam. cádo te praefició, Stiche.
omnibus módis temptare certumst nostrum hodie convivium.
ita me di ament, lepide accipimur quom hoc recipimur in loco.
quisquis praetéreat, comissatum volo vocari.

STICHVS

Convenit,
dum quidem hercle quisque veniat, ⟨veniat⟩ cum vino suo.
nam hinc quidem hodie polluctura praeter nos dabitur nemini. +
nosmet inter nos ministrémus monotropi. SAG. Hoc conviviumst
pro opibus nostris satis commodule nucibus, fabulis, ficulis,
oleae + interiplio, lupillo, comminuto crustulo.

---

676 **arcesita** *B*, **accersita** *D* ⟨nam⟩ *Ritschelius* 677 **ipsarum** *Ewaldus male, item Bachius in Studemundi stud. 2, 261, cf. mus. Rhen. 38, 6* omnis 678 fliduimus *CD* 680 sagarino *D*[1]*:* sangarino, *cf. ad 644* 681 obsonatus est ego curando id adlegaui, *correxi* (*cf.* curaui *679*, curabo *682*) 682 *ac-cedit A* hinc *om. A* aduenienteis *A* SANGARINVS [STI]CHVS TIBICINES *A* (TIBICINA *t. Loewio*), SAGARIN ST. SERVI II *D*[2] *pers. notae ab Italis adiectae cenati prodeunt* 684 omnimodis *Scaliger, cf. Lindsay Class. rev. 1894, 159* certumst *ς:* certum si *P; A n. l.* 685 ḷepidẹ [ac]c—mur in loco *A*, lepide accipiamur quoniam hoc recipiamur in loco *P, corr. Guietus* 686 quisquis *cf. ad Amph. 309, Mil. 311* çọṃị — *A*, commissatum *P* 687 quisqu[e ueniat ueniat] *A, cf. Studemundus apogr. 498, Goetzius:* quisque ueniat *P* 688 ṇạm hin[c q]ụị[dem hodie polluctura p]ra[eter]nos . . . . *et extrema* [dabitur nemi]ṇ[i (?) *proprio versu A, cf. Studemundus l. s.:* nam hinc quidem hodie pollectura praeter nos iactura dabitur nemini (n. d. *CD*) *P; post* nos *in A fuisse* iam *et* nam hinc quidem *ad v. 687 pertinere* (*utrumque Camerarius*) *probabile videtur Studemundo, mihi* iam *ineptum et fuisse velut* erit *pro* dabitur (*similiter Goetzius Schoellius ed. min.*) 689 monotropi. SAG. hoc *Ritschelius:* monotrophe hoc *P* (*i. e.* μονότροποι, monotropoe), *A n. l.* 691 ole[ae] in [ṭṛịpị]ll[ọ *A*, oleae interiplio *P;* oleae in triplio '*in nostris libr. vet.*' *Lambinus* (tryblio *Turnebus; Varro de l. l. 5, 120* triplia *et* triplion *cod*)*; requiritur aut* oleis (*sic Goetzius*) in triplio *aut velut* oleae intrito (*cf. Colum. 12, 49*)*; deinde* lupillis

STICH. Sat est: servo homini módeste melius facere sumptum quam ampliter.
suom quemque decet: quibus divitiae domi sunt, scaphiis cantharis
batiocis bibunt, át nos nostro Samiolo poterio:
tamen bibimús nos, tamen efficimus pro opibus nostra moenia.
SAG. Age dice uter utrubi áccumbamus. STICH. Abi tu sane superior.
atque adeo, ut tu scire possis, pacto ego hoc técum divido:
vide, utram tibi libet etiam nunc capere, cape provinciam.
SAG. Quid istuc est provinciai? STICH. Vtrum Fontine an Libero
imperium te inhibere mavis? SAG. Nimio liquido Libero.
sed amica mea et tua dum cenat dumque se exórnat, nos volo
tamen ludere inter nós. strategum te facio huic convivio.
STICH. Nimium lepide in mentem venit: potius quam in subsellio
cynice hic accipimur quam in lectis. SAG. Immo enim nímio hic dulcius.
sed interim, stratege noster, cur hic cessat cantharus?
vide, quot cyathos bibimus. STICH. Tot quot digiti tibi sunt in manu.
cantio Graecast: ἢ πέντ' ἢ τρία πῖν' ἢ μὴ τέτταρα.
SAG. Tibi propino. decumam a fonte tibi tute inde, si sapis.

---

692 ST. *add. Ritschelius* sat ẹst *AP, Nonius 511* serui *Nonius* meliust *Ritschelius, om. Nonius; A n. l., sed spatium sufficere videtur* 693 quịque *A* scaphiis *Bothius:* scaphio et *A*, caphio et *P* 694 batiochis *AP* (—ohis *C*); *de* batiocis *cf. Loewius prodr. 276* bibunt *CD:* bibum *B*, uiunt *A* ad *AP* 695 uiuimus *AP, corr. Ritschelius, cf. 706; ceterum omnia sana* 696 *cf. ad Aul. 603* amica uter utrubi *P*, m (*vel fort.* a) . . . . ẹem utr— *A, qui* uter *omisisse videtur; correxi* 697 pacto *A:* facto *P; singulare* pacto hoc *pro* hoc pacto (tecum hoc *B*) 698 etian *B*; *A n. l.* cape *om. A* 699 prouinciae *P, A n. l.* fontale *P* 701 cenat *P, cf. ad 682; A n. l.* dumque *cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 151* 702 *ut s. AP:* tamen *del. Guietus, quo aegre caremus; fort.* ludere intér nos tamen, *cf. 331 sim., ad Amph. 1035* *ante* strategum *pers. spat. P* (*A n. l.*) huic ς: —ic *A*, huc *P* 703 mente *P* quam *del. Saracenus, sed cf. Mil. 763 Men. 169* 704 hic *om. P* lẹc̣ticis *AP, corr. Pius* nimium hic *A, ubi* nimio *responendum erat:* hic magis est *P non male* 705 stratage *CD* 706 qu[ot]—quot *AD:* quod—quod *B*, quod — quot *C* bibimus *P:* uiu— *A* 707 graecast *A:* est greca *P* *graeca non scripsit A;* cẹpente (cepente *CD*) pine et trispine emet et tara *P; prius* pine *eiecit Ritschelius,* τρία *posuit Turnebus; Athen. 426 d* (τὴν θρυλουμένην παροιμίαν) *et Photius* (*frg. adesp. 604 K.*) ἢ πέντε πίνειν ἢ τρί' ἢ μὴ τέτταρα, *cf. Plut. qu. conv. 657c* (οὕτω λέγοντες καὶ ᾄδοντες). *hic certe cyathorum vini numerus indicatur, non ratio mixtionis, quo referunt grammatici et Plutarchus, cf. v. sq.* 708 SA. *Acidalius: om.* decumam a *B:* decuma *CD*, decumum a *A* tibi tute *P:* tibite *A* *Sangarinus, qui vinum habet, quinque cyathos poculo infudit et merum propinat, deinde Stichum, qui aquam habet, decimam inde partem affundere iubet, i. e. dimidium cyathum* *in hoc versu deficit A*

bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Stephanium.
[STICH. Bibe si bibis. SANG. Non mora erit apud me. STICH. Edepol convivi sat est,
modo nostra huc amica accedat: id abest, aliud nil abest.]
STICH. Lepide hoc actum est. tibi propino cantharum. vinum tu habes.
SA. Nimis vellem aliquid pulpamenti. ST. Si horum, quae adsunt, paenitet,
nihil est. tene aquam. SANG. Melius dicis; nil moror cuppedia.
bibe, tibicen. age si quid agis, bíbendum hercle hoc est, ne nega.
quid hic fastidis quod faciundum vides esse tibi? quin bibis?
[age si quid agis] accipe inquam. non hoc ⟨tuo fit sumptu⟩: inpendet publicum.
haud tuom istúc est te vereri. éripe ex ore tibias.
STICH. Vbi illic biberit, vel servato meum modum vel tu dabo. +
nolo ego nos + prosumo bibere. nulli rei erimus postea;
namque edepol quam vis desubito vel cadus verti potest.
SANG. Quid igitur? quamquam gravatus fuisti, non nocuit tamen.
age, tibicen, quando bíbisti, refer ad labeas tibias,
suffla celeriter tibi buccas quasi proserpens bestia,
agedum. Stiche, uter démutassit, poculo multabitur.
STICH. Bonum ius dicis. impetrare oportet qui aequom postulat.
SANG. Age ergo observa. si pecassis, multam hic retinebo ilico.
ST. Optimum atque aequissimum oras. em tibi hoc primum omnium:
haec facetiast, amare inter se rivalis duos,
uno cantharo potare, únum scortum ducere.

---

709 nos: uos *B* 710. 711 *scripti ut in vicem concederent versuum 712 — 735, cf. Langenus symb. 171sq. (similiter Goetzius ed. min.)* 710 bibe *Scutarius:* bibes 712 *propinat totum poculum, tradit Sangarino ut denuo impleat vino; ipse aquam addit v. 714* 713 pulpulmenti 714 teni 715 agiss *B;* bibe si bibis *Ritschelius pro* age si quid agis, *cf. 717; sed non in sano versu sed in corrupto suspecta est repetitio* 717 *supplemento sententiam indicavi* inpendit *C* 718 Aut, *corr. Saracenus* uerereri *B, deinde spat. codd.* eripito *Goetzius; cf. ad Pseud. 730, Skutschius Plaut. u. Rom. 46* 719 tu: ego *Ritschelius* 720 nollo (*cf. 631, 734*) prosumo *B,* pro summo *CD;* prosum hoc ebibere *Muellerus post Ritschelium, sed requirimus celeritatis notionem* rei erimus *B ante corr. 1 m. factam:* relerimus 721 quam uide subito 722 *cf. ad 765* igitur *Saracenus, cf. l. s:* agitur nun *CD* 723 refer *Nonius 210:* refers labeas *cf. Mil. 93* 724 sufla *B* proserrens, *cf. Poen. 1034* 725 agedum *potius* age *illud repetit; certe sine imperativo rem faciendam indicante magis offendit, cf. Abrahamus st. Pl. 183* proculo (procul *CD*) mutabitur, *corr. Pius* 726 aecum *B,* aequum *CD* 727 multa *CD* 728 hem 729 riuales *CD*

hoc memorabilest: ego tu sum, tu es ego, unianimi sumus,
unam amicam amamus ambo, mecum ubi est, tecum est tamen;
tecum ubi autem est, mecum ibi autemst: neuter neutri invidet.
Sang. Ohe, iam satis, nolo obtaedescat; alium ludum nunc volo.
Stich. Vin amicam huc evocemus? ea saltabit. Sang. Censeo.
Stich. Mea suavis, amabilis, amoena Stephanium, ad amores tuos
foras egredere, satis mihi pulchra és. Sang. At enim pulcherrima.
Stich. Fac nos hilaros hilariores opera atque adventu tuo.
Sang. Peregre advenientes te expetimus, Stephaniscidium, mel meum,
sí amabilitas tibi nostrá placet, si tibi ambo áccepti sumus.

STEPHANIVM V 5

Mórem vobis geram, meaé deliciae. nam ita me Venus amoéna amet,
ut ego huc iam dudum simitu exissem vobiscum foras,
nisi me vobis exornarem. nam ita est ingenium muliebre:
bene cum lauta est, tersa ornata ficta est, infecta est tamen;
nimioque sibi mulier meretrix repperit odium ocius
sua inmunditia, quam in perpetuom ut placeat munditia sua.
Stich. Nimium lepide fabulata est. Sang. Veneris mera est oratio,
St. Sangarine. Sa. Quid est? St. Totus doleo. Sa. Totus? tanto miserior.
Steph. Vtrubi accumbo? Sang. Vtrubí tu vis? Steph. Cum ambobus volo, nam ambos amo.
Stich. Vapulat peculium, actum est. Sang. Fugit hoc libertas caput.
Steph. Date mihi lócum, ubi accumbam, amabo, siquidem placeo. Stich. Tun mihi?
Steph. Cupio cúm utroque. Stich. Ei mihi, bene ⟨ego⟩ dispereo. quid ais? Sang. Quid est?
Stich. Ita me di ament, numquam enim fiet hodie, haec quin saltet tamen.

731 unanimi *ς* 733 tecum autem ubi est mecum autem ibi est *CD* neutri *Guietus* (neuteri *Buggius, cf. Kellerhoffius in Studemundi stud. 2, 60*): utri 734 nollo, *cf. 720* obtaedes (obcedes *D*, opcedes *C*) catali ut ludum, *item* (obcaedes) *Turnebi schedae, corr. Ritschelius* 736 stephanum 737 enim ⟨mihi⟩ *Acidalius* 741 sumus stephanium STEPHANIVM ANCILLA EIDEM *D personarum notae nullae* 742 morigerabor *Ritschelius, cf. Herm. 18, 586* 743 hic, *corr. Scaliger* simitu exissem *B*: sim id uexissem *D*, sim aduexissem *C* 744 muliebrem *B* 745 *primum* est *delet Scaliger* 746. 747 *nescio an huc non pertineant* (meretrix *non aptum Stephanio*) 746 reperiet *Fuhrmannus* 749 totus? tanto *Saracenus*: potus tanto 750 utrubi *utrubique Camerarius*: utrum ubi *item B*, utrum tibi — utrum ubi *CD* cum ambabus *CD* 752 STICH. tun mihi? *Seyffertus et Vssingius*: tun mihi *BD*, tum mihi *C* 753 *spatia ante* ei mihi *om.* ⟨ego⟩ *L.* est *Weisius*: ego 754 *pers. spat. om.* fiet quin saltet *Camerarius*: qui non saltent

age, mulsa mea suavitudo, salta: saltabo ego simul.
SANG. Numquam edepol med istoc vinces, quin ego ibidem pruriam.
STEPH. Siquidem mihi saltandum est, tum vos date bibat tibicini.
STICH. Et quidem nóbis. SANG. Tene, tibicen, primum; postidea loci
si hoc eduxeris, proinde ut consuetu's antehac, celeriter
lepidam et suavem cantionem aliquam occupito cinaedicam,
ubi perpruriscamus usque ex unguiculis. inde huc aquam.

tene tu hóc, educe. dudum placuit potio: V 6
nunc minus gravate iam accipit. tene tu. interim,
meus oculus, da mihi savium, dum illic bibit.
STICH. Prostibilest tandem? stantem stanti savium
dare amicum amicae? euge euge, sic furi datur.
SANG. Age, iam infla buccas, nunciam aliquid suaviter.
redde cántionem veteri pro vino novam.

qui Iónicus aut cinaédicust, qui hoc tále facere póssiet? V 7
STICH. Si istóc me vorsu viceris, alió me provocáto:
SA. Fac tu hóc modo. ST. At tu hoc módo. SA. Babae. ST. Tataé.
SANG. Papae. STICH. Pax.
SANG. Nunc páriter ambo. omnís voco cinaédos contra.
satis ésse nobis nón magis potis quám fungo imber.
STICH. Intro hínc abeamus nunciam: saltátum satis pro vinost.
vos, spectatores, plaudite atque ite ad vos comissatum.

---

756 me pluriam *B* 759 eduxerit, *corr. Camerarius* antidhac (*cum* postidea, *cf. 758*) *gloss. Plaut.* 760 cantionem *Nonius 5:* cantationem occupito *Nonius:* occipio cynedicam 762 *spatium habet C, litteram initialem CD,* Eidem II D^2, *scilicet tibicen ut bibat canere desinit potio sane placuerat* (*722*), *etiamsi gravatus erat accipere poculum* 764 suauium *BC* 765 *continuat B* (*qui spatium habet ante* euge *v. sq.*), *spatium CD* prostibiles *BD*, prostipiles *C*, *correxi, cf. Woelfflini arch. 9, 166* stanti sauium *Saracenus:* stantis autum *B*, stantis autem *CD* *sequitur versus:* Qui dicitur quamquam grauatus non (num *B*) nocuit (nocui *CD*) tamen, *scil. v. 722 ad 763 adscriptus* 767 SANG. *Bothius: spat. CD, om. B* bucas *B* 768 cedo *Ritschelius, cf. Skutschius Plaut. u. rom. 149* pro uino *Saracenus:* proui 769 *spat. habet C, litteram initialem CD,* Eidem D^2; *scil. incipit canticum* qui *cf. Seyffertus Berl. phil. w. 1893, 278* cęnedicus *B*, cenydicus *CD*, *corr. Ritschelius vel* possit 770 STICH. *et sq.* SANG. *Ritschelius: om.* 771—773 *versus Reiziani* 772 cinaedus *B*, cynedus *CD*, *corr. Angelius* 773 statis *CD* potis est 774 STI. *Acidalius: om.* 775 ad nos, *corr. Palmerius* commissatum *CD*, omnis satum *B* PLAVTI STICVS (STICHVS D^2) EXPLICIT BCD^2

TRINVMMVS

ARGVMENTVM

Thensaurum abstrusum ábiens peregre Charmides,
Remque omnem amico Callicli mandat suo.
Istoc absente male rem perdit filius;
Nam et aedis vendit: has mercatur Callicles.
Virgo indotata soror istius poscitur;
Minus quo cum invidia ei det dotem Callicles,
Mandat qui dicat aurum ferre se a patre.
Vt venit ad aedis, hunc deludit Charmides
Senex, ut rediit; quoius nubunt liberi.

---

argumentum om. A PLAVTI TRINVMMVS INCIPIT. ARGVMENTVM *B*, INCIPIT TRINVMMVS PLAVTI *CD* 1 tensaurum *CD* abe ens *B* 4 mercator callides *B* 6 quo cum: cocum *B* dotim *D*, dotum *C* 7 sese, *corr. Camerarius* 9 nubuntur eri *BD*, nubunturire *C*, *corr. Valla*

PERSONAE

LVXVRIA cum INOPIA prologus
MEGARONIDES senex
CALLICLES senex
LYSITELES adulescens
PHILTO senex
LESBONICVS adulescens
STASIMVS servus
CHARMIDES senex
SYCOPHANTA

SCAENA ATHENIS

LVXVRIA prologus

Sequere hac me, gnata, ut munus fungaris tuom.

INOPIA

Sequor, sed finem fore quem dicam nescio.
Lvx. Adest. em illaé sunt aedes, i intro nunciam. —
nunc, ne quis erret vostrum, paucis in viam
deducam, si quidem operam dare promittitis.
nunc igitur primum quaé ego sim et quae illaec siet,
huc quae abiit intro, dicam, si animum advortitis.
primum mihi Plautus nomen Luxuriae indidit;
tum hánc mihi gnatam esse voluit Inopiam.
sed ea huc quid introierit impulsu meo
accipite et date vocivas aures dum eloquor.
adulescens quidam est, quí in hisce habitat aedibus;
is rem paternam me adiutrice perdidit.
quoniam ei, qui me aleret, nil video esse relicui,
dedi ei meam gnatam, quicum aétatem exigat.
sed de argumento ne exspectetis fabulae:
senes qui huc venient, ei rem vobis aperient.
huic Graece nomen est Thensauro fabulae:
Philemo scripsit, Plautus vertit barbare,

---

cf. subscr. Menaechmorum A LVXVRIA INOPIA *D* *personarum notas nullas habet B usque ad v. 275, D usque ad v. 1068 (comparent v. 49—78), nullas C; spatia praeter versuum initia* 1 hac me *A:* ac me *Nonius 497,* me mea *P* fungas *Nonius, male* 3 hem *P* i intro *A:* lintro *P* 6 illaec siet *A:* illa hec (haec *CD*) sciet *P* 7 auertitis *P* 8—10 *haec habet A:* sed ea huc quid introierit inpulsu meo | primum mihi gnatam esse uoluit inopiam 8 mi *CD* 9 hanc ⟨autem⟩ *Spengelius* hanc mihi ganatam *B,* mihi hanc gnatam gnatam *CD* 11 uaciuas auris *P* 14 alieret *A* uideos *A* reliqui *P,* relliqui *A* 15 ei *A:* e *B, om. CD* quicum ⟨una⟩ *Vollbehrius, cf. Capt. 720* 17 i *A,* ii *B,* hi *CD* uonobis *A* 18 nomen grece *P*

nomen Trinummo fecit, nunc hoc vos rogat
ut liceat possidere hanc nomen fabulam.
tantum est. valete, adeste cum silentio. —

MEGARONIDES I 1

Amicum castigare ob meritam noxiam
immoene est facinus, verum in aetate utile
et conducibile. nám ego amicum hodie meum
concastigabo pro commerita noxia,
invitus, ni id me invitet ut faciam fides.
nam hic nimium morbus mores invasit bonos;
ita plerique omnes iam sunt intermortui.
sed dum illi aegrotant, interim mores mali
quasi herba inrigua succrevere uberrime:
eorúm licet iam metere messem maxumam,
neque quicquam hic nunc est vile nisi mores mali.
nimioque hic pluris pauciorum gratiam
faciunt pars hominum quam id quod prosint pluribus.
ita vincunt illud conducibile gratiae,
quae in rebus multis opstant odiosaeque sunt
remoramque faciunt rei privatae et publicae.

CALLICLES I 2

Larem corona nostrum decorari volo.
uxor, venerare ut nobis haec habitatio
bona fausta felix fortunataque evenat —
teque ut quam primum possim videam emortuam.

---

20 uos hoc *A* 21 farulam *A* (*t. St.*) 22 adesse *A* 23 MEGARONIDES SENEX *B*, MECARONIDES *D* *ut supra A cum rhet. ad Herenn.* (*2, 35*) *et Cicerone* (*de inv. 1, 95*)*:* me (*i. e.* ME.) amicum c. o. meritam (-a *CD*) non mala noxiam (-a *CD*) *P* 24 inmoene *Placid. corp. gl. 5, 29. 77* (*cf. Paul. 109*)*:* inmene *P*, immune *A*, *ad Her.*, *Cic.* 25 hodie amicum meum *A* (*Cic. cod. Sangall.*), amicum meum hodie *ad Her.* 26 commissa *ad Her.* noxiam *A* 27 id me *A:* me id *P* faciat *A* 29 plerique '*libri vet.*' *Lambini:* prerique *A*, plerumque *P* omnis *P*, homines *A* 30 aegrotanti *A* 31 succreuerunt *P*, *scil.* succrerunt 32. 33 *inverso ordine AP*, *corr. Buechelerus* 33 uile nunc est *P* 34 plures *A* 35 prosit ϛ 36 conductibile *P* 37 odiossaeque *A*, odioseque *P* 39 CALLICLES MEGARONIDES *A*, gallicies megaronides *B*, MECARONIDES CALLIDES SENES II *D* 40 uobis *A* 41 eueniat *AP* 42 possit *Lambinus*

MEG. Hic ille ést, senecta aetate qui factust puer,
qui admisit in se culpam castigabilem.
adgrediar hominem. CAL. Quoia hic vox prope me sonat?
MEG. Tui benevolentis, sí ita es ut ego te volo,
sin aliter es, inimici atque irati tibi.
CAL. O amice, salve, átque aequalis. ut vales,
Megaronides? MEG. Et tu edepol salve, Callicles.
CAL. Valen? valuistin? MEG. Valeo, et valui rectius.
CAL. Quid tua agit uxor? ut valet? MEG. Plus quam ego volo.
CAL. Bene hercle est illam tibi valere et vivere.
MEG. Credo hercle te gaudere, si quid mihi mali est.
CAL. Omnibus amicis quod mihi est cupio esse idem.
MEG. Eho tu, tua uxor quid agit? CAL. Immortalis est,
vivit victuraque est. MEG. Bene hercle nuntias,
deosque óro ut vitae tuae superstes suppetat.
CAL. Dum quidem hercle tecum nupta sit, sane velim.
MEG. Vin commutemus, tuam ego ducam et tu meam?
faxo haud tantillum dederis verborum mihi.
CAL. Namque enim tu, credo, me imprudentem obrepseris.
MEG. Ne tu hercle faxo haud nescias quam rem egeris.
CAL. Habeas ut nanctu's: nota mala res optumast.
nam ego nunc si ignotam capiam, quid agam nesciam.
MEG. Edepol proinde ut diu vivitur, bene vivitur.
sed hoc ánimum advorte atque aufer ridicularia;
nam ego dedita opera huc ad te advenio. CAL. Quid venis?
MEG. Malis te ut verbis multis multum obiurigem.
CAL. Men? MEG. Numquis est hic alius praeter me atque te?

---

45 quia hic *A*, cuia *P* 46 si *om. A* te *om. P* 47 es *B:* esţ *A*, res *CD* 48 aequalis *συνέφηβος est, cf. 326, aptum nomen adulescentibus.* atque — Megaronides *del. Lomanus* 50. 51 *inverso ordine A* 50 C. *et deinceps* M. — C. *etc.* ς *accommodate ad senum mores:* u. u. *continuatur Megaronidi, deinde* C. — M. *etc. D, vulgo* ualen ualuistin *CD:* ualent ualuistin *B*, ualesne † ualuistine *A* 51 agit tua *P* 52 ualere *A:* bene ualere (—ret *B*) *P* 53 mihi *P:* me *A* 54 fidem *A* 55 tu *om. P* 58 C.: M. *Camerarius, om. P* *ante* sane *spat. BC*, M. *D* 59 C. *praem. D*, M. ς 60 haut tantiillum *A* *scil. profecto non deteriorem mercem, ut fit in tali commercio, a te accipiam. cf. Vahlenus Herm. 15, 257* 61 C. *om.* te *A* mę inprudentem *A:* mihi inprudenti *P, cf. Baierus de Pl. fab. rec. 138* 62 M. *om.* haut *A* nescias *A:* scias *P* 63 C. ς*:* M. *D* nactus *CD*, mactus *B* 65 M. ς*:* C. *D* prome *A* bene uiuitur diu *AP, corr. Acidalius* 67 aduenio *P:* uenio *A; cf. 97. Most. 376* 68 obiurgem *P*, obiurgitem *A* 69 mene *A*

CAL. Nemost. MEG. Quid tu igitur rogitas, tene obiurigem?
nisi tu me mihimet censes dicturum male.
nam si in te aegrotant artes antiquae tuae,
[sin immutare vis ingenium moribus]
[aut si demutant mores ingenium tuom
neque eos antiquos servas, ast captas novos]
omnibus amicis morbum tu incuties gravem,
ut te videre audireque aegroti sient.
CAL. Qui in mentem venit tibi istaec dicta dicere?
MEG. Quia omnís bonos bonasque adcurare addecet,
suspicionem et culpam ut ab se segregent.
CAL. Non potest utrumque fieri. MEG. Quapropter? CAL. Rogas?
ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori:
suspicio est in pectore alieno sita.
nam nunc ego si te surrupuisse suspicer
Iovi coronam de capite ex Capitolio,
qui in columine astat summo: si id non feceris
atque id tamen mihi lubeat suspicarier,
qui tu id prohibere me potes ne suspicer?
sed istúc negoti cupio scire quid siet.
MEG. Haben tu amicum aut familiarem quempiam,
quoi pectus sapiat? CAL. Edepol haud dicam dolo:
sunt quos scio esse amicos, sunt quos suspicor,
sunt quorum ingenia atque animos nequeo noscere,
ad amici partem an ad inimici pervenant;
sed tu ex amicis mi es certis certissimus.
si quid scis me fecisse inscite aut improbe,
+ si id me non accusas, tute ipse obiurgandus es. MEG. Scio;

70 tu *om.* *P* obiurgitem (—gentem *B*) *P* 71 tu me mihimet *A:* tute mihi me *P* 72 antiquae *A:* anii que *P* 72ª *om. A; cum sq. duobus removit Ritschelius. versus ascriptus* (*cf. Vahlenus Herm.* 15, 259) *post interpolatos duos, qui et lusum sermonis perdunt et morum vocabulo non recte utuntur* 74 seruos *A* ast *cf. ad Capt. 683* 75 incultiea *A* 79 apse *B* 80 *ante* rogas *spat. om. A* 84 e *P* 85 qui *Scaliger:* quod *AP* culmine *P* 87 quid *A* 88 scire cupio quicquid est *P; cf. Merc. 137, Rud. 1142* 89 aut *P:* ut *A* 91 amicos esse *A* 92 nequeo *Acidalius:* queo *A*, non possum *P* 93 *delevit Ritschelius* (*cum 92*) perueniant *A*, perueniat *CD*, peruenat *B* 94 mihi es certis *A sermone probo et numeris:* certis mihi es *P* 95 siquit sceis *A* 96—171 *deficit A* 96 *ut traditur septenarius est, cf. ad Stich. 243* si id non me accusas, tute obiurgandu's M. scio *Reizius et Bothius* (M. *om., add. Acidalius*); *fortasse sic:* si id med accusas, ⟨tu tuom officium facis, si id non facis,⟩ tute

ct, si alia huc causa ad te adveni, aequom postulas.
CAL. Expecto si quid dicas. MEG. Primumdum omnium,
male dictitatur tibi volgo in sermonibus:
turpilucricupidum te vocant cives tui;
tum autem sunt alii, qui te volturium vocant:
hostisne an civis comedis, parvi pendere.
haec cum audio in te dici, discrucior miser.
CAL. Est atque non est mi in manu, Megaronides:
quin dicant, non est; merito ut ne dicant, id est.
MEG. Fuitne hic tibi amicus Charmides? CAL. Est et fuit.
id ita esse ut credas, rem tibi auctorem dabo.
nam postquam hic eius rem confregit filius
videtque ipse ad paupertatem protractum esse se
suamque filiam esse adultam virginem,
simul eius matrem suamque uxorem mortuam,
quoniam hinc iturust ipsus in Seleuciam,
mihi commendavit virginem gnatam suam
et rem suam omnem et illúm corruptum filium.
haec, si mihi inimicus esset, credo haud crederet.
MEG. Quid tu, adulescentem, quem esse corruptum vides,
qui tuae mandatus est fide et fiduciae,
quin eum restituis, quin ad frugem conrigis?
ei rei óperam dare te fuerat aliquanto aequius,
si qui probiorem facere posses, non uti
in eandem tute accederes infámiam
malumque ut eius cum tuo misceres malo.
C. Quid feci? M. Quod homo nequam. C. Non istuc meumst.
MEG. Emistin de adulescente has aedes (quid taces?)
ubi nunc tute habitas? CAL. Emi atque argentum dedi,
minas quadraginta, adulescenti ipsi in manum.
MEG. Dedistin argentum? CAL. Factum, neque facti piget.

---

97 alia huc *Camerarius:* huc alia 101 tum *ς:* tu 102 comedes *B* 103 dicis excrucior, *corr. Ritschelius* 109 prostractum *B;* prostratum *Bergkius, sed verbum pro re nimis forte* 111 *cf. Capt. 470, Bacch. 647, Varro rer. rust. 3, 3, 8 (cf. Keilius comm. p. 234), Tac. ann. 2, 88* scriptores senatoresque *(cf. Nipperd.), Sen. Phaedr. 882* anus altrixque, *Agam. 301* regi ac uiro 112 iturumst ipse seleutiam *B*, seleuticam *CD* 114 corrumtum *B (scil.* corrumptum) 115 haec si mihi *B:* hic si *CD* hauc *B* 116 tua *B* corruitum 117 quid *B ante corr.* fidei *CD* 120 possis, *corr. Reizius* 124 hemistin *CD* adolescente 126 quaraginta *B*

MEG. Edepol fide adulescentem mandatum malae.
dedistine hoc facto ei gladium, qui se occideret?
quid secus est aut quid interest dare te in manus
argentum amanti homini adulescenti, animi impoti,
qui exaedificaret suam incohatam ignaviam?
CAL. Non ego illi argentum redderem? MEG. Non redderes,
neque de illo quicquam neque emeres neque venderes,
nec qui deterior esset faceres copiam.
inconciliastin eum qui mandatust tibi,
ille qui mandavit, eum exturbasti ex aedibus?
edepol mandatum pulchre et curatum probe;
crede huic tutelam: suam melius rem gesserit.
CAL. Subigis maledictis me tuis, Megaronides,
novo modo adeo, ut quod meae concreditumst
taciturnitati clam, fide et fiduciae,
ne enuntiarem quoiquam neu facerem palam,
ut mihi necesse sit iam id tibi concredere.
MEG. Mihi quod credideris sumes ubi posiveris.
CAL. Circumspicedum te, ne quis adsit arbiter
nobis, et quaeso identidem circumspice.
MEG. Ausculto si quid dicas. CAL. Si taceas, loquar.
quoniam hinc est profecturus peregre Charmides,
thensaurum demonstravit mihi in hisce aedibus,
hic in conclavi quodam — sed circumspice.
MEG. Nemost. CAL. Nummorum Philippeum ad tria milia.
id solus solum per amicitiam et per fidem
flens me obsecravit suo ne gnato crederem
neu quoiquam unde ad eum id posset permanascere.
nunc si ille huc salvos revenit, reddam suom sibi;
si quid eo fuerit, certe illius filiae,

---

128 fidei 130 secutus (*cf. Cic. de leg. p. 75, 6 V.*) 131 adulescentia *B* impoti *Merula:* ampoti ł impoti *B*, iampoti *CD; cf. Loewius gloss. nom. 194* 132 inchoatam ignauium 133 redderem: reddere *CD* 134 *cf. Vahlenus ind. lect. 1880, 6* 137 illi *B* 138 pulchere *B* 139 tutelam *Scaliger:* tute iam rem melius *Hermannus* 141 quo meae *B*, cum aeae *CD, corr.* ς concreditum (-us *CD*) sim, *corr. Camerarius* 142 fidei 145 posueris *CD* 147 M. non est. C. sed quaeso *Ritschelius* identi clem *B*, itidentidem *CD* 149 profectus, *corr. Scaliger* 150 mihi demonstrauit *CD* 151 circum ispice *B* 152 nummum aureum Philippum *Langenus symb. 87* attria millia *B*, *cf. ad Poen. 472* 155 neue permanescere 157 certo, *corr. Bothius*

quae mihi mandatast, habeo dotem únde dem,
ut eam in se dignam condicionem conlocem.
MEG. Pro di immortales, verbis paucis quam cito
alium fecisti me, alius ad te veneram.
sed ut occepisti, perge porro proloqui.
CAL. Quid tibi ego dicam, qui illius sapientiam
et meam fidelitatem et celata omnia
paene ille ignavos funditus pessum dedit.
MEG. Quidum? CAL. Quia, ruri dum sum ego unos sex dies,
me apsente atque insciente, inconsultu meo,
aedis venalis hasce inscripsit litteris.
MEG. Adesurivit magis et inhiavit acrius
lupus, observavit dum dormitarent canes:
gregem universum voluit totum avortere.
CAL. Fecisset edepol, ni haec praesensisset canes.
sed nunc rogare ego vicissim te volo:
quid fuit officium meum me facere? face sciam;
utrum indicare me ei thensaurum aequom fuit,
adversum quam eius me opsecravisset pater,
an ego alium dominum paterer fieri hisce aedibus?
qui emisset, eius essetne ea pecunia?
emi egomet potius aedis, argentum dedi
thensauri causa, ut salvom amico traderem.
neque adeo hasce emi mihi nec usurae meae:
illi redemi rusum, a me argentum dedi.
haec sunt: si recte seu pervorse facta sunt,
ego me fecisse confiteor, Megaronides.
em mea malefacta, em meam aváritiam tibi;

---

158 **mandata si,** *corr. Camerarius* *possis* **habeo ⟨domi⟩** 161 **ad te** *ς:* **ate** 162 **occipisti** *B* 165 **spessum** *B* 166 **ruri** *Nonius 525:* **rure** **sum** *CD, Nonius: om. B* **uno** *DC²* 167 **inconsulto me** *Nonius* 168 **aedis uenalis** *Nonius:* **aedes uenalis (-es** *CD*) **inscripsit** *Nonius:* **inscribit** 169 **inhiauit** *BD²:* **inebriauit** *D¹C; cf. ad Mil. 1038* 170 **dormitaret** *Lambinus versum ante 169 posuit Kiesslingius, cf. Vahlenus Herm. 15, 258. sed illud prius, ut magis magisque esuriret; ergo occasionem captavit* 172 *accedit A* **canes** *habent AP* 173 **⟨hoc⟩ ego** *Hermannus* 174 **fac** *A* 175 **aequm** *A,* **aequum** *P* 176 **obsecrauisse** *A¹* 177 **hisce** *D:* **hisc** *BC,* **his** *vel* **hic** *A* 179 **aedes** *A* 181 **hasc** *A* **ussurae** *A¹* 182 **rursum** *A,* **russum** *P* 183 **si** *A:* **seu** *P* **peruorsae** *A¹* 184 **egomet f.** *P* 183. 184 *dittographiam v. 185. 186 habet Ritschelius* 185 **meam auarimeam** *A;* **meam iam auaritiam** *Ritschelius*

hascine propter res maledicas famas ferunt.
MEG. *Παῦσαι*, vicisti castigatorem tuom:
occlusti linguam, nihil est quod respondeam.
CAL. Nunc ego te quaeso ut me opera et consilio iuves
communicesque hanc mecum meam provinciam.
MEG. Polliceor operam. CAL. Ergo ubi eris paulo post? MEG. Domi.
CAL. Numquid vis? MEG. Cures tuam fidem. CAL. Fiet sedulo.
ME. Sed quid ais? CA. Quid vis? ME. Vbi nunc adulescens habet?
CAL. Posticulum hoc recepit, quom aedis vendidit.
MEG. Istuc volebam scire. i sane nunciam.
sed quid ais? quid nunc virgo? nempe apud te ést? CAL. Itast,
iuxtaque eam cúro cum mea. MEG. Recte facis.
CAL. Numquid, prius quam abeo, me rogaturu's? — MEG. Vale.
nihil est profecto stultius neque stolidius
neque mendaciloquius neque argutum magis,
neque confidentiloquius neque peiurius,
quam urbani assidui cives, quos scurras vocant.
atque egomet me adeo cum illis una ibidem traho,
qui illorum verbis falsis acceptor fui,
qui omnia se simulant scire neque quicquam sciunt.
quod quisque in animo habet aut habiturust sciunt,
sciunt id quod in aurem rex reginae dixerit,
sciunt quod Iuno fabulatast cum Iove;
quae neque futura neque sunt, tamen illi sciunt.
falson an vero laudent, culpent quem velint,
non flocci faciunt, dum illud quod lubeat sciant.
omnes mortales hunc aiebant Calliclem
indignum civitate hac esse et vivere,

---

186 hascine *Pareus:* hascine me *P*, hasce mihi *A* (*scil.* hasc mihi) maledictas *P*, malas *A*, *corr. Salmasius* 187 *πανσαι A*, pausa *P* 188 quod *A:* qui *P* 191 *pers. spatia A* (*explevit Camerarius*)*: om. P* 192 cures *A:* cur est *P* fit *P* 194 recepit *P*, *Nonius 384:* recipit *A*, *Gellius 17, 6, 7* quam *B*, cum *ACD* uendidit *P*, *Gellius:* uendedit *A*, uenderet *Nonius* 195 uolebat *B*, uolebatn *C* 196 aput *A* ita es (ēs *D*) *P* 198 numquit *A:* num *P* 199 stolidus *A* 200 neque adeo argutum *A* (mendaciloquom *Bergkius*) 201 peiiurius *A*, periurius *P* 202 quoscurras *A* 205 neque *A:* nec *CD*, ne *B* 206 habiturust *A:* habiturusi *B*, habitaturi *CD* 207 id quod *AP:* quid *Reizius* *cf. Stich. 133* 208 sciunt quod *P:* item sciunt id quod *A* est *A:* si *P* 209 sunt *A:* facta sunt *P* 211 flacci *A aut A*[1] ịubeant *A*, *cf. Aul. 491* 212 omnis mortalis *P* 213 hac esse et *Taubmannus:* hac esset *P*, haeçẹscịet *A;* ac sese *Gulielmius*, *neque hoc videtur verum esse nec quod P secutus posui*

bonis qui hunc adulescentem evortisset suis.
ego de eórum verbis famigeratorum insciens
prosilui amicum castigatum innoxium.
quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas,
unde quídquid auditum dicant, nisi id appareat,
famigeratori res sit cum damno et malo,
hoc ita si fiat, publico fiat bono,
pauci sint faxim qui sciant quod nesciunt,
occlusioremque habeant stultiloquentiam. —

LYSITELES II 1

Multás res simítu in meó corde vórso,
multum ín cogitándo dolórem indipíscor:
egomét me coquo ét macero ét defetigo,
magíster mihi éxercitór animus núnc est.
sed hóc non liquét neque satís cogitátumst,
utrám potius hárum mihi ártem expetéssam,
utram aétati agúndae arbitrér firmiórem:
amórin med án rei opsequí potius pár sit,
utra ín parte plús sit volúptatis vítae
ad aetatem agundam.
de hac ré mihi satis haú liquet; nisi hóc sic faciam, opínor,
ut utrámque rem simul éxputem, iudéx sim reusque ad eám rem.
ita fáciam, ita placet; omniúm primum
Amóris artis eloquar quem ad modum expediant.

numquam Ámor quemquam nisi cúpidum hominem
postulát se in plagas conícere:
eos cúpit, eos consectátur; 238a

214 suis *P:* omnibus *A* 215 de eorum uerbis *B:* deorum uerbis *A*, de uerbis eorum *CD* inscius *P* 217 exequiratur *A* apstirpe *B* 218 quicque *Acidalius; cf. Most. 831 Aul. 198, ad Mil. 311* 219 re *P* 221 sint *A:* sini *P* 222 stultiloquentiam lysiteles *P* 223 LYSITELES *A*, LISITELES ADVLESCENS (ADOL. *D*, ADVLESCENTES *C*) *CD, om. B sine sp.* corde meo *A* 224 multa *A* indispicor *A* 225 coquo quo *P* defecigo *B*, defectigo *CD* 226 hunc *P* 227 cogitatum est *A:* cogitatum si *P* 229 agendae *A* 230 *sq. disp.* amorin — parte | plus — agundam *A* 230 me siet *P* 231. 232 *coniungit B* 231 sit uoluptatis *A:* uoluptati sit *P* 233 haud *CD* sic *A:* si *P* 234 ut *om. P* 236 art[ei]s *A* expediant *P:* se expediant *A; pro colo Reiziano claudere videtur* - ◡◡ - - *etiam v. 240. 247. 281; cf. 254 (259) 285* 237 *monometris discribit B* 238 sese *Buechelerus* 238a—250 *binos versiculos coniungit A* 238a eos petit eos sectatur *A*

súbdole [blanditur] ab re cónsulit,
blandíloquentulus, harpagó, mendax,
cuppés, avarus, élegans, despoliator,
latebrícolarum hominum córruptor,
[blandus] inops célatum indagátor.
nam quí amat quod amat quom éxtemplo
saviís sagittatis pérculsust,
ílico rés foras lábitur, líquitur.
'dá mihi hoc, mél meum, sí me amas, si aúdes'.
ibi ille cuculus: 'ocelle mi, fiat:
ét istuc et si ámplius vís dari, dábitur.'
ibi ílla pendentém ferit: iam amplius orat;
nón satis id ést mali, ni ámplius étiam,
quód ecbibit, quód comest, quód facit súmpti.
nóx datur: dúcitur fámilia tóta,
véstiplica, unctor, auri custos, flabelliferae, sandaligerulae,
cantrices, cistellatrices, nuntii, renuntii,
raptóres panis et peni;
fit ípse, dum illis comis est, inóps amator.

haec égo quom ago cúm meo animo ét recolo,
ubi quí eget, quam preti sít parvi:
apagé te, Amor, nón places níl te utor;
quamquam íllud est dúlce, esse ét bibere,

---

239 subdole *Ritschelius:* subdole blanditur *AP* 240 cuppes *cf. Aul. 528 Cas. 629, sed ne hic quidem de prosodia satis constat* despolator *A, cf. Nonius 480* *cf. ad 236* 240ª corrumptor *A* 241 blandus inops (*AP*) *eiecit Hermannus; sed quoniam inops est, celata indagat; Hor. ep. 1, 18, 98* 241ª qui amat quod amat *A:* quam ad quod damat (clamat *CD*) *P* quom *Bothius:* quam *AP* 242 sauis sagittatis percussus est (percussust *B*) *P*, sauiis perculsus est *A* 243 *sq. de creticis dubitari non debet propter constantem metrorum diaeresin cf. 280. (282. 4). incerti metri 245. 247 (cf. ad 236*) 243 illico *B* 244 si me audes si amas *A* 245 abi *P* occelle *P* 247 illam *A* 248 sat *P* etiam amplius *A;* ampliūs *ut alia dactylica et* familia *v. 250, sed deest* sit 249 ebibit *A, Nonius 484,* ebebit *P,* etbibit *Nonius 81; cf. Truc. 156, carm. epigr. lat. 187* quod comedi et ebibi, tantum meu est sumptui *A* (sumpti *testatur Nonius 484*) 251 *sq. disp. B:* uestiplice — flab. | sand. — cist. | nuncii — peni 251 uestiplice *P* (*cf. Loewius gloss. nom. 204*), uestispica *A*, uestispici *Nonius 12, corr. Ritschelius* sandaliogerulae *A* 252. 253 *coniungit A* 254 *sq. disp. A:* fit — ego | quum — eget | quam — places | nihil — bibere 255 *ut supra P* (rectilo *B*)*:* haec ego quum cum animo meo reputo *A* 257 places *AD²:* palages *CD¹*, pagales *B*

Amór amara dát tamen, satis quod aegre sit:
fugit fórum, fugitat suos cógnatos,
fugat ípsus se ab suo cóntutu,
neque eúm sibi amicum vólunt dici.
millé modis, Amor, ignórandu's,
procul abhibendu's atque abstandu's,
nam qui ín amorem praecípitavit,
peiús perit quasi saxó saliat:
apagé te, Amor, tuas res tíbi habeto,
Amor, míhi amicus ne fúas umquam;
sunt támen quos miseros máleque habeas,
quos tíbi obnoxios fecísti.
certúmst ad frugem adplicáre animum,
quamquam íbi labos grandis cápitur.
boni síbi haec expetúnt, rem, fídem, honorem,
gloriam ét gratiam: hoc probis prétiumst.
eo míhi magis lubet cum próbis potius
quam cum ímprobis vivere vánidicis.

PHILTO II 2

Quo illíc homo foras se pénetravit ex
aedíbus? Lys. Pater, adsum, imperá quidvis,
neque tíbi ero in mora neque látebrose
me abs tuó conspectu occúltabo.
Ph. Féceris pár tuis ceteris fáctis,

---

259 tamen *A:* tibi *P* *requiro* satis quod ⟨amatori⟩ aegre sit, *neque enim amatoris mentione ante v. 260 careri potest* 260—273 *binos versus coniungit A* 260 fugit *aut* fugat suos *A*, fugat uos *P*, *corr. Spengelius* 261 ipsus sem ab *A*, ipse se a *P* 262 *Niemeyerus ante 260 posuit post lacunam. cf. Cic. pro Sest. 111* 263 ignorandust procul adhibendus atque abstandust *A*, ignorandust (—dum est *B*) procul adhibendus (—dum C^1) est atque aptinendus (abt. *CD*) *P;* abhibendus *Acidalius; secundam personam contra AP primo verbo restitui* 265 amore *P* 266 quam si *AP* 267 *απαγετε A*, apace sis *P* (*corr.* D^2) habe *P* 268 amicus mihi *A* umquam *om. A* 271 certunst *P*, certa est res *A* 272 labos *A:* animo labos *P* 273 bonis *P* 274 *sq. disp. A:* gloriam — lubet | cum — uanidicis 275 mahi A^1 275ᵃ uanidicis lx (*quo numerum significari versuum cantici coniecit Ritschelius, qui nunc 58 sunt in B*) filto lysiteles *B* 276 FILTA LYSITELES *A*, SENEX ADVLESC C. *B*, PHILTO (P. *D*) SENEX LYSITELES (LIS. *D*) ADVLESCENS (ADOL. *D*) *CD* *personarum notas usque ad v. 333 habet Philtonis* A, *Lysitelis* Z *B* 276—281 *binos versus coniungit A* 276 foras se *AP:* fortasse *Nonius 374* paenetrauit *A; cf. ad 169* ex *AP: om. Nonius, cf. ad Pseud. 730* 277 quod uis *P* 279 aps *B* conspectus *P*

patrém tuom si pércoles per pietatem.
nólo ego cum ímprobis té viris, gnáte mi,
neque in via, neque in foro necúllum sermonem éxsequi
nóvi ego hoc saeculum móribus quibus siet:
malús bonum malum ésse volt, ut sít sui similis;
turbánt, miscent morés mali: rapáx avarus invidus
sacrúm profanum, públicum privátum habent, hiúlca gens.
haec égo doleo, haec súnt quae me excruciánt, haec dies
noctésque tibi canto út caveas.
quod mánu non queunt tangére tantum fas hábent quo manus abstíneant,
cetéra: rape trahe, fuge láte — lacrumas
haec míhi quom video elíciunt,
quia ego ád hoc genus hominum dúravi.
quin príus me ad plures pénetravi?
nam hi móres maiorúm laudant, eosdém lutitant quos cónlaudant.
hisce égo de artibus gratiám facio, ne cólas neve imbuas íngenium.
meo módo et moribus vivito ántiquis,
quae ego tíbi praecipio, ea fácito.
nihil égo istos moror faeceós mores, turbidós, quibus boni dedécorant se.
haec tíbi si mea imperiá capesses, multá bona in pectore cónsident.

Lys. Sémper ego usque ad hanc aetatem ab ineunte adulescentia
tuis servivi servitutem imperiis [et] praeceptis, pater.
pro ingenio ego me liberum esse ratus sum, pro imperio tuo
meum animum tibi servitutem servire aequom censui.
Phil. Quí homo cum animo inde ab ineunte aetate depugnat suo,
utrum itane esse mavelit ut eum animus aequom censeat,
an ita potius ut parentes eum esse et cognati velint:

---

281 *cf. ad 236* 283 neque ullum *A*, ullum *P*, *corr. Bergkius* 284 saeclum *A* sit *P*, et *A* 287 hiutca *A* 288. 289 *coniungit A*, haec dies *incipit alterum B* 288 quae me *A:* quem *P* 289 noctes *A* tibi canto *CD:* canto tibi *AB* 290 quaeunt aptineant *B* 291. 292 *coniungit A* 292 quom *A:* quon *B*, cum *CD* 293. 294 *disp. B:* quia — prius | me — penetraui, *coniungit A* 294 pluris *P* 295 latitant *AP*, *corr. Ritschelius* 296 his *A* de *Bothius:* te *AP* ne *Hermannus:* neu *AP* neue *A:* neuc *B*, neu *CD* 297. 298 *coniungit A* 297 uiuito *bisyllabum* 298 praecipio ea *A:* praecipito et *P* 299 faceos *P* turbidos *A:* et turbidos *P* bonis *A* 301 *scaenam continuant AB*, *novae inscribunt* LYSITELES ADVLESCENS (ADOL. *D*) PHILIO (FILTO *D*) SENEX *CD* 302 tui *P* [et] *Bothius* 304 equom *B*, aequum *ACD*, *item sed* aequm *A 306* 305 ineunti *B* 306 itane *A:* id itane *P* 307 parentis *P*

si animus hominem pepulit, actumst: animo servit, non sibi;
si ipse animum pepulit, dum vivit victor victorum cluet.
tu si animum vicisti potius quam animus te, est quod gaudeas.
nimio satiust, ut opust té ita ésse, quam ut animo lubet:
qui animum vincunt, quam quos animus, semper probiores cluent.
LYS. Istaec ego mi semper habui aetati integumentum meae;
ne penetrarem me usquam ubi esset damni conciliabulum
neu noctu irem obambulatum neu suom adimerem alteri
neu tibi aegritudinem, pater, párerem, parsi sedulo:
sarta tecta tua praecepta usque habui mea modestia.
PHIL. Quid exprobras? bene quod fecisti tibi fecisti, non mihi;
mihi quidem aetas actast ferme: tua istuc refert maxime.
is probus est quem paenitet quam probus sit et frugi bonae;
qui ipsus sibi satis placet, nec probus est nec frugi bonae:
[qui ipsus se contemnit, in eost indoles industriae.]
bene facta bene factis aliis pertegito, ne perpluant.
LYS. Ob eam rem haec, pater, autumavi, quia res quaedamst quam volo
ego me abs te exorare. PHIL. Quid id est? dare iam veniam gestio.
LYS. Adulescenti hinc genere summo, amico atque aequali meo,
minus qui caute et cogitate suam rem tractavit, pater,
bene volo ego illi facere, si tu non nevis. PHIL. Nempe dé tuo?
LYS. De meo: nam quod tuomst meumst, ómne meumst autem tuom.
PHIL. Quid is? egetne? LYS. Eget. PHIL. Habuitne rem? LYS. Habuit.
PHIL. Quí eam perdidit?
publicisne adfinis fuit an maritumis negotiis?
mercaturan, an venales habuit ubi rem perdidit?

---

308 hominum *BD* pepulit actum est *A:* perpulit actum si *P* seruauit *P* 309 uictorum *P:* uirtutum *A* 311. 312 *versibus 305—310 substituti videntur* (*cf. Bergkius op. 1, 17*) 311 satius tui opust *P* *vel* ted iubet *AP, corr. ς* 312 quos animus *P:* qui animos *A* ciuent *A*, cluentis *P* 313 tegumentum *P* 314 conciliabolum *P*, conciliiitabulum *A* 315 Neu *A:* Nei *B*, Ne *CD* 319 acta est ferme *A:* acta si fert me *P*, acta ferme est *Cic. ad Brut. 1, 2, 5* 320 A. is *B* paenitet *A:* non penitet *P* 321 *habent AB: om. CD facili errore* ipsius, *deinde eras.* se *B* satis placet *male, fort.* ⟨sed⟩ qui 322 *dittographiam versus 320 notavit Bergkius* 324 quaedam est *A:* quaedant *P* 325 apste *B*, a te *A* dare iam ueniam *A:* ueniam dare iam *B*, ueniam iam dare *CD* 326 adulescente *A* huic *AP, corr. Vollbehrius; personam celare vult nec recte ubi habitet indicatur ante v. 359* 328 ego *om. A* nisi tu non uis *A* nepe *P* 329 tuum est meum est omne meum est *A:* tuum sim meum si (sim *B*) omne (omnem *CD*) meum si (meusim *B*) *P* 330 o habuit z qui *B* 332 mercaturan an *A:* mercaturamne an *P*, mercaturam eam *Nonius 212* rem perdidit *ἀπὸ κοινοῦ*

L. Nihil istorum. P. Quid igitur? L. Per comitatem edepol, pater;
praeterea aliquantum animi causa in deliciis disperdidit.
Phil. Edepol hominem praemandatum ferme familiariter,
qui quidem núsquam per virtutem rem confregit, atque eget;
nil moror eum tibi esse amicum cum eius modi virtutibus.
Lys. Quia sine omni malitiast, tolerare eius égestatem volo.
Phil. De mendico male meretur qui ei dat quod edit aut bibat;
nam et illud quod dat perdit ét illi prodit vitam ad miseriam.
non eo haec dico, quin quae tu vis ego velim et faciam lubens:
sed ego hoc verbum quom illi quoidam dico, praemonstro tibi,
ut ita te aliorum miserescat, ne tis alios misereat.
Lys. Deserere illum et deiuvare in rebus advorsis pudet.
Phil. Pol pudere quam pigere praestat, totidem litteris.
Lys. Edepol, deum virtute dicam, pater, et maiorum et tua
multa bóna bene parta habemus, bene si amico feceris
ne pigeat fecisse, ut potius pudeat si non feceris.
Phil. De magnis divitiis si quid demas, plus fit an minus?
Lys. Minus, pater; sed civi immuni scin quid cantari solet?
'quod habes né habeas et illúc quod non habes habeas, malum,
quandoquidem nec tibi bene esse pote pati neque alteri.'
Phil. Scio equidem istuc ita solere fieri; verum, gnate mi,
is est immunis, cui nihil est qui munus fungatur suom.
Lys. Deum virtute habemus et qui nosmet utamur, pater,
et aliis qui comitati simus benevolentibus.
Phil. Non edepol tibi pernegare possum quicquam quod velis.
cui egestatem tolerari vis? eloquere audacter patri.
Lys. Lesbonico huic adulescenti, Charmidai filio,

333 z nihil storum *B* 335 praedicatum *P* *fort.* firme *A*, *cf. Mil. 1015; Gell. 14, 2, 5* et fam. *A* 336 Quid *P* 338 omne *A* malitia si *P*, m. es *A* eius egestatem *AD:* egestatem eius *BC;* ei *Ritschelius, cf. 358. 371 Rud. 918; Auson. p. 29, 11 Sch.* aliorum egestatem tolerare sumptu, horum nuditatem uelare uestitu 339 aut *A:* aut quod *P* *Lactantius diu. inst. 6, 11, 8* male meretur qui mendico dat quod edat 340 et *om. Servius Aen. 4, 231* perit *Lactantius* prodit *A*, *testatur Servius*: producit *P*, *Lactantius* 342 praemostro *B* 343 miseres cane (caue *CD*) tui alius (aliis *C*) *P* 346 uirtutem *P* 347 paria (patria *D*) habeamus *P* 349 quit *A* an minus *A:* animinus *BD*, animus *C* 350 immuni scin *A:* inmuni inmunificos scis *P* quit *A* 351 illuc quod non *A:* illud quod nunc non *P* malum *BD:* malo *C*, uelim malum *A* 352 quando equidem *A* potes *P* nec *P* 354 minus *P* 357 quod *om. A* 358 cuius, *corr. Muretus, cf. 359* tolerare *AP*, *correxi* loquere *P*, *cf. Langenus symb. 191* patri audacter *A* 359 charmidi *A*, charamide *P*, *corr. Scaliger*

qui illic habitat. PHIL. Quin comedit quod fuit, quod non fuit?
LYS. Ne opprobra, pater; múlta eveniunt homini quae volt, quae nevolt.
PHIL. Mentire edepol, gnate, atque id nunc facis haud consuetudine.
nam sapiens quidem pol ipsus fingit fortunam sibi:
eo non multa quae nevolt eveniunt, nisi fictor malust.
LYS. Multa illi opera opust ficturae, qui se fictorem probum
vitae agundae esse expetit: sed hic admodum adulescentulust.
PHIL. Non aetate, verum ingenio apiscitur sapientia;
sapienti aetas condimentum, sapiens aetati cibust.
agedum eloquere, quid dare illi nunc vis? LYS. Nil quicquam, pater;
tu modo ne me prohibeas accipere, si quid det mihi.
PHIL. An eo egestatem ei tolerabis, si quid ab illo acceperis?
L. Eo, pater. P. Pol ego istam volo me rationem edoceas. L. Licet.
scin tu illum quo genere natus sit? PHIL. Scio, adprime probo.
LYS. Soror illi est adulta virgo grandis: eam cupio, pater,
ducere uxorem sine dote. PHIL. Sine dote uxorem? LYS. Ita;
tua re salva hoc pacto ab illo summam inibis gratiam,
neque commodius ullo pacto ei poteris auxiliarier.
PHIL. Egone indotatam te uxorem ut patiar? LYS. Patiundumst, pater;
et eo pacto addideris nostrae lepidam famam familiae.
PHIL. Multa ego possum docta dicta et quamvis facunde loqui,
historiam veterem atque antiquam haec mea senectus sustinet;
verum ego quando te et amicitiam et gratiam in nostram domum
video adlicere, etsi adversatus tibi fui, istac iudico:

---

360 quiș *A* quin *A:* qui *P* non fuit *A*: non fui *P* 361 exprobra *A* multe ueniunt homini qui uult que (qui *B*) neuult *P*, mala multa eueniunt homini quae uolt quae non uolt *A* *sequitur in P v. 369. 368, in A v. 369, quem transposuit Muretus, Acidalius* 362 it *A* aut *A* 363 ipse *P* 364 non *A:* ne *P* (nemulta *Acidalius*) sisi *A*[1] malus siet *P* 365 multa ịḷḷị opera multust ficturae *A*, *corr. Studemundus:* multas (multast *Camerarius*) opera opus ficturae *P non deterius* 366 agendae *P* expetis (—dis *D*) *P* adulescentulus *P* 367 aetatem *P* adipiscitur *P* 368. 369 *v. ad v. 361* 368 condimentum si *P* cibumst *P* *sensum recte explicavit Acidalius p. 509* (*aetate condimento conditur sapiens cibus*) 369 agidum *B* quod *A* nihili quiquam *P* 370 quit *A* 371 ei *Bothius:* et *P*, e *A* tolerabis *B:* tolerabilis *ACD* quit *A* 373 aprimeo probo *A* 374 aduita *A* 375 *spatia pers. om. P* uxoremne? ita *Reizius*, uxorem? ita ⟨pater⟩ *Guietus* 376 inibis summam *P* 377 auxiliarer *A* 378 ego *P* te *om. A;* te indotatam *Kaempfius de pron. pers. 45 sq.* patiundumst *vel* —unst *A:* patiundum (—dem *C*) si *P* 379 nostra (—am *D*) *P* 380 docte *A* *cf. ad Capt. 960* 383 aduersatus *A:* aduersatus si *P*

tibi permitto; posce, duce. Lys. Di te servassint mihi.
sed adde ad istam gratiam unum. P. Quid id est autem unum? L. Eloquar.
tute ad eum adeas, tute concilies, tute poscas. Phil. Eccere.
Lys. Nimio citius transiges: firmum omne erit quod tu egeris.
gravius tuom erit unum verbum ad eam rem quam centum mea.
Phil. Ecce autem in benignitate hoc repperi, negotium.
dabitur opera. Lys. Lepidus vivis. haec sunt aedes, hic habet;
Lesbonico est nomen. age, rem cura. ego te opperiar domi. —

Phil. Non optuma haec sunt, neque ut ego aequom censeo; II 3
verum meliora sunt quam quae deterruma.
sed hoc me únum consolatur atque animum meum,
quia qui nihil aliud nisi quod sibi soli placet
consulit advorsum filium, nugas agit:
miser ex animo fit, factius nihilo facit.
suae senectúti is acriorem hiemem parat,
quom illam importunam tempestatem conciet.
sed aperiuntur aedes quo ibam: commodum
ipse exit Lesbonicus cum servo foras.

LESBONICVS II 4

Minus quíndecim dies sunt, quom pro hisce aedibus
minas quadraginta accepisti a Callicle.
estne hoc quod dico, Stasime?

STASIMVS

Quom considero,
meminisse videor fieri. Lesb. Quid factumst eo?
Stas. Comessum, expotum; exussum: elotum in balineis,

---

385 id *om. A* 386 tu concilies *Bothius, cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 151* 387 omnem *P* 388 erit tuum *P* 389 hoc *del. Scaliger; cf. Vahlenus ind. lect. 1880, 15* 390 aedịs *A* 391 curam *A* operiar *BD*, opperiam *A* domiphilto *B* 392 FILTO *A*, PHILTO SENEX *CD* aecum *AB*, aequum *CD* 394 hoc unum consulaturu (—um *CD*) me *P* 395 aliut *A* 398 is *om. A* 399 illam *quae ex illa re fit* 400 commode *P* 401 iesbonicus *A* foras lebonicus stasimus *B* 402 LESBONICVS STASIMVS FILTO *A*, ADVLESCENS SERVVS SENEX DV. *B*, Lesbonicus Adulescens (adol. *D*) Stasimus Seruus Philto Senex *CD* *personarum notae* E K A *in B* cum *B, D ex corr.*: quam *A*, quoniam *C, D ante corr.* hisce aedibus *A:* isce bibus (*i. e.* hisc aedibus) *B*, his aedibus *CD* 404 ST. *om. B* qum *A*, cum *CD* 405 meminesse *P* factunst *B ex corr., C* 406 exessum *Ritschelius, cf. ad 250, Truc. 312* exussum *A:* exutum *P; cf. Asin. 196* elutum *A*

piscator, pistor apstulit, lanii, coqui,
holitores, myropolae, aucupes: confit cito;
non hercle minus divorse distrahitur cito,
quam si tu obicias formicis papaverem.
LESB. Minus hercle in istis rebus sumptumst sex minis.
STAS. Quid quod dedisti scortis? LESB. Ibidem una traho.
STAS. Quid quod égo defrudavi? LESB. Em, istaec ratio maxumast.
STAS. Non tibi illud apparere, si sumas, potest;
nisi tu immortale rere esse argentum tibi.
PHIL. Sero atque stulte, prius quod cautum oportuit,
postquam comedit rem, post rationem putat.
LESB. Nequaquam argenti ratio comparet tamen.
STAS. Ratio quidem hercle apparet: argentum οἴχεται.
minas quadraginta accepisti a Callicle,
et ille aédis mancipio abs te accepit? LESB. Admodum.
PHIL. Pol opino adfinis noster aedis vendidit;
pater quom peregre veniet, in portast locus,
nisi forte in ventrem filio conrepserit.
STAS. Trapezitae mille drachumarúm Olympico,
quas de ratione dehibuisti, redditae?
LESB. Nempe quás spopondi. STAS. Immó 'quas dependi' inquito
[+ qua sponsione pronuper tu exactus es] 427ª
pro illo adulescente, quem tu esse aibas divitem.
L. Factum. S. Vt quidem illud perierit. L. Factum id quoque est.
nam nunc eum vidi miserum et me eius miseritumst.

---

409 *om. P* 410 *ut supra AP, Charisius 83:* an si formicis obicias papanerem *Nonius 220* 411 sumptum est *A:* sumptun si *P* 412 unam *A cf. 203* 413 *cf. ad Amph. 793* defraudaui *ACD*ª em istaec *A:* em (hem *CD*) ista *P* 414 *etiam fraudata inter sumptus numerat impudenter* 419 apparet ercle *A* οἴχεται *A, Cicero in Pis. 61:* oechetę (—e *CD*) *P* 420 accepistine *A* 421 abs te (apste *B*) mancipio accepit *P* 422 opinor *AP* 423 quum *A*, cum *P* porta est *A:* porta si *P* 424 uentrem *A:* uenirem *P* cumrepserit *CD* 425 trapaizite *A* drahcumarum *CD*, drachmarum *A* olympicum *AP, corr. Valla cf. Merc. 706 Rud. 70, ad Asin. 250;* mille drachumarum tarpezitae Olympico *Ritschelius* 426 debuisti *CD* 427 nempe quas *A:* nempe qua *P* dependit inquit (—id *B*) *P* 427ª *ante 427 A, eiecit Ritschelius* tute *A* *conveniat* (*non Plauto*) qua ex sponsione nuper tu rem exactus es (*cf. Gell. 15, 14*) 428 esse aiiebas *A:* aiebas esse *P* 429 *Stasimi notam om. B* L. : E *B* 430 nunc *suspectum, aliena exempla Langeni symb. 39 sq., Bachii p. 248; fort.* nam amicum uidi; *cf. Palmerus Hermath. 20, 71* miserum *AD*²*:* miserium *BC*, eumiserium *D*¹ eiius *A* miseritumst *A:* miserum unsi *P*

STAS. Miseret te aliorum, tui nec miseret nec pudet.
PHIL. Tempust adeundi. LESB. Éstne hic Philto qui advenit?
is herclest ipsus. STAS. Edepol né ego istum velim
meum fieri servom cum suo peculio.
PHIL. Erum atque servom plurumum Philto iubet
salvere, Lesbonicum et Stasimum. LESB. Di duint
tibi, Philto, quaequomque optes. quid agit filius?
PHIL. Bene volt tibi. LESB. Edepol mutuom mecum facit.
STAS. Nequam illud verbumst 'bene volt', nisi qui bene facit.
ego quoque volo esse liber: nequiquam volo;
hic postulet frugi esse: nugas postulet.
PHIL. Meus gnátus me ad te misit, inter te atque nos
adfinitatem ut conciliarem et gratiam.
tuam vólt sororem ducere uxorem; et mihi
sententia eademst et volo. LESB. Hau nosco tuom:
bonis tuis rebus meas res inrides malas.
PHIL. Homo ego sum, homo tu es: ita me amabit Iuppiter,
neque te derisum advenio neque dignum puto.
verum hoc quod dixi: meus me oravit filius,
ut tuam sororem poscerem uxorem sibi.
LESB. Mearúm me rerum novisse aequomst ordinem.
cum vostra nostra non est aequa factio.
adfinitatem vobis aliam quaerite.
STAS. Satin tu es sanus mentis aut animi tui,
qui condicionem hanc repudies? nam illum tibi
ferentárium esse amicum inventum intellego.
LESB. Abin hinc dierecte? STAS. Si hercle ire occipiam, votes.
LESB. Nisi quid me aliud vis, Philto, respondi tibi.
PHIL. Benigniorem, Lesbonice, te mihi,

---

431 tui *A:* cui te *P* 432 tempus est *A*, tempusi *B*, tempus *CD* L.: K *in ras. B* filto *A* 433 ST.: A *in ras. B, spat. om. A* ni *P* 437 quaequomque *B:* quaecumque *A*, quae quoniamque *CD* 438 mecum mutuum *A* 439 necquam *A* uerbum est *A*, uerbum si *P* 440 K *praem. B* esse uolo *A* ne quid quam *B*, nequicquam *CD* 442 i. te *A:* i. se *P* 445 ẹạḍẹst *A*, eadem si (sim *CD*) *P* haud *P* 446 tuis *P:* tuis in *A* 447 es tu *A* iupiter *BD* 448 aduenio *A:* ueni *P* 449 quod *A:* ut *P* dixit *A* 451 rerum me *P* aequum est *A*, aequom (—um *CD*) si *P* 452 uestra *A:* uestris *P* 454 tus sanus *P*, tu sanus *A* 456 ferentarium *A, Varro de l. l. 7, 57:* ferentaneum *P* amicum esse *A* 457 abin dier. *vel* abi hinc *Palmerus Hermath. 10, 66* derecte *P* uotis *P*

quam nunc experior esse, confido fore;
nam et stulte facere et stulte fabularier,
utrumque, Lesbonice, in aetate hau bonumst.
Stas. Verum hercle hic dicit. Lesb. Oculum ego ecfodiam tibi,
si verbum addideris. Stas. Hercle qui dicam tamen;
nam si sic non licebit, luscus dixero.
Phil. Ita tu nunc dicis, non esse aequiperabiles
vostras cum nostris factiones atque opes?
Lesb. Dico. Phil. Quid? nunc si in aedem ad cenam veneris
atque ibi opulentus tibi par forte obvenerit
(adposita cena sit, popularem quam vocant),
si illi congestae sint epulae a cluentibus:
si quid tibi placeat quod illi congestum siet,
edisne an incenatus cum opulento accubes?
Lesb. Edim, nisi si ille votet. Stas. At pol ego etsi votet
edim, atque ambabus malis expletis vorem,
et quod illi placeat praeripiam potissimum,
neque illí concedam quicquam de vita mea.
verecundari neminem ápud mensam decet,
nam ibi de divinis atque humanis cernitur.
Phil. Rem fabulare. Stas. Non tibi dicam dolo:
decedam ego illi de via, de semita,
de honore populi; verum quod ad ventrem attinet,
non hercle hoc longe, nisi me pugnis vicerit.
cena hac annona est sine sacris hereditas.
Phil. Semper tu hoc facito, Lesbonice, cogites,
id optumum esse, tute uti sis optumus;
si id nequeas, saltem ut optumis sis proxumus.
nunc condicionem hanc, quam ego fero et quam abs te peto,
dare atque accipere, Lesbonice, te volo.
di divites sunt, deos decent opulentiae

462 haud *P* bonust *A* 463 dico *A* effodiam *P* 464 quid *P*, quin *A*, *corr. Fleckeisenus* 466 nunc tu *A* essee *A* 467 nostris *AP:* nosti *Nonius 304* opus *A* 469 obuenerit *A:* ut uenerit *P* 470 sit cena (—am *B*) *P* 471 clientibus *P* 472 tibi *A:* illi *P* 474 edit *P* uetet *P*, uolet *A* st. : a *B* etiamsi uetet *P* 475 magis *A* 476 prae eripiam *P* 480 ph. : e *B* fabularis *A* st. : a *B*, *sp. om. A* 485 ph. *om. P* facito lesbonice hoc *A* 486 ut *P* 487 nequeas saltem *A:* neque adsalutem *P* 488 abs te *A:* apte *P* 489 aspicere *A* 490 dei *P* *cf. Varro de l. l. 5, 92* diues a diuo *e. q. s.* decet *P*

et factiones, verum nos homunculi,
satillum animai qui quom extemplo emisimus,
aequo mendicus atque ille opulentissimus
censetur censu ad Acheruntem mortuos.
STAS. Mirum quin tu illo tecum divitias feras.
ubi mortuos sis, ita sis ut nomen cluet.
PHIL. Nunc ut scias hic factiones atque opes
non esse neque nos tuam neglegere gratiam,
sine dote posco tuam sororem filio.
quae res bene vortat — habeon pactam? quid taces?
STAS. Pro di immortales, condicionem quoius modi.
PHIL. Quin fabulare 'di bene vortant, spondeo'?
STAS. Eheú ubi usus nil erat dicto, spondeo
dicebat; nunc hic, quom opus est, non quit dicere.
LESB. Quom adfinitate vostra me arbitramini
dignum, habeo vobis, Philto, magnam gratiam.
sed si haec res graviter cecidit stultitia mea,
Philto, est ager sub urbe hic nobis: eum dabo
dotem sorori; nam is de divitiis meis
solus superfit praeter vitam relicuos.
PHIL. Profecto dotem nil moror. LESB. Certumst dare.
STAS. Nostramne, ere, vis nutricem, quae nos educat,
abalienare a nobis? cave sis feceris.
quid edemus nosmet postea? LESB. Etiam tu taces?
tibi ego rationem reddam? STAS. Plane periimus,
nisi quid ego comminiscor. Philto, te volo.
P. Si quid vis, Stasime. S. Huc cóncede aliquantum. P. Licet.
STAS. Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te sciat
neve alius quisquam. PHIL. Crede audacter quidlubet.

---

491 nos *scil.* sumus 492 salillum *P; de deminuto sat cf. ad 888.* animae pauxillulum *Naevius com. 49* animae *AP* quum *A*, cum *P* amisimus *P* 493 aequo *A:* aeque *P* 494 acharunte *B*, acheronte *CD* 495 ST. mirum ς: an mirum *AP* quin tu illo *A:* initu (inito *B*) illum *P* 497 PH. *om. P* 502 E *B* di *P:* uin *A* uortat *AP* 503 A *B* 504 dicebant *A* quoniam *CD*, cum *A* quid *ACD* 505 me *A:* mea *P* 506 obis *A* filio *P* 507 si haec res *A:* et si hercles *P* 508 hic *om. A* 509 diuitiis meis *Bergkius:* stultitiis meis *A*, stultitia mea *P* 510 *hic A, post v. 506 P* relicuus *A*, reliquus *P* 511 certum est *A*, certum si *P* 512 ere uis nutricem *Lindemannus:* eleuis nutrice ere *P*, ere uis educat nutricem *A* quem *A* 515 tibin egon *A; cf. Aul. 45* perimus *AP* 516 philio *P* 519 quisquisquam *A* quid iubet *BC*[1]

STAS. Per deos atque homines dico, ne tu illunc agrum
tuom síris umquam fieri neque gnati tui.
ei rei argumenta dicam. PHIL. Audire edepol lubet.
STAS. Primum omnium olim terra cum proscinditur,
in quinto quoque sulco moriuntur boves.
PHIL. Apage, Acheruntis ostium in vostrost agro.
STAS. Tum vinum prius quam coctumst pendet putidum.
LESB. Consuadet homini, credo. etsi scelestus est,
at mi infidelis non est. STAS. Audi cetera.
post id, frumenti quom alibi messis maximast,
tribus tántis illi minus redit quam opseveris.
PHIL. Em istic oportet opseri mores malos,
si in opserendo possint interfieri.
STAS. Neque umquam quisquamst, quoius ille ager fuit,
quin pessume ei res vorterit: quoium fuit,
alii exulatum abierunt, alii emortui,
alii se suspendere. em nunc hic quoius est,
ut ad incitas redactust. PHIL. Apage a me istum agrum.
STAS. Magis apage dicas, si omnia ex me audiveris.
nam fulguritae sunt alternae árbores;
sues moriuntur angina acerrume;
oves scabrae sunt, tam glabrae, em, quam haec est manus.
tum autem Surorum, genus quod patientissumumst
hominum, nemo extat qui ibi sex menses vixerit:
ita cuncti solstitiali morbo decidunt.

---

521 sciris *P* um fieri neque gnati tui quam *A* 522 argumentum *P*, argumenti *A*[1] iubet *BC* 523 cum *om. A* 524 quincto *A* 525 accheruntis *B* hostium *A* nostrost *CD*, nostro si *B*, nostro est *A*, *corr. Beckerus in Studemundi stud. 1, 240; tantum* apage *Philtoni tribuunt AP* 526 coctum est *A*, *Porphyrio ad Hor. carm. 1, 20, 10:* coactum est *CD*, co actusi *B* 527. 528 *interpolatori tribuit Henricus Schenkl stud. Plaut. 90 (696)* 529 cum *A*, quo *P* maxima est *A*, maxima sim *P* 530 illis *A* reddit *AP*, *corr. Lambinus* 533 est: si *P*, *om. A* (cuius *A hic et 536*) *vel* illic 534 quoium (*B*, cuium *A*, ciuium *C*, cuiums *D*) *si genetivus est* (*cf. Charisius 162, Buechelerus de decl. p. 90 W*), *infinitum est, velut quorumcumque, cf. CIL. 1, 200, 8: 10;* quorum *vel* quoius *substituerunt alii. cf. 595* 535 exolatum *A*, exsolati *Nonius 123* abiere *A* 537 incitas redactus *P*, i. r. est *Nonius*, incitast redactus *A* istunc *P* 538 ex me *Kampmannus:* a me *A*, mea *CD*, me *B* 539 alternis *Spengelius* 541 hem *CD*, haec *fort. expunctum A* est *CD et fort. A*[2]*:* st *A*, *om. B* 542 syrorum *AP* patientissimum est *A:* pacientis sum munc sim (sum mun *CD*) *P*

Phil. Credo ego istuc, Stasime, ita esse; sed Campans genus
multo Surorum iam antidit patientia.
sed istést ager profecto, ut te audivi loqui,
malos in quem omnes publice mitti decet,
sicut fortunatorum memorant insulas,
quo cuncti qui aetatem egerint caste suam
conveniant; contra istoc detrudi maleficos
aequom videtur, qui quidem istius sit modi.
Stas. Hospitium est calamitatis: quid verbis opust?
quamvis malam rem quaeras, illic reperias.
Phil. At tu hercle et illi et alibi. Stas. Cave sis dixeris
me tibi dixisse hoc. Phil. Dixisti arcano satis.
Stas. Quin hic quidem cúpit illum ab se abalienarier,
si quem reperire possit cui os sublinat.
Phil. Meus quídem hercle numquam fiet. Stas. Si sapies quidem.
lepide hercle dé agro ego hunc senem deterrui;
nam qui vivamus nihil est, si illum amiserit.
Phil. Redeo ad te, Lesbonice. Lesb. Dic sodes mihi,
quid hic est locutus tecum? Phil. Quid censes? homost:
volt fieri liber, verum quod det non habet.
Lesb. Et ego esse locuples, verum nequiquam volo.
Stas. Licitumst, si velles; nunc, quom nihil est, non licet.
Lesb. Quid tecum, Stasime? Stas. De istoc quod dixti modo:
si ante voluisses, esses; nunc sero cupis.
Phil. De dote mecum convenire nil potest:
quid tibi lubet tute agito cum nato meo.
nunc tuam sororem filio posco meo.
quae res bene vortat. quid nunc? etiam consulis?

---

545 ita esse *om. Nonius 486* set *A* campans *Nonius:* campanis *A*, campas *P* 546 multos uirorum *Diomedes 313* surorum *Nonius:* syrorum *AP* anteit *Diomedes* patientia *A Nohius, Diomedes:* patlentia *P*, patientiam *Ritschelius* 550 egerunt castesum *P* 551 istuc *A* destrudi *B* 552 aequm *A*, aequum *CD* sint *P* 553 opusi *B* 555 illic *A* 556 dixti arcanos sates *A* 557 ab se *A:* apsese *B*, absese *CD* 558 quem *A:* quidem *P* repperire *AD* posset *P* cui os *A:* cuius *P; scil.* quoiei 559 nusquam *A* 560 de *om. A* hunc *P:* hoc hunc *A* 561 qui uamus *A* 563 est *om. P* census *P* homo si *B* 565 ĸ *B* nequicquam *P* (nec q. *C*) *cf. 440, Ribbeckius mus. Rhen. 27, 180* 566 licitum est si *A:* licitusi *P* 567 isto *A* dixisti *P* 568—636 *deest A* 568 antea, *corr. Guietus* 569 dotem *B* potes, *corr. Acidalius* 572 qucrens bene *B* consuis *B*, cumsuis *CD, corr. Camerarius*

LESB. Quid istíc? quando ita vis: di bene vortant. spondeo.
STAS. Numquam edepol quoiquam ⟨tam⟩ expectatus filius
natus quam illuc est spondeo natum mihi.
di fortunabunt vostra consilia. PHIL. Ita volo.
LESB. Sed, Stasime, abi huc ad meam sororem ad Calliclem,
dic hoc negoti quo modo actumst. STAS. Ibitur.
LESB. Et gratulator meae sorori. STAS. Scilicet.
PHIL. I hac, Lesbonice, mecum, ut coram nuptiis
dies cónstituatur; eadem haec confirmabimus. —
LESB. [Tu ístuc cura quod iussi. ego iam hic ero. —]
dic Callicli, me ut convenat. STAS. Quin tu i modo.
LESB. De dote ut videat quid opus sit facto. STAS. I modo.
LESB. Nam certumst sine dote haud dare. STAS. Quin tu i modo.
LESB. Neque enim illi damno umquam esse patiar STAS. Abi modo.
LESB. Meam néglegentiam. STAS. I modo. LESB. ⟨Nullo modo⟩
aequom videtur quin quod peccarim STAS. I modo.
LESB. Potissimum mi id obsit. STAS. I modo. LESB. O pater,
enumquam aspiciam te? — STAS. I modo, i modo, i modo.
tandem impetravi abiret. di vestram fidem,
edepol re gesta pessume gestam probe,
si quidem ager nobis salvos est; etsi admodum
in ambiguo est etiam nunc quid ea re fuat.
sed id si alienatur, actumst de collo meo,
gestandust peregre clupeus, galea, sarcina:
effugiet ex urbe, ubi erunt factae nuptiae,
ibít istac, aliquo, in maximam malam crucem,
latrocinatum, aut in Asiam aut in Ciliciam.
ibo huc quo mi imperatumst, etsi odi hanc domum,
postquam exturbavit hic nós ex nostris aedibus. —

---

573 uortat *B, cf. 502* 574 ST. *ς: spat.; Philtonis 574. 575 vulgo, qui nec tantopere gaudet et dixerit* istuc ⟨tam⟩ *ς* 575 illud 576 x *praem. B* 578 actum si *B* 580 s *B* noptiis *B* 582 *additus ut ultima scaenae pars omitti posset velut* cura⟨to bene⟩ 583 conueniat 584 opus sit *Camerarius:* possit; *cf. Stich. 573* 585 certum si haud dare *Pius:* haddare *B,* addere *CD cf. Truc. 425, ad Amph. 719* 587 nullo modo *Ritschelius:* o pater (*Stasimi*) 588 peccarem *B,* peccarum *C* 594 ea *Scioppius:* dea *B,* de hac *CD* 595 *cf. Aul. 770;* id *del. Camerarius,* is *Bergkius, Muellerus pros. 329* actum si 596 gestandu si *B,* gestandu *C,* gestandum *D* 598 istac *regionem indicat quam digito monstrat* (*errat Bachius p. 286 ut de aliis in soliloquiis*), aliquo *exitum infinita,* in *sq. admodum finita notione* 601 *cf. ad 169* aedibus. callides Stasimus *B*

CALLICLES III 1

Quó modo tu istuc, Stasime, dixti?

STASIMVS

Nostrum erilem filium
Lesbonicum suam sororem despondisse. em hoc modo.
CALL. Cuí homini despondit? STAS. Lysiteli Philtonis filio,
sine dote. CALL. Sine dote ille illam in tantas divitias dabit?
non credibile dicis. STAS. At tu édepol nullus creduas.
si hoc non credis, ego credidero — C. Quid? S. Me nihili pendere.
CALL. Quam dudum istuc aut ubi actumst? STAS. Ilico hic ante ostium,
tam modo, inquit Praenestinus. CALL. Tanton in re perdita,
quam in re salva Lesbonicus factus est frugalior?
STAS. Atque equidem ipsus ultro venit Philto oratum filio.
CALL. Flagitium quidem hercle fiet, nisi dos dabitur virgini.
postremo edepol ego istam rem ad me áttinere intellego.
ibo ad meum castigatorem atque ab eo consilium petam. —
STAS. Propemodum quid illic festinet sentio et subolet mihi:
ut agro evortat Lesbonicum, quando evortit aedibus.
o ere Charmides, quam apsenti hic tua res distrahitur tibi!
utinam te rediisse salvom videam, ut inimicos tuos
ulciscare, ut mihi, ut erga te fui et sum, referas gratiam.
nimium difficilest reperiri amicum ita ut nomen cluet,
quoi tuam quom rem credideris, sine omni cura dormias.
sed generum nostrum ire eccillum video cum adfini suo.
nescio quíd non satis inter eos convenit: celeri gradu
eunt uterque, ille reprehendit hunc priorem pallio.
haud ineuscheme astiterunt. huc aliquantum apscessero:
est lubido orationem audire duorum adfinium.

---

602 SENEX SERVVS C. (C. *om. C*) *BC*, PHILTO SENEX SERVVS STASIMVS *D* *notae* B *Calliclis et* K *Stasimi B* dixisti 603 despondissem hoc, *corr. Ritschelius* 606 dices tua credas, *item Donatus ad Eun. 2, 1, 10* 607 nihil, *corr. Camerarius* 608 quandudum istuc auttubi actunst *B* ilico hic *ad* ubi, tam modo *ad* quam dudum *respondet* hostium *BD* 617 charmide, *corr. Ritschelius; cf. ad Epid. 553* quam *Camerarius:* quom *B*, quoniam *CD* apsenti *Hermannus:* apsente (abs. *CD*) te 618 redisse saluum *D*, saluam *C*, salum *B* 619 ulciscar et mihi *Ritschelius* 620 repperiri *CD* inimicum 621 crederis 622 ecillum 623 gradus 625 *cf. Niemeyerus* haut *B* in eusce mea, *corr. Camerarius, Handius Turs. 3, 33* apsessero (abs. *CD*) 626 adfinium Lisitelis Lesbonicus Stasimus *B*

LYSITELES III 2

Sta ilico, noli avorsari neque te occultassis mihi.

LESBONICVS

Potin ut me ire quo profectus sum sinas? Lys. Si in rem tuam,
Lesbonice, esse videatur, gloriae aut famae, sinam.
Lesb. Quod est facillumum, facis. Lys. Quid id est? Lesb. Amico iniuriam.
Ly. Neque meumst neque facere didici. Le. Indoctus quam docte facis.
quid faceres, si quis docuisset te, ut sic odio esses mihi?
[qui] bene cum simulas facere mihi te, male facis, male consulis.
Lys. Egone? Lesb. Tune. Lys. Quid male facio? Lesb. Quod ego nolo, id cum facis.
Lys. Tuae rei bene consulere cupio. Lesb. Tu [mihi] es melior quam egomet mihi?
sat sapio, satis in rem quae sint meam ego conspicio mihi.
Lys. An id est sapere, ut qui beneficium a benevolente repudies?
Lesb. Nullum beneficium ésse duco id quod quoi facias non placet.
scio ego et sentio ipse quid agam, neque mens officio migrat,
nec tuis depellar dictis quin rumori serviam.
Lys. Quid ais? nam retineri nequeo quin dicam ea quae promeres:
itan tandem hanc maiores famam tradiderunt tibi tui,
ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes?
atque honori posterorum tuorum ut vindex fieres,
tibi paterque avosque facilem fecit et planam viam
ad quaerundum honorem: tu fecisti ut difficilis foret,
culpa maxume et desidia tuisque stultis moribus.
praeoptavisti, amorem tuom uti virtuti praeponeres.
nunc te hoc pacto credis posse optegere errata? aha, non itast:

ADVLESCENTES II. SERVVS C (C *om. C*) *BC*, ADOLESCENTES II. SERVVS STASIMVS LYSITELES LESBONICVS *D* Z E K *notae Lysitelis Lesbonici Stasimi B* 628 quod 629 gloriae aut famae *dativi, cf. Poen. 145* 631 meust *BCD*[1] 633 [qui] *Hermannus* 635 [mihi] *Bergkius op. 1, 634* 637 *accedit A* iddest *A* a beneuolentị *A:* beneuolente *P* 638 quod cui *CD*, cum cui *A* 639. 640 *Lysitelis P* mense officium *P; fort.* mens suo officio, *cf. mus. Rhen. 38, 4* 640 depellor *P* 641 quid ais *Lesbonici P* retinere *Nonius 475 et fort. A* 642 itane *AP* hanc *om. P* maiiores *A* 643 anteuerṭa *A* 645 pater *A* facit *P* 646 quaerendum *P* 647 tuis *ἀπὸ κοινοῦ* 648 praeoptasuisti *A* 649 facto *A* aha *A:* ah *P, antecedente in CD personae spatio*

cape sis virtutem animo et corde expelle desidiam tuo:
in foro operam amicis da, ne in lecto amicae, ut solitus es.
atque ego istum agrum tibi relinqui ób eam rem enixe expeto,
ut tibi sit qui te corrigere possis, ne omnino inopiam
cives obiectare possint tibi, quos tu inimicos habes.
LESB. Omnia ego istaec quae tu dixti scio, vel exsignavero,
ut rem patriam et gloriam maiorum foedarim meum:
scibam ut esse me deceret, facere non quibam miser;
ita vi Veneris vinctus, otio captus in fraudem incidi.
et tibi nunc, proinde ut merere, summas habeo gratias.
LYS. At operam perire meam sic et te haec dicta corde spernere +
perpeti nequeo, simul me piget parum pudere te;
et postremo, nisi mi auscultas atque hoc ut dico facis,
tute pone te latebis facile, ne inveniat te Honor,
in occulto iacebis cum te maxume clarum voles.
pernovi equidem, Lesbonice, ingenium tuom ingenuom admodum;
scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi
pectus opscurasse; atque ipse Amoris teneo omnis vias.
ita est amor, ballista ut iacitur: nihil sic celere est neque volat;
atque is mores hominum moros et morosos efficit:
minus placet magis quód suadetur, quod dissuadetur placet;
quom inopiast, cupias, quando eius copiast, tum non velis;
[ille qui aspéllit is compellit, ille qui cónsuadet vetat.]
insanum [et] malumst in hospitium devorti ad Cupidinem.
sed te moneo hoc etiam atque etiam, ut reputes quid facere expetas.
si istuc, ut conare, facis + indicium tuom incendes genus;

---

650 z *praem. B* deisidiam *B* tuam *A* 651 amicis operam *A* da ne in lecto *A:* ha da aut intellecto (intellectu *B, cf. ad Amph. 513*) *P, i. e.* da haud in lecto (ς) 652 istum ego *A* enixe *AD:* enxie *C*, menixe *B* (denixe: enixo *Placidus corp. gl. 5, 16. 61. cf. Bergkius op. 1, 20*) 655 ista *B*, istic *CD* dixisti *P* uel *P:* ut *A* exignauero *P* 657 sciebam *P* 658 aptus *A;* captus otio *Hermannus* 659 ut *A:* ac *P, cf. Amph 583 cf. Langenus symb. 13* 660 haec *om. A* corde *del. Camerarius;* at meam sic perire operam et te *Hermannus* 662 me *AP, corr. Freundius* 665 p. e. lesbonicem imperium tuum ingenium a. *P* 666 tuapste *A* 667 amores *P* teneomnis *A* 668 balista *P* celere sic est *A* 669 bis *P* μωρως et morosos *A* 670 quod suadetur magis *A* 671 qum *A*, cum *CD* 672—735 *deest A* 672 *delevit Bergkius* qui (quia *B*[1] *ante corr.*) non suadet, *corr. Camerarius* 673 insanum et malumst *B*, insanumst et malum *CD* (et *ortum ex correctura* insanũm? *cf. ad Mil. 24*); hospitio *Muellerus, cf. Baierus de Pl. fab. rec. 97* 675 indicium: igni *Bergkius*

tum igitur tibi aquae érit cupido, genus qui restinguas tuom,
atque si eris nactus, proinde ut corde amantes sunt cati —
ne scintillam quidem relinques, genus qui congliscat tuom.
LESB. Facilest inventu: datur ignis, tametsi ab inimico petas.
sed tu obiurgans me a peccatis rapis deteriorem in viam.
meam [vis] sororem tibi dem suades sine dote. aha, non convenit
me, qui abusus sum tantam rem patriam, porro in ditiis
esse agrumque habere,. egere illam autem, ut me merito oderit.
numquam erit alienis gravis qui suis se concinnat levem.
sicut dixi, faciam: nolo te iactari diutius.
LYS. Tanto meliust te sororis causa egestatem exsequi
atque eum agrum me habere, quam te, tua qui toleres moenia?
LESB. Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam egestatem leves,
sed ut inops infamis ne sim, ne mi hanc famam differant,
me germanam meam sororem in concubinatum tibi,
si sine dote ⟨dem⟩, dedisse magis quam in matrimonium.
quis me improbior perhibeatur esse? haec famigeratio
té honestet, me conlutulentet, si sine dote duxeris:
tibi sit emolumentum honoris, mihi quod obiectent siet.
LYS. Quid? te dictatorem censes fore, si aps té agrum acceperim?
LESB. Neque volo neque postulo neque censeo, verum tamen
is est honos homini pudico, meminisse officium suom.
LYS. Scio equidem te animatus ut sis; video, subolet, sentio:
id agis, ut, ubi adfinitatem inter nos nostram adstrinxeris
atque eum agrum dederis nec quicquam hic tibi sit qui vitam colas,
effugias ex urbe inanis; profugus patriam deseres,
cognatos, adfinitatem, amicos factis nuptiis:

---

676 tibi aquerit *B*, tibi querit *CD* 677 si eris *Reizius:* erit si 678 nesciunt illam *CD* concliscat *B*, conclusit *CD* 679 facile est, *i. e.* facilis est tamen et si inimicos, *corr. Ritschelius* 680 rapidis 681 [uis] *Guietus;* ut *Opitzius* ha a *B*, hac *CD* 682 diuitiis 684 z *praem. B* 685 dixit 686—691 *post v. 705 iterati* (*BCD*) 686 L. *om.* tanton *Ritschelius* soris *CD* 687 tolleres *CD* munia (*B*) 691 dotem (*B*) ⟨dem⟩ *Klotzius* dedissem (*CD*) 692—694 *post v. 704 iterantur* (*BCD*) 692 famigeratio (*BCD*) *Nonius 84:* famiferatio 693 conlutulent et *hic:* autem conlutulent et (*BCD*), collutulet et *Nonius* ('conlutulet significat dedecoret') 694 ermolumenium *B* mihi *cum* (*B*)*:* mihi autem (*CD*) 695 quid *B:* cui *CD* fores 696 L. *om.* *tertium* neque *om. B* 698 L. *om.* ut sistudio sobolet *CD* 699 it *B* 700 eum *sup. scr. B* ne 701 profugiens, *corr. Camerarius, cf. Loewius gloss. nom. 205* deseras *Camerarius*

mea opera hinc proterritum te meaque avaritia autument.
id me commissurum ut patiar fieri, ne animum induxeris.
STAS. Non enim póssum quin exclamem euge. euge, Lysiteles, πάλιν.
facile palmam habes: hic victust, vicit tua comoedia.
hic agit magis ex argumento et versus melioris facit.
etiam ob stultitiam tuam te + curis multabo mina.
LESB. Quid tibi intérpellatio aut in consilium huc accessio est?
S. Eodem pacto, quo huc accessi, apscessero. LE. I hac mecum domum,
Lysiteles, ibi de istis rebus plura fabulabimur.
LYS. Nil ego in occulto agere soleo. meus ut animust, eloquar:
si mihi tua soror, ut ego aequom censeo, ita nuptum datur,
sine dote, neque tu hinc abituru's, quod meum erit id erit tuom;
sin aliter animatus es, bene quod agas eveniat tibi,
ego amicus numquam tibi ero alio pacto. sic sententia est. —
STAS. Abiit [hercle] ille quidem. ecquid audis, Lysiteles? ego te volo.
hic quoque hinc ábiit. Stasime, restas solus. quid ego nunc agam,
nisi uti sarcinam constringam et clupeum ad dorsum accommodem,
fulmentas iubeam suppingi soccis? non sisti potest.
video caculam militarem me futurum haud longius:
ad aliquem regem in saginam erus sése coniciet meus;
credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore
et capturum spolia ibi illum quí [meo] ero adversus venerit.
egomet autem quom extemplo arcum [mihi] et pharetram et ságittas sumpsero,
cassidem in caput, dormibo placide ín tabernaculo.
ad forum ibo: nudius sextus quoi talentum mutuom
dedi, reposcam, ut habeam, mecum quod feram, viaticum. —

---

705 ST. *om.* quin *Cic. de or. 2, 39:* qui lysitelis *CD,* lystelis *B; item 711. 717* palin 706 uictus, *corr. Ritschelius* 708 curis *B:* turis *CD,* tueris *Merula;* ted auri *Niemeyerus* multa ab (ob *B*) omina, *corr. Scaliger* 709 consilium *Donatus ad Eun. 4, 4, 4:* concilium 710 abcessero *CD* 712 animus est eloquar *CD:* animus esse loquar *B* 714 dotem *B* habiturus 715 eueniet 716 si 717 [hercle] *Fleckeisenus* 718 qui *B* 719 clipeum *BC,* clypeum *D* 720 subponi *Nonius 206* (*qui testatur* fulmentas) socios *B,* sotios *CD,* fico (foco) *Nonius, corr. Camerarius* 721 caculam *Paulus 45:* cacula *B,* caula *CD; cf. Lindsay class. rev. 1892, 89* aut 722 ad aliquem regem *Guietus:* at (aut *CD*) aliquem ad regem; *cf. ad Bacch. 55* merus sese *B,* meruisse se *CD* coniecit, *correxi* atque aliquem ad regem i. s. e. si se coniexit m. *Pareus, Ritschelius* 724 *cf. ad Aul. 168;* [meus] *Bothius* 725 quome exemplo (extemplo *B e corr.*) [mihi] *Muellerus* 726 placidule *Ritschelius* 727 nudius *gloss. Plaut.:* nundius 728 uiaticum

MEGARONIDES III 3

Vt mihi rem narras, Callicles, nullo modo
potest fieri prosus quin dos detur virgini.

CALLICLES

Namque hercle honeste fieri ferme non potest,
ut eam perpetiar ire in matrimonium
sine dote, quom eius rem penes me habeam domi.
MEG. Parata dos domist; nisi expectare vis,
ut eam sine dote frater nuptum conlocet.
post adeas tute Philtonem et dotem dare
te ei dicas, facere id eius ob amícitiam patris.
verum hoc ego vereor, ne istaec pollicitatio
te in crimen populo ponat atque infamiam;
non temere dicant te benignum virgini:
datam tibi dotem, ei quam dares, eius a patre,
ex ea largiri te illi, neque ita ut sit data
columem te sistere illi, et detraxe autument.
nunc si opperiri vis adventum Charmidi,
perlongumst: huic ducendi interea abscesserit
lubido; atque ea condicio huic vel primaria est.
CALL. Nam hercle omnia istaec veniunt in mentem mihi.
vide si hóc utibile magis atque in rem deputas,
ut adeam Lesbonicum, edoceam ut res se habet.
sed ut égo nunc adulescenti thensaurum indicem
indomito, pleno amoris ac lasciviae?
minime, minime hercle vero. nam certo scio,
locum quoque illum omnem, ubi situst, comederit;
quem fodere metuo, sonitum ne ille exaudiat
neu rem ipsam indaget, dotem dare si dixerim.
MEG. Quo pacto ergo igitur clam dos deprumi potest?

---

megaronides callides *B* SENES (-EX *C*) II DV *BC*, PHILTO CALLICLES SENES II *D* *Megaronidis nota* A, *Calliclis* B *B* 729 callides *B* 730 prorsus *CD* 733 cum *CD*, quin *B* 734 *paene non auditis alterius verbis pergit Megaronides ac deliberat* 736 *accedit A* 739 incremen *P* 741 ei *P*: et *A* deres *BC* 742 largiri te *A*: largitate *P* 743 columente *P*: incolumem *A* detraxi *P* 744 opperi *A* carmidi *A*, charmidis *P* 745 abcesserit *B* 746 *om. P* huic *del. Hauptius* 747 nam hercle *P*: eadem *A* 749 ut *P*: ipsum *A*; *cf. Rud. 774 Poen. 1100, mus. Rhen. 38, 12* 750 ut ego nunc *P*: nunc ego *A* 752 z *praem. B, spat. CD* uero *om. A* 753 situmst *A* 755 indacet *P* 756 B *B* ergo *om. A*

CALL. Dum occasio ei ⟨rei⟩ reperiatur, interim
ab amico alicunde mutuom argentum rogem.
MEG. Potin est ab amico alicunde exorari? CALL. Potest.
MEG. Gerrae. ne tu illud verbum actutum inveneris:
'mihi quidem hercle non est quod dem mutuom.'
CALL. Malim hercle ut verum dicas, quam ut des mutuom.
MEG. Sed vide consilium, si placet. CALL. Quid consilist?
MEG. Scitum, ut ego opinor, consilium inveni. CALL. Quid est?
MEG. Homo cónducatur aliquis iam, quantum potest,
[quasi sit peregrinus. CALL. Quid is scit facere postea?]
ignota facie, quae ⟨hic⟩ non visitata sit; 768
mendacilocum aliquem [CALL. Quid is scit facere postea?]
falsidicum, confidentem. CALL. Quid tum postea? 770
MEG. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum; 767
quasi ad adulescentem a patre ex Seleucia 771
veniat, salutem ei nuntiet verbis patris:
illum bene gerere rem et valere et vivere,
et eum rediturum actutum; ferat epistulas
duas, éas nos consignemus, quasi sint a patre:
det alteram illi, álteram dicat tibi
dare sese velle. CALL. Perge porro dicere.
MEG. Seque aurum ferre virgini dotem a patre
dicat patremque id iussisse aurum tibi dare.
tenes iam? CALL. Propemodo, atque ausculto perlubens.
MEG. Tum tú igitur demum adulescenti aurum dabis,
ubi erit locata virgo in matrimonium.
CALL. Scite hercle sane. MEG. Hoc, ubi thensaurum effoderis,

---

757 A *B* ⟨rei⟩ *Camerarius* repperiatur *A* 758 mutuum *om. P* roges *AP, corr.* ς 759 M.: B *B* C: *spat. B* 760 M *om. B* 761 A *praem. B* quoṭ *A* 762 *quasi amico neganti respondeat* ut des *A:* uides *P* 756—762 *suspecti post 736 sq.; cf. Langenus stud. Plaut. 227 sq.* 763. 764 *inverso ordine A* 763 quit *A* quid ⟨id⟩ c. *vel* quid consili *Bachius Studemundi stud. 2, 371* 765 iam aliquis *A* 766 quid iscit *A* *versum delevit Brixius, substitutum sequentibus quattuor. cf. Pers. 157 sq.* 767 (*AP*) *suo loco reddidit Ritschelius* grapphice *A* 768 facies *AP, corr. Saracenus* ⟨hic⟩ *Ritschelius* visitata *A:* vis ita *P* 769 *om. P* is iscit *ultima verba (cf. 766) expulerunt velut* ⟨oportet hominem deligi⟩, *cf. Ritschelius* 770 cumfidentem *P* quit *A* 771 exleutia *P* 773 gerere rem ς: gererem *AP* 774—834 *deest A* 774 auctutum epistolas 776 illic *Ritschelius* 783 C.: A *B*

suspicionem ab adulescente amoveris:
censebit aurum esse a patre allatum tibi,
tu de thensauro sumes. CALL. Satis scite et probe;
quamquam hoc me aetatis sycophantari pudet.
sed epistulas quando opsignatas adferet,
[sed quom opsignatas attulerit epistulas]
nonne arbitraris eum adulescentem anuli
paterni signum novisse? MEG. Etiam tu taces?
sescentae ad eam rem causae possunt conligi:
illum quem habuit perdidit, alium post fecit novom. +
iam si opsignatas non feret, dici hoc potest,
apud pórtitorem eas resignatas sibi
inspectasque esse. in huius modi negotio
diem sermone terere segnities merast:
quam vis sermones possunt longi texier.
abi ad thensaurum iam confestim clanculum,
servos ancillas amove. atque audin? CALL. Quid est?
MEG. Vxorem quoque eampse hanc rem uti celes face,
nam pol tacere numquam quicquamst quod queat.
quid nunc stas? quin tu hinc amoves et te moves?
aperi, deprome inde auri ad hanc rem quod sat est,
continuo operíto denuo; sed clanculum,
sicut praecepi; cunctos exturba aedibus.
CALL. Ita faciam. MEG. At énim nimis lóngo sermone utimur,
diem conficimus quod iam properatost opus.
nihil est de signo quod vereare; me vide:

---

785 alienatum *CD* 786 thensu aro *B* 787 A *praem. B* mea etatis *B:* mea (meae *D ante corr.*) aetatis *CD* sicophantari *CD*, sicoplantari *B*, *cf. 815. 860. 892* 788 B *praem. B, spat. C* 788[a] *induxit Ritschelius. dittographia non deterior versu 788* quoniam *CD* 790 nosse *BCD*[2], nonesse *D*[1] 791 sescentem *B*[1] 792 ille q. h. periit *Lachmannus; probabilius Fleckeisenus et Schoellius plurium versuum reliquias esse coniecerunt* 794 portitores *Valla* 795 modo *B* 796 sermonem terrere *versus fortasse dittographia sequentis, quem notaverat Ribbeckius mus. Rhen. 27, 117* 798 abi ad thensaurum *Camerarius:* tibi athenas aurum 800 uoxorem *B* ipsam ut 801 nam pod *B* 802 hinc *B:* hunc *CD* te *ἀπὸ κοινοῦ positum vult Niemeyerus stud. Plaut. 5, sed ineptum est* '*te amoves et moves*'. *conieci* quin tu hinc abis et te⟨saurum⟩ moues, *cf. 803* inde. *verbum rei proprium* (*cf. Hor. 3, 21, 6*) *ut κινεῖν* 803 auri ad ς: auriat *B*, hauriat *CD* 805 precepit 806 *cf. ad Aul. 539* 807 quom *Fleckeisenus* 808 quo

lepida est illa caúsa, ut commemoravi, dicere
apud pórtitores esse inspectas. denique
diei tempus non vides? quid illúm putas,
natura illa atque ingenio? iam dudum ebriust.
quidvis probare poterit; tum, quod maxumumst,
adferre, non petere hinc se dicet. CALL. Iam sat est.
MEG. Ego sycophantam iam conduco de foro
epistulasque iam consignabo duas,
eumque húc ⟨ad⟩ adulescentem meditatum probe
mittam. CALL. Eo ego igitur intro ad officium meum.
tu istuc age. — MEG. Actum reddam nugacissume. —

CHARMIDES IV 1

Salsípotenti et mulsípotenti Iovis frátri et Nerei Néptuno
laetús lubens laudes ágo et grates gratiásque habeo et fluctibus salsis,
quos pénes mei ⟨fuit saepé⟩ potestas, bonis meís quid foret et meaé vitae,
quom suís med ex locis ín patriam suavíssumam reducem fáciunt.
atque égo, Neptune, tibi ánte alios deos grátias ago atque habeó summas;
nam te ómnes saevomqué severumque atque ávidis moribus cómmemorant,
spurcíficum, immanem, intólerandum, vesánum: contra opera éxpertus,
nam pól placido te et clémenti meo usqué modo, ut volui, usús sum in alto.
atque hánc tuam gloriam iam ánte auribus accéperam, et nobilest ápud homines,
paupéribus te parcére solitum, dités damnare atqué domare.

---

809 ille *B;* illa est *Reizius; cf. Skutschius Plaut. u. Rom. 116* commeraui *B* 812 ian *B* 813 probari ei *Ritschelius; cf. Aul. 828 Rud. 1017* maxumist, *corr. Merula* 814 hic, *corr. Fleckeisenus* 815 sycoplantam *B* defero *C,* de forte *D ante corr.* 816 *eiecit Ritschelius* 817 ⟨ad⟩ *Camerarius* 818 ego ⟨hinc⟩ *Ritschelius* 819 nugacesunt (—cessunt *CD*) nisi charmides, *corr. Hermannus* 820 SENEX C. *B,* SENEX *CD* multipotenti, *corr. Buechelerus* (saltip. et multip. *Plauto tribuens*) *mus. Rhen. 45, 160. cf. Rud. 588 sq. Pseud. 739 sq., carm. epigr. lat. 318, 4* et Nerei: aetherei *Scaliger* neptuni, *corr. Scaliger* 821 et *ς:* e *cf. ad Poen. 134* 822 quos *Camerarius:* quom *B,* quoniam *CD, item 823* me fuit *inseruit Reizius,* saepe *addidi* mis meai uite *B;* mea uita *Bergkius* 823 me patriam urbis cumam (cummam *B*), *correxi* reducem *B:* redeunt *CD* 820—823 *systema cum catalexi, ut in fine cantici* 824 ego *B:* ego neque *C,* neque *D* 825 euumque *B* auidus *B* 826 intolerandam *B* ⟨ego⟩ contra *Hermannus* 827 usquemodo *quasi adverbium gloss. Plaut.* alio, *corr. Pius* 828 *cf. ad Pseud. 177* nobiles *CD,* nobilis *B, correxi* apra *B* 829—831 *disp. B:* Pauperibus — atque | Domare — aeq. | Tractare -- sint 829 diuites

abi, laúdo, scis ordíne, ut aequomst, tractáre homines; hoc dís dignumst.
[semper mendicis modesti sint.]
fidús fuisti: infidum ésse iterant; nam apsqué foret te, sat scio in alto
distráxissent disqué tulissent satellites tui me miserúm foede
bonaque ómnia ⟨mea⟩ item uná mecum passim caeruleos pér campos:
ita iám quasi canes, haud sécus, circum stabánt navem turbinés venti,
imbrés fluctusque atqué procellae inféนsae frangere málum,
ruere ántemnas, scindére vela, ni túa pax propitia fóret praesto.
apage á me sis, dehinc iám certumst otió dare me; satis pártum habeo
quibus aérumnis delúctavi, filió dum divitiás quaero.
sed quís hic est, qui in plateam íngreditur
cum nóvo ornatu speciéque simul?
pol quámquam domi cupio, ópperiar,
quam hic rém agat animum advortam.

SYCOPHANTA IV 2

Huíc ego die nomén Trinummo fáciam: nam ego operám meam
tribus nummis hodie locavi ad artis nugatorias.
advenio ex Seleucia, Macedonia, Asia atque Arabia,
quas ego neque oculis nec pedibus umquam usurpavi meis.
viden egestas quid negoti dat homini misero mali,
quin ego nunc subigor trium nummum causa ut hasce epistulas
dicam ab eo homine me accepisse, quem ego qui sit homo nescio
neque novi, neque natus necne is fuerit, id solide scio.
CHARM. Pol hic quidem fungino generest: capite se totum tegit.

---

830 ordinem *BC*[1] equnct *B* dignunst *B* 831 *delevit Muellerus; mendicis cur se adnumeret nulla causa* 832 iterant *scil. refutati altercari pergunt* te sat *CD:* et stat *B* 833 distrarxissent *B* 834 ⟨mea⟩ *Spengelius post* una 835 *accedit A, prima verba* turbines uenti turbine *Hermannus* uenit *P* 836 ⟨ferri⟩ infensae *Spengelius* 837 propitia pax *A* 838 a *om. P* dehinc iam *A:* deinde hinc *P* me dare *P* 839 quibus *AP:* cum hisce *Nonius 468* 840 *sq. ut supra disponit A, bina cola coniungit B* 841 *cf. ad Aul. 721* specieque *CD:* speciemque *A*, speciaque *B* (*cf. Buechelerus de decl. 95 W.*) 842 domum *P* operiar *P* 842ᵃ rem agat *Ritschelius:* rem agat gerit *A*, rem *P; cf. 1003 Amph. 270 Men. 898 Pseud. 594 Aul. 574 et Pseud. 1102 Bacch. 795 Mil. 577* animum aduortam *A: om. P* charmides *post* rem *addit P* 843 CHARMIDES *A*, SYCOPHANTA (SIC. *B*) SENEX *P* *nota sycophantae* x, *Charmidis* Θ *B* diei *AP* facio *A* 844 nauigatorias (*i. e.* naugatorias) *A* 846 nec *P:* neque *A* usurpaui meis *A:* usurpauimus *P* 847 quit *A* male *A* 848 qui *P* nummorum *AP* has *P* 850 is *om. A* it *vel* is *A* 851 capite se *A:* capit esse *B*, capite *CD*

Hilurica facies videtur hominis, eo ornatu advenit.
SYC. Ille qui mé conduxit, ubi conduxit, abduxit domum,
quae voluit mihi dixit, docuit et praemonstravit prius,
quo modo quicque agerem; nunc adeo si quid ego addidero amplius,
eo conductor melius de me nugas conciliaverit.
ut ille me exornavit, ita sum ornatus; argentum hoc facit.
ipse ornamenta a chorago haec sumpsit suo periculo.
nunc ego si potero ornamentis hominem circumducere,
dabo operam, ut me esse ipsum plane sycophantam sentiat.
CHARM. Quam magis spécto, minus placet mi haec hominis facies. mira sunt,
ni illic homost aut dormitator aut sector zonarius.
loca contemplat, circumspectat sese atque aedis noscitat.
credo edepol, quo mox furatum veniat speculatur loca.
magis lubidost opservare quid agat: ei rei operam dabo.
SYC. Has regiones demonstravit mi ille conductor meus;
apud illas aedis sistendae mihi sunt sycophantiae.
fores pultabo. CHARM. Ad nostras aedis hic quidem habet rectam viam.
hercle opinor mi advenienti hac noctu agitandumst vigilias.
SYC. Aperite hoc, aperite. heus, ecquis his fóribus tutelam gerit?
CH. Quid, adulescens, quaeris? quid vis? quid istas pultas? S. Heus senex,
census cum ⟨sum⟩, iuratori recte rationem dedi.
* *
Lesbonicum hic adulescentem quaero in his regionibus
ubi habitet, et item alterum ád istanc capitis albitudinem:
Calliclem aiebat vocari qui has dedit mi epistulas.
CHARM. Meum gnatum hic quidem Lesbonicum quaerit et amicum meum,
cuí ego liberosque bonaque commendavi, Calliclem.
SYC. Fac me, si scis, certiorem, hisce homines ubi habitent, pater.

---

852 Hillurica *P* 855 quitque *A*, quique *P* quit *A* 856 conducto *A* nogas *B* 857 exornaui *BC* urnatus *B* hac *AB; cf. Stich. 463* 860 ipsum plane esse *A* sycoplantam *B* *ab* 862 *novam scaenam incipiunt CD* 862 haut dormitator *A*, audorminitator *B; cf. 984. quid sit obscurum* 863 contęplat *A* 864—1044 *deest A* 864 nox *Scaliger* speculator 865 opera^{e} *vel* operei^{o} *B* 866 demanstrauit *B* 868 putabo at *BC* aedes hic *CD*, edia chic *B* habeat 869 agitandum si 870 hecquis *B* 871 CH.: x *B* S.: *sine spatio om. B* heu 872 ⟨sum⟩ *Acidalius post v. 871 apta et haec argutatio et responsa v. 873 sq., sed conecti ea oportebat talibus:* CH. responde, monstrare tibi quos quaeris si possim. S. eloquar, *cf. Most. 939 sq. et similia* 873 hinc *Nipperdeius* 874 et *om. Nonius 73* istanc *BCD*[1], ipsam *Nonius* 875 calliclen mihi dedit *CD*

CHARM. Quid eos quaeris? aut quis es? aut unde es? aut unde advenis?
SYC. Multa simul rogitas, nescio quid expediam potissimum.
si unum quidquid singillatim et placide percontabere,
et meum nómen et mea facta et itinera ego faxo scias.
CHARM. Faciam ita ut vis. agedum nomen tuom primum memora mihi.
SYC. Magnum facinus incipissis petere. CH. Quid ita? SYC. Quia, pater,
si ante lucem íre occipias a meo prímo nomine,
concubium sit noctis prius quam ad postremum perveneris.
CHARM. Opus factost viatico ad tuom nomen, ut tu praedicas.
SYC. Est minusculum alterum, quasi vixillum vinarium.
CHARM. Quid est tibi nomen, adulescens? SYC. Pax, id est nomen mihi.
hoc cotidianumst. CHARM. Edepol nomen nugatorium,
quasi dicas, si quid crediderim tibi, pax — periisse ilico.
hic homo solide sycophantast. quid ais tu, adulescens? SYC. Quid est?
CHARM. Eloquere, isti tibi quid homines debent, quos tu quaeritas?
SYC. Pater istius adulescentis dedit has duas mi epistulas,
Lesbonici. is mi est amicus. CHARM. Teneo hunc manifestarium.
me sibi epistulas dedisse dicit. ludam hominem probe.
SYC. Ita ut occepi, si animum advortas, dicam. CHARM. Dabo operam tibi.
SYC. Hanc me iussit Lesbonico suo gnato dare epistulam,
et item hanc alteram suo amico Callicli iussit dare.
CHARM. Mihi quoque edepol, quom hic nugatur, contra nugari lubet.
[ubi ipse erat? SY. Bene rem gerebat. CH. Ergo ubi? SY. In Seleucia.
CH.] Ab ipson istas accepisti? SYC. E manibus dedit mi ipse in manus.

---

878 si sis certiore hosce habitem *BC* 881 sin percuntabere *B*, percunctabere *CD* 882 numen *BC* faxos *B* 884 incipis sic *CD* patrem, *corr. Merula* 885 *ante* íre *spat. 6 litt. B;* ⟨hercle⟩ *Ritschelius* 886 ad *om. Varro de l. l. 7, 78* 887 factost *Scaliger:* factost et (-o est et *B*) at *B* 888 iuxillnm *B;* vasculum *ς* *fortasse cogitari potest de* uix *quasi nomine deminuto* (*'nagelprobe'*), *cf. ad 492* 889—891 *versus traditos post v. 937 (4, 2, 94—96) huc revocavit Meierus* 889 ⟨id⟩ est tibi *vel* istuc est *Ritschelius, sed versus ut est videtur factus esse ut versibus 883—888 substitueretur; nempe talia requirimus:* Ch. quid id est nominis? memora mi. S. Pax mihi nomen alterumst *aptum nomen quod in utraque lingua abrumpendo sermoni adhibeatur. cf. praeter Richteri exempla (Stud. st. 1, 613 sq.) Herond. 7, 114, Asclep. A. P. 5, 180, 2* 890 cotidianust 892 sycoplanstast *B* es 893 x *B* 894 *Θ B* 895 Lesbonici is *Pareus:* lesbonicis *post* 896 *versum intercidisse Charmidis interrogantis coniecit Kochius* 898 epistolam *BC* 900 quom *B:* quoniam *CD* nuguratur (nugaratur *C*) 901 *cf. 928. qui versum inseruit, hoc eo consilio fecisse videtur, ut deinde v. 928—949 omitti possent. cf. Teuffelius mus. Rhen. 30, 632* 902 accipisti *B*

CH. Qua facie est homo? S. Sesquipede quiddamst quam tu longior.
CHARM. Haeret haec res, siquidem ego apsens sum quam praesens longior.
novistin hominem? SYC. Ridicule rogitas, quicum una cibum
capere soleo. CH. Quid est ei nomen? SYC. Quod edepol homini probo.
CHARM. Lubet audire. SYC. Illi edepol — illi — illi — vae misero mihi.
CHARM. Quid est negoti? SYC. Devoravi nomen imprudens modo.
CHARM. Non placet qui amicos intra dentes conclusos habet.
SYC. Atque etiam modo vorsabatur mi in labris primoribus.
CHARM. Temperi huic hodie anteveni. SYC. Teneor manifesto miser.
CHARM. Iam recommentatu's nomen? SYC. Deum hercle me atque hominum pudet.
CH. Vide modo ut hóminem noveris. S. Tam quam me. fieri istuc solet,
quod in manu teneas atque oculis videas, id desideres.
litteris recomminiscar. ⟨C⟩ est principium nomini.
CH. Callias? S. Non est. CH. Callippus? S. Non est. CH. Callidemides?
S. Non est. CH. Callinicus? S. Non est. CH. Callimarchus? S. Nil agis.
neque adeo edepol flocci facio, quando egomet memini mihi.
CHARM. At enim multi Lesbonici sunt hic: nisi nomen patris
dices, non monstrare istos possum homines quos tu quaeritas.
quod ad exemplum est? coniectura si reperire possumus.
SYC. Ad hoc exemplum est — CHARM. An Chares? an Charmides? SYC. Enim Charmides.
em istic erit. qui istum di perdant. dixi ego iam dudum tibi:
* *
CHARM. Te potius bene dicere aequomst homini amico, quam male.
SYC. Satin inter labra atque dentes latuit vir minimi preti?

903 quidamst *Bothius. certa cum incerta notatione coniuncta incertam ut par est rationem reddit* quam tu *Merula:* quantu *B*, quantum *CD* 904 *om. CD* quam *Rittershusius:* quia 905 nouisti in *B* quocum 906 CH.: x *B* est ei nomen *CD:* ei nomen est *B* dede pol *B*, de edepol *CD* 907 ille edepol, *corr. Camerarius* misero *CD:* misoro *B* 908 S.: *Θ B* 909 concluso *BCD*[1] 912 re (rem *CD*) commentatus es 913 modo *B:* homo *CD* *Θ* (*spat. CD*) fieri 915 x *praem. B, spat. CD* ⟨c⟩ *Scaliger* 916 CH. *om.* callicias, *corr. Guietus* calliclemides *CD* 917 callimarcus *B*, calimarchus *CD* 919 at *CD:* atque *B* 920 mostrare *C* possum istos, *corr. Bothius* 921 possumusid *B; nota pertinet ad sequentis versus omissionem, quem B habet post v. 931 praemissa nota* h̄ p 922 S. *om. B* CH. *om.* exemplumst: Char. CH. Chares? *Acidalius, Reizius* S.: *Θ B, om. CD* enim *Ribbeckius:* mim *B*, min *CD* 923 hem *CD* dixi *sq. Charmidi tribuunt codd., sed nec est nec suppleri potest quo referantur. sycophanta addiderit:* malus homo mihi uorsabatur in labris primoribus (*910*)

CH. Ne male loquere apsenti amico. SYC. Quid ergo ille ignavissumus
mihi latitabat? CHARM. Si appellasses, respondisset, nomine.
sed ipse ubi est? S. Pol illúm reliqui ad Rhadamantem in Cecropia insula. +
CH. Quis homo est me insipientior, qui ipse, egomet ubi sim, quaeritem?
sed nil disconducit huic rei. quid ais? quid hoc quod te rogo?
quos locos adiisti? SYC. Nimium mirimodis mirabiles.
CHARM. Lubet audire, nisi molestumst. SYC. Quin discupio dicere.
omnium primum in Pontum advecti ad Arabiam terram sumus.
CH. Eho an etiam Arabiast in Ponto? S. Est: non illa ubi tus gignitur,
sed ubi apsinthium fit atque cunila gallinacea.
CHARM. Nimium graphicum hunc nugatorem. sed ego sum insipientior,
qui egomet unde redeam hunc rogitem, quae ego sciam atque hic nesciat;
nisi quia lubet experiri, quo evasurust denique.
sed quid ais? quo inde isti porro? SYC. Si animum advortes, eloquar.
ad caput amnis, quod de caelo exoritur sub solio Iovis.
CH. Sub solio Iovis? S. Ita dico. CH. E caelo? S. Atque ⟨e⟩ medio quidem.
CH. Eho an etiam in caelum escendisti? S. Immo horiola advecti sumus,
usque aqua advorsa per amnem. CHARM. Eho an tu etiam vidisti Iovem?
SYC. Alii di isse ad villam aiebant servis depromptum cibum.
deinde porro — CHARM. Deinde porro nolo quicquam praedices.
SYC. ⟨Sed — CHA. Abe⟩o hercle, si es molestus. nam pudicum neminem,
⟨Pax, refe⟩rre oportet, qui aps terra ad caelum pervenerit.
SYC. ⟨Facia⟩m ita ut te velle video. sed monstra hosce homines mihi,
quos ego quaero, quibus me oportet has deferre epistulas.
CHARM. Quid ais? tu nunc si forte eumpse Charmidem conspexeris,

---

926 loquare, *corr Bentleius* 927 nomini *Ritschelius* 928 ihadamante *B* cecropio *B;* Cercopia (*abiecto* insula) *Meursius, Guietus* 929 CH. *om. B* qui homo 930—937 *amplificandi diverbii causa inserti videntur* 930 *Θ praem. B* 931 adisti *CD,* adistix (*i. e.* adisti x) *B* miris modis 932 audires *B* molestum si 933 inpotentum *CD* aduectia arabiam, *corr. Camerarius* 934 eo ubi thus *CD,* cubitus *B* 935 apsentium (abs. *CD*) atque *monosyllabum, cf. Lindsay journ. of phil. 21, 205* gallinatea *BD* 936 ninium *B cf. 1057* 937 quae: quia *B de versibus 4, 2, 94—96 v. ad v. 889* 940 qui de *Guietus,* quoad e *Lachmannus* 941 ⟨e⟩ *Pareus* 942 eo *B* doriola, *corr. Saracenus* 943 eo an tu *Ritschelius:* ante 944 alii di isse *Acidalius:* Calliclise *B,* calliclis *CD* 945 Deinde *Camerarius:* Mande 946—948 *amissa initia spatiis indicant CD; priora duo supplevi* 946 x O hercle *B,* o hercle *CD* nam *sq. demum Charmidi assignantur* 947 *incipit* Pre *B,* ere *CD* 948 Mit aut te, *supplevit Spengelius, cf. 883, Pers. 662 Amph. 541. 1144, Fronto 3, 6 in.* mostra *B* hominis *B* 949 hos ego 950 eum ipsum

illum quem tibi istás dedisse commemoras epistulas,
norisne hominem? Syc. Ne tu me edepol arbitrare beluam,
qui quidem nón novisse possim quicum aetatem exegerim.
an ille tam esset stultus, qui mihi mille nummum crederet
Philippum, quod me aurum deferre iussit ad gnatum suom
atque ad amicum Calliclem, quoi rem aibat mandasse hic suam?
mihi concrederet, nisi me ille ét ego illum nossem approbe?
Charm. Enim vero ego nunc sycophantae huic sycophantari volo,
si hunc possum illo mille nummum Philippum circumducere,
quod sibi me dedisse dixit, quem ego qui sit homo nescio
neque oculis ante hunc diem umquam vidi. eine aurum crederem,
quoi, si capitis res sit, nummum numquam credam plumbeum?
adgrediundust hic homo mi astu. heus, Pax, te tribus verbis volo.
Syc. Vel trecentis. Charm. Haben tu id aurum quod accepisti a Charmide?
Syc. Atque etiam Philippúm, numeratum illius in mensa manu,
mille nummum. Charm. Nempe ab ipso id accepisti Charmide?
Syc. Mirum quin ab avo eius aut próavo acciperem, qui sunt mortui.
Ch. Adulescens, cedo dum istuc aurum mi. S. Quod ego aurum dem tibi?
Ch. Quod a me te accepisse fassu's. S. Aps te accepisse? Ch. Ita loquor.
S. Quis tu homo es? Ch. Qui mille nummum tibi dedi ego sum Charmides.
Syc. Neque edepol tu is es neque hodie is umquam eris, auro huic quidem.
abi sis, nugator: nugari nugatori postulas.
Ch. Charmides ego sum. S. Nequiquam hercle es, nam nihil auri fero.
nimis argute óbrepsisti in eapse occasiuncula:
postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factu's Charmides;
prius tu non eras, quam aúri feci mentionem. nihil agis;
proin tu te, itidem ut charmidatus es, rursum recharmida.
Charm. Quis ego sum igitur, siquidem is non sum qui sum? Syc. Quid id ad me attinet?
dúm ille ne sis quem ego esse nolo, sis mea caúsa qui lubet.

952 nouerisne 954 tam *B:* ita *CD* nummos *CD* 955 philippeum *BC*, philipeum *D* adgnitum *B* 956 aiebat 957 nosse aprobe (aproprobe *D*); *cf. Gell. 6, 7, 5* 959 nummos *CD* philippo, *corr. Ritschelius* 961 aurum *Camerarius:* mirum 962 siet 963 adgrediundus est *B*, adgrediundumst *D* mi astu heus *B:* masticheus *CD* 965 philippeum *BC*, philipeum *D* 966 nummos *CD* nepe *B* 967 quid eiuis (*i. e.* eiius) *B* 969 ch. *om.* 970 est 971 tuis ses *BC* 972 asi sis *B*, ac si sis *CD*, *corr. Camerarius* 974 argute ⟨tu⟩ *Niemeyerus* obresisti 975 postu *BC* 976 non eras: nonieras *sup.* ie *scripto* se *B* aurifici 977 decharmida *Ritschelius;* charmido recharmido *velut* claudo recludo, probo reprobo *similia* 978 quis: quid *B*

prius non is eras qui eras: nunc is factu's qui tum non eras.
CHARM. Age si quid agis. SYC. Quid ego agam? CHARM. Aurum
redde. SYC. Dormitas, senex.
CHARM. Fassu's Charmidem dedisse aurum tibi. SYC. Scriptum quidem.
CHARM. Properas an non properas ire actutum ab his regionibus,
dormitator, prius quam ego hic te iubeo mulcari male?
SYC. Quam ob rem? CHARM. Quia illum quem ementitus es, ego sum
ipsus Charmides,
quem tibi epistulas dedisse aiebas. SYC. Eho, quaeso, an tu is es?
CHARM. Is enim vero sum. SYC. Ain tu tandem? is ipsusne es?
CHARM. Aio. SYC. Ipsus es?
C. Ipsus, inquam, Charmides sum. S. Ergo ipsusne es? C. Ipsissimus.
abin hinc ab oculis? SYC. Enim véro serio, quoniam advenis —
vapulabis meo arbitratu ét novorum aedilium.
CHARM. At etiam maledicis? SYC. Immo, salvos quandoquidem advenis —
di te perdant, si te flocci facio an periisses prius.
ego ob hanc operam argentum accepi, te macto infortunio:
ceterum qui sis, qui non sis, floccum non interduim.
ibo, ad illúm renuntiabo qui mihi tris nummos dedit,
ut sciat se perdidisse. ego abeo. male vive et vale.
qui te di omnes advenientem peregre perdant, Charmides. —

CHARM. Postquam illic hinc ábiit, post loquendi libere
videtur tempus venisse atque occasio.
iam dudum meum ille pectus pungit aculeus,
quid illi negoti fuerit ante aedis meas.
nam epistula illa mihi concenturiat metum
in corde et illud mille nummum quam rem agat.
numquam edepol temere tinnit tintinnabulum:

---

982 *de origine versus dubito* 983 ire *Guietus:* abire (abere *B*) 985 S. *om. B, ut notas passim* CH.: x *B* ementitu's is *Fleckeisenus, cf. Curc. 419 Epid. 448* 986 aiebat *B* quescan tuises *B*, quae *et post 6 litt. spat.* es *CD* 987 isipsusnesaio (*superscr. Θ*) Ip x ipsuses *B*, is ipsus es *reliquis omissis CD* 988 ipsus nes *B*, ipsus est *Priscianus 1, 84* 989 abin hinc *Guietus;* abhinc *codd., Priscianus* sero *Gulielmius* 990 uapulais *C*, uapulis *B*, uapulas *D, corr. Camerarius* 992 periisse, *corr. Camerarius* 993 inportunio 994 ceterum *Gulielmius:* sed erum interdum, *corr. Camerarius* 995 ad *ς:* id 996 siat *B* 997 qui te di *Scaliger:* quo di te 998 CHARMIDES (*om.* C) SENEX. DV. *BC*, SENES *D* 1000 Landudum *B* 1002 epistulae illae mihi concenturiant *Meierus* contenturiat metuum *B* 1004 numquem tinnit *om. CD* innabubulum *B*

nisi qui illud tractat aut movet, mutumst, tacet.
sed quis hic est, qui huc in plateam cursuram incipit?
lubet observare quid agat: huc concessero.

STASIMVS IV 3

Stasime, fac te propere celerem, recipe te ad dominum domum,
ne subito metus exoriatur scapulis stultitia tua.
adde gradum, adpropera. iam dudum factumst, cum abiisti domo.
cave sis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent,
si aberis ab eri quaestione. ne destiteris currere.
ecce hominem te, Stasime, nihili: satin in thermipolio
condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem?
recipe te et recurre petere ⟨re⟩ recenti. CHARM. Huic, quisquis est,
gurguliost exercitór: is hunc hóminem cursuram docet.
STAS. Quid, homo nihili, non pudet te? tribusne te poteriis
memoriam esse oblitum? an vero, quia cum frugi hominibus
ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus?
Truthus fuit, Cerconicus, Crinnus, Cercobulus, Collabus,
oculicrepidae cruricrepidae, ferriteri mastigiae:
inter eosne homines condalium te redipisci postulas?
quorum eorum únus surrupuit currenti cursori solum.

1005 mutus, *corr. Pareus* 1007 concessero. Stasimus charmides *B* SERVVS SENEX C (C *om. C*) *BC*, STASIMVS SERVVS CHARMIDES SENEX *D* K *Stasimi*, Θ *Charmidis nota B* 1009 stultitia tua *Camerarius:* stultitiam 1010 iandudum factum si *B* abisti 1011 *ut in Manen scilicet* (*Athen. 11, 487c sq.*) 1012 abieris, *corr. Camerarius* 1013 ecce te hominem *Bachius in Studemundi stud. 2, 396* nihil in *om. CD* termipolio *B*, thermopolio *CD* 1014 thermopŏto *a* θερμοπότης, *comice post thermipolium* 1015 ⟨re⟩ *Camerarius* 1016 cursur indocet *B* *cf. Pseud. 716* 1017 poteris 1018 memoria, *corr. Seyffertus* 1020 truchus *C*, terruchus *D* cernonicus *D, corr. D*[1] *conieci* Struthus fuit, Circonicus, *scilicet* Στροῦθος (*IGI 421*, I, *26; notare passer solet τὸν καταφερῆ καὶ λάγνον, cf. Κερκόβουλος, sed etiam furaci aptum nomen*) Κιρκόνυχος (*cf. Pseud. 852* miluinis aut aquilinis ungulis). *deinde* Crimnus *Scaliger* (*cf. Herond. 6, 5 τἄλφιτ' ἢν μετρῇ, τὰ κρῖμν' ἀμιθρεῖς, idem 4, 45 τὴν ἀνώνυμον κέρκον*); Collabum *κόλλαβον illustravit Rischelius op. 3, 345. nisi haec quoque furum nomina sunt:* Crius (*κριός quasi τοιχωρύχος, cf. Aristopho Athen. 238c*), Cercnobulus (*κέρχνη, Hesych. κέρκνος: ἱέραξ*), Collabus *μειξοβάρβαρον quasi συλλαβών* 1021 collicrepidae *Beckerus; exc. Vales. 14, 87* (*p. 303 G.*) tortus ita ut oculi eius creparent *contulit Schoellius* cruristrepidae *Loewius* 1023 quorum eorum *cf. ad Cist. 691; Haasius et Schmalzius ad Reisigii praelect. gramm. 3, 125 sq. Schm., Bachius de attr. inv. 21; adde Varronis rer. rust. 1, 12, 3; 3, 6, 4 rem narrat quasi ab uno ex illis perpetratam*

CH. Ita me di ament, graphicum furem. S. Quid ego quod periit petam?
nisi etiam laborem ad damnum ápponam epithecam insuper.
quin tu quod periit periisse ducis? cape vorsoriam,
recipe te ad erum. CHARM. Non fugitivost hic homo, commeminit domi.
STAS. Vtinam veteres homin⟨um mor⟩es, veteres parsimoniae
potius ⟨in⟩ maiore honore hic essent quam mores mali.
CHARM. Di immortales, basilica hic quidem facinora inceptat loqui.
vetera quaerit, vetera amare hunc more maiorum scias.
STAS. Nam nunc mores nihili faciunt quod licet, nisi quod lubet:
ambitio iam more sanctast, liberast a legibus;
scuta iacere fugereque hostis more habent licentiam:
petere honorem pro flagitio more fit. CHARM. Morem improbum.
STAS. Strenuiores praeterire more fit. CHARM. Nequam quidem.
STAS. Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam,
magisque is sunt obnoxiosae quam parentes liberis.
eae miserae etiam ad parietem sunt fixae clavis ferreis,
ubi malos mores adfigi nimio fuerat aequius.
CHARM. Lubet adire atque appellare hunc; verum ausculto perlubens
et metuo, si compellabo, ne aliam rem occipiat loqui.
STAS. Neque istis quicquam lege sanctumst: leges mori serviunt,
mores autem rapere properant qua sacrum qua publicum.
CHARM. Hercle istis malam rem magnam moribus dignumst dari.
S. Nonne hoc publice animum advorti? nam id genus hominum omnibus
univorsis est advorsum atque omni populo male facit:
male fidem servando illis quoque abrogant etiam fidem,
qui nil meriti; quippe eorum ex ingenio ingenium horum probant.

1024 amant quod *B:* quid *CD* 1025 apothecam, *corr. Camerarius; fort.* prosthecam 1028 homines, *supplevit Lindemannus* 1029 maiori honori, *corr. Lomanus* 1031 querit *B*, quae | Erit *CD* morem, *corr. Dousa* 1032 mores: *effiguratio per totum locum pertinet* (*cf. 28 sq.*)*;* homines *Bergkius* nihil, *corr. Scaliger* 1033 *videtur interpolatus esse, cf. 1035 sq. 1043* (*post 1034 posuit Bergkius*) 1035 honore *BC* 1036 strenuos, *correxi; cf. Epid. 446* (strenuosos *Loewius gloss. nom. 212, sed cf. corp. gl. 5, 390, 49*) quidem *B:* idem *CD* 1038 magis qui sunt, *corr. Spengelius, cf. Muellerus pros. add. 82* obnoxiosi, *corr. Brantius* liberi 1039 ea miserere, *corr. Merula* 1042 et *Acidalius:* sed 1043 isti sanctust *B* 1044 pullicum *B, item 1046. 1057* 1045 *accedit A* ercle *A* dignust *AB* 1046 nonne *AP:* non *Guietus; cf. Curc. 200* animaduerti *A* omnibus *AP*: hominibus *Merula* 1049 eorum ex *A:* exeorum *P. cf. mus. Rhen. 38, 4 sq.; sed subiectum mutatur ut 813, Men. 454, cf. Brixius ad Capt. 266, et loquendi genus est quod Pers. 212, Ter. Eun. 198 Haut. 880, Turpil. 19 R., Cic. pro Rosc. Am. 26*

hoc qui in mentem venerit mihi? re ipsa modo commonitus sum.
si quoi mutuom quid dederis, fit pro proprio perditum:
quom repetas, inimicum amicum beneficio invenias tuo.
si mage exigere occupias, duarum rerum exoritur optio:
vel illud quod credideris perdas, vel illum amicum amiseris.
CH. Meus est hic quidem Stasimus servos. S. Nam ego talentum mutuom
quoi dederam, talento inimicum mi emi, amicum vendidi.
sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis
potius quam, id quod proxumumst, meo tergo tutelam geram.
eo domum. CH. Heus tu, asta ilico. audi. S. Heús tu, non sto. CH. Te volo.
ST. Quid si ego me te velle nolo? CH. Aha nimium, Stasime, saeviter.
S. Emere meliust cui imperes. CH. Pol ego emi atque argentum dedi;
sed si non dicto audiens est, quid ago? STAS. Da magnum malum.
CHARM. Bene mones, ita facere certumst. STAS. Nisi quidem es obnoxius.
CHARM. Si bonus es, obnoxius sum; sin secus es, faciam ut iubes.
STAS. Quid id ad me attinet, bonisne servis tu utare an malis?
CHARM. Quia boni malique in ea re pars tibi est. STAS. Partem alteram
tibi permitto; illam alteram ápud me, quod bonist, apponito.
CHARM. Sí eris meritus, fiet. respice huc ad me. ego sum Charmides.
STAS. Hem quis est qui mentionem homo hominis fecit optumi?
CHARM. Ipsus homo optumus. STAS. Mare terra caelum, di vestram fidem,
satin ego oculis plane video? estne ipsus an non est? is est,
certe is est, is est profecto. o mí ere exoptatissime,
salve. CH. Salve, Stasime. S. Salvom te — CH. Scio et credo tibi.
sed omitto alia, hoc mihi responde: liberi quid agunt mei,
quos reliqui hic filium atque filiam? STAS. Vivont, valent.

1050 immenté *sic B* modo re ipsa commotus sum *A* 1051 si cui *A:* si quid *P* dederit *P* fit propio *A*[1], *corr. A*[2] 1052 quom *B:* qum *A*, quoniam *CD* inuenias ex beneficio tuo *A* 1053 exigere occipias *A:* exgenere cupias *P* 1054 amiseris *AD*[1]*:* miseris *P* 1053. 1054 *eiecit Bergkius* 1055 meust *A* 1056 cui *A:* quod *P* vendedi *B* 1057 puplicis *C* (*v. ad 1044*) 1058 proximum est *A*, proxumust *P* tutelam *A:* tute (cute *B*) iam *P* 1059 ST.: *spat. A, om. P* (audi, heus tu. ST. non sto *vulgo. ludit Stasimus repetita compellatione*) † te volo *A: om. P* 1060 ego me *A:* egomet *P* uellẹṭ *A* aha nimium *A:* ha nimium *P*, animum *Nonius 511* 1062 es *P* da magnum *A:* damnum *B*, dampnum *CD* 1063 certum est *A*, certunst *P* 1064 est *bis Lambinus* uti iubes *P:* ut mones *A* 1067 apud *A:* ad *P* 1068 fiet *A:* fies *P* ad me huc *P* 1069 *incipiunt in D personarum notae* (*cf. ad v. 1*), *rariores inde a v. 1125, rarissimae a v. 1155* facit homo hominis *P; cf. Baierus de Pl. fab. rec. 136* 1070 ipse *P* hohomo *A* 1071 oculis ego *A* ipsus *P:* hic *A* 1072 is est *alterum om. A* 1074 ọmitte *A, cf. ad Capt. 964* 1075 uiunt *A*

Ch. Nempe uterque? S. Vterque. Ch. Di me salvom et servatum volunt.
cetera intus otiose percontabor quae volo.
eamus intro, sequere. S. Quo tu té agis? Ch. Quonam nisi domum?
Stas. Hicine nos habitare censes? Charm. Vbinam ego alibi censeam?
S. Iam — Ch. Quid iam? S. Non sunt nostrae aedis istae. Ch. Quid ego ex te audio?
Stas. Vendidit tuos natus aedis. Charm. Perii. Stas. Praesentariis
argenti minis numeratis — Ch. Quot? S. Quadraginta. Ch. Occidi.
quis eas emit? Stas. Callicles, cui tuam rem commendaveras;
is habitatum huc commigravit nosque exturbavit foras.
Charm. Vbi nunc filius meus habitat? Stas. Hic in hoc posticulo.
Charm. Male disperii. Stas. Credidi aegre tibi id, ubi audisses, fore.
Charm. Ego miserrumis periclis sum per maria maxuma
vectus, capitali periclo per praedones plurimos
me servavi, salvos redii: nunc hic disperii miser,
propter eosdem quorum causa fui hac aetate exercitus.
adimit animam mi aegritudo. Stasime, tene me. Stas. Visne aquam
tibi petam? Ch. Res quom animam agebat, tum esse offusam oportuit.

CALLICLES IV 4

Quid hoc hic clamoris audio ante aedis meas?
Charm. O Callicles, o Callicles, o Callicles,
qualine amico mea commendavi bona?
Call. Probo et fideli et fido et cum magna fide.
et salve et salvom te advenisse gaudeo.
Charm. Credo, omnia istaec si ita sunt ut praedicas.

1077 ociosse *B* percunctator *CD*, per••••stabor *B* 1078 quonam tu te agis ✝ quonam cen⟨ses nisi domum⟩ *A hic desinens* (*supplevit Studemundus*) 1079 hiccine *CD* 1080 ste *B*, *om. CD;* istae *i. e. quas tu putas. aliter Bachius in Studemundi stud. 2, 238* 1082 quod 1083 quis *B:* qui *CD* 1087 miserum meis periculis aerumnis *Bergkius op. 1, 69* 1088 periculo 1089 salus *BCD*[1] *cf. Ovid. trist. 5, 2, 29 sq.; nisi Plautina haec fuerunt:* ego miserrumis periclis cum per maria maxuma me seruaui, saluos redii, nunc hic disperii miser 1090 hoc aetate *'masculini generis' Nonius 192, i. e.* hoc aetatis, *soloece* 1092 quom *B:* quoniam *CD* offusa *addit* Callicles Charmides Stasimus *B* 1093 SENES. II SERVVS C. *B*, CALLICLES CHARMIDES (CARM. *D*) SENEX II (SENES *D*) STASIMVS SERVVS *CD* *notae* B Θ K *Calliclis Charmidis Stasimi B post v.* 1097 *lacunam statuit Ritschelius, cuius argumentum indicavit parerg. 561* (*praef. ed. 3. p. 29*). *potius videtur tantum compendiaria scaena, quam in locum Plautinae concedere actor iusserit, servata esse*
1098 sunt *Ritschelius:* st

sed quis iste est tuos ornatus? CALL. Ego dicam tibi.
thensaurum effodiebam intus, dotem, filiae
tuae quaé daretur. sed intus narrabo tibi
et hoc et alia. sequere. CH. Stasime. ST. Hem. CH. Strenue
curre in Piraeum, atque unum curriculum face.
videbis iam illic navem qua advecti sumus.
iubeto Sangarionem quae imperaverim
curare ut efferantur, et tu ito simul.
solutumst portitori iam portorium:
nihil est morae. i, i, ambula, actutum redi.
STAS. Illic sum atque hic sum. CALL. Sequere tu hac me intro. —
CHARM. Sequor. —
STAS. Hic meo ero amicus solus firmus restitit,
neque demutavit animum de firma fide,
quamquam labores multos
sed hic unus, ut ego suspicor, servat fidem.
+ ob rem laborem eum ego cepisse censeo. —

LYSITELES V 1

Hic homóst omnium hominum praécipuos,
voluptátibus gaudiisque ántepotens:
ita cómmoda quae cupio éveniunt,
quod ago ádsequitur, subest, súbsequitur,
ita gaúdiis gaudium súppeditat.
módo me Stasimus Lesbonici servos convenit ⟨domi⟩;
is mihi dixit, suom erum peregre huc advenisse Charmidem.
nunc mi is propere conveniundust, ut quae cum eius filio

1100 thesaurum *BC* 1103 inpira euum *B*, inpira aeuum *CD* 1105 uideto, *corr. Pius* 1107 solutust 1108 morae i i *Taubmannus:* moracii *BC*, moratii *D; cf. Poen. 717 Asin. 108.* i ambula *dictum ut* uise specta, fabricare finge, adi et congredere *et eius generis plurima* 1109 me hac *CD* 1110 amico 1112—1114 *ut supra codd., nisi quod* susspicor *B praebet, in fine addens* Lysitelis. *sic restituit, ab Hermanni inventis profectus, Ritschelius:* quamquam labores multos ob rem et liberos ⟨apsentis mei eri⟩ eum ego cepisse censeo. sed hic *e. q. v.; unum desideramus, versum scilicet versusve ante ultimum talis sententiae:* atque omnes homines esse dixi perfidos 1115 ADVLESCENS. C. *B*, LYSITELIS (LIS. *D*) ADVLESCENS *CD* 1115—1119 *disp. B:* Hic — ante potens | Ita — subest | Subsequitur — suppeditat 1116 ante ponens *CD* 1118 *vocatum accurrit, prope est, pedibus adhaeret* (*quasi canis*). subit *Acidalius* 1119 ita *delendum; sic in metro decimo catalexis fit* suppetat *CD* 1120 ⟨domi⟩ *Ritschelius*

egi, ei rei fundus pater sit potior. eo ⟨quantum potest⟩.
sed fores haé sonitu suo mihi moram obiciunt incommode.

CHARMIDES V 2

Neque fuit neque erit neque esse quemquam hominem in terra arbitror,
quoi fides fidelitasque amicum erga aequiperet tuam;
nam exaedificavisset me ex his aedibus, apsque te foret.

CALLICLES

Si quid amicum erga bene feci aut consului fideliter,
non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.
[nam beneficium, homini proprium quod datur, + prosumpserit,
quod datum utendumst, id repetundi copiast quando velit.]
CHARM. Est ita ut tu dicis. sed ego hoc nequeo mirari satis,
eum sororem despondisse suam in tam fortem familiam.
CALL. Lysiteli quidem Philtonis filio. LYS. Enim me nominat.
CHARM. Familiam optumam occupavit. LYS. Quid ego cesso hos conloqui?
sed maneam etiam opinor, namque hoc commodum orditur loqui.
CH. Vah. CALL. Quid est? CH. Oblitus intus dudum tibi sum dicere:
modo mi advenienti nugator quidam occessit obviam,
nimis pergraphicus sycophanta; is mille nummum se aureum
meo datu tibi ferre et gnato Lesbonico aibat meo;
quem ego nec qui esset noram, neque eum ante usquam conspexi prius.
sed quid rides? CALL. Meo adlegatu venit, quasi qui aurum mihi
ferret aps te, quod darem tuae gnatae dotem, ut filius
tuos, quando illi a me darem, esse allatum id aps te crederet
neu qui rem ipsam posset intellegere, [et] thensaurum tuom
me esse penes, atque eum [a] me lege populi patrium posceret.

1123 fundus *cf. Buecheleri Vmbr. 104* *supplevi sententiam* 1124 *addit* Chamides Callides Lystelis Lesbonicus *B* 1125 SENES (-EX *C*) ·II· ADVLESCENS ·II· C. (C. *om. C*) *BC*, CAL CAR SENES ·II· LISIT ADOL *D* Θ B E Z *notae Charmidis Calliclis Lysitelis Lesbonici*, E *et* Z *saepe permutatae B* in terra *Camerarius:* interdum 1126 tuam *Ritschelius:* suum 1127 absque te foret *ante* ex *Ritschelius* 1128 benefici *B* 1129 arbritror *B* 1130 proprium (pro suo *Vssingius*) sumpserit *Camerarius*, prosum perit *Boxhornius* 1131 datumst (datur *Bothius*) utendum *Muellerus pros. 403* uelis *D* *sententia duorum versuum plane aliena, quae neque ad beneficium quod Charmides dixit referri possit neque vero ad thesaurum, quem nemo Callicli utendum dedit* 1132 nequeo ς: metuo 1134 B *B: om. D* piltonis Θ *B* 1137 E Vha Θ Videst B *B* (Vha *etiam CD*) 1138 accessit, *corr. Gulielmius* 1139 aurum, *corr. Camerarius* 1140 alebat 1141 nec qui *Merula:* nequi usque *B* 1145 quis, *corr. Acidalius* [et] *Bothius* 1146 [a] *Muellerus pros. 381, Abrahamus stud. Pl. 188*

CHARM. Scite edepol. CALL. Megaronides communis hoc meus et tuos
benevolens commentust. CHARM. Quin conlaudo consilium et probo.
LYS. Quid ego ineptus, dum sermonem vereor interrumpere,
solus sto nec quod conatus sum agere ago? hominis conloquar.
CH. Quis hic est, qui huc ad nos incedit? L. Charmidem socerum suom
Lysiteles salutat. CHARM. Di dent tibi, Lysiteles, quae velis.
CALL. Non ego sum salute dignus? LYS. Immo salve, Callicles;
hunc priorem aequomst me habere: tunica propior palliost.
CALL. Deos volo consilia vostra ⟨vobis⟩ recte vortere.
CHARM. Filiam meam tibi desponsam esse audio. LYS. Nisi tu nevis.
CH. Immo haud nolo. L. Sponden ergo tuam gnatam uxorem mihi?
CHARM. Spondeo, et mille auri Philippum dotis. LYS. Dotem nil moror.
CHARM. Si illa tibi placet, placenda dos quoque est quam dat tibi.
postremo quod vis non duces, nisi illud quod non vis feres.
CALL. Ius hic orat. LYS. Impetrabit te advocato atque arbitro.
istac lege filiam tuam spónden mi uxorem dari?
CH. Spondeo. C. Et ego spondeo ídem hoc. L. Oh salvete, adfines mei.
CHARM. Atque edepol sunt res, quas propter tibi tamen suscensui.
LYS. Quid ego feci? CHARM. Meum corrumpi quia perpessu's filium.
LYS. Si id mea voluntate factumst, ⟨est⟩ quod mihi suscenseas.
sed sine me hoc aps te impetrare quod volo. CH. Quid id est? L. Scies.
si quid stulte fecit, ut ea missa facias omnia.
quid quassas caput? CH. Cruciatur cor mi, et metuo. L. Quidnam id est?
CHARM. Quom ille itast ut esse nolo, id crucior; metuo, si tibi
denegem quod me oras, ne te leviorem erga me putes.
non gravabor. faciam ita ut vis. LYS. Probus es. eo, ut illum evocem.
CHARM. Miserumst, male promerita, ut merita sunt, si ulcisci non licet.

1148 comentust *B*, commetust *C* quinunc laudo *CD* (*scil.* quin claudo *B*) 1152 Lysteus CH. *om.* 1153 E *B* dignus salutis *Nonius 497, cf. Poen. 256* Θ *B* 1154 t. p. p. *Calliclis* 1155 *Charmidis, corr. Ritschelius* Deus *B* ⟨uobis⟩ *Hermannus* (*cf. Kaempfius de pron. pers. 21*); *Curc. 658* 1156 desponsatam *CD, Nonius 144; cf. Mil. 1007* Z *B, item pro Lysitele 1157. 1158* tu neuis *Nonius: om.* 1157 spondent *CD* 1158 morer *B* 1159 CH. *om.* 1160 fores *CD* 1161 Lus *B,* uis *C* Θ *B* at uocato *B* arbitrio *CD* 1162 E *praem. B,* L *D, spat. C* 1163 *cf. Curc. 675* 1165 B *praem. B, item 1178, ante* Ego *1179, ceterum Callicles cum Charmide et Lesbonico colloquitur* (*sed cf. ad 1174. 1179*), *quod correxit Ritschelius* 1166 ⟨est⟩ *Camerarius post hunc versum lacunam statuit Ritschelius; v. 1164—1166 contrarii sunt narrationi v. 108 sq.* 1167 es B cies 1168 missam 1170 istast 1172 Θ *praem. B, spat. CD* ses *B* 1173 Miseris mst *B* sunt si *Lindemannus:* sinis

LYS. Aperite hoc, aperite propere et Lesbonicum, si domist,
[foras] evocate: ita subitost propere quod eum conventum volo.

LESBONICVS

quis homo tam tumultuoso sonitu me excivit [subito] foras?
LYS. Benevolens tuos atque amicus. LESB. Satine salve? dic mihi.
LYS. Recte. tuom patrem rediisse salvom peregre gaudeo.
LE. Quis id ait? LY. Ego. LE. Tun vidisti? LY. Et tute item videas licet.
LESB. O pater, pater mi, salve. CHARM. Salve multum, gnate mi.
LESB. Si quid tibi, pater, laboris — CHARM. Nihil evenit, ne time:
bene re gesta salvos redeo — si tu modo frugi esse vis.
haec tibi pactast Callicli ⟨huius⟩ filia. LESB. Ego ducam, pater,
et eam et si quam aliam iubebis. CHARM. Quamquam tibi suscensui,
miseria ⟨una⟩ uni quidem hominist adfatim. CALL. Immo huic parumst,
nam si pro peccatis centum ducat uxores, parumst.
LESB. At iam posthac temperabo. CHARM. Dicis, si facies modo.
LYS. Numquid causaest quin uxorem cras domum ducam? CHARM. [optimumst.] Licet.
tu in perendinum paratus sis ut ducas. ω. Plaudite.

1174 Θ *B* et lesbonicum si domist *CD:* quod eum conuentum *B* 1175 [foras] *Guietus* 1176 [subito] *Guietus* 1177 amicus *Donatus ad Eun. 5, 5, 8:* amicus est *B*, amicumst *CD* satin est salue *CD*, satinst salue *B; cf. ad. Stich. 10* 1178 gaudeo: *expectamus* nuntio 1179 *spat. ante* et idem, *corr. Bothius* 1182 redio *B* frugies seus *B* 1183 ⟨huius⟩ *Hermannus* 1184 et eam *Bothius:* etiam CH.: Ɛ *B* 1185 B *praem. B, corr. Lomanus* ⟨una⟩ *Lambinus* at fatim (fati *B*) C. *Lomanus:* Ɛ *B* 1186 uxoris *B* 1187 faciaes *B*, facias *Camerarius* 1188 Ɛ *B, corr. Grauertus* nunc quid causa est ducat *CD* otimust *B; cf. Baierus de Plauti fab. rec. 80. vel scribendum* optumast 1189 B *praem. B* ω *B: om. CD* PLAVTI TRINVMMVS (TRINVMNVS *B*) EXPLICIT *BCD*



TRVCVLENTVS

ARGVMENTVM

Tres unam pereunt adulescentes mulierem,
Rure unus, alter urbe, peregre tertius;
Vtque ista ingenti militem tangat bolo,
Clam sibi supposuit clandestino éditum.
Vi magna servos est ac trucibus moribus,
Lupae ni rapiant domini parsimoniam;
Et is tamen mollitur. miles advenit
Natique causa dat propensa munera.
Tandem compressae pater cognoscit omnia,
Vtque illam ducat qui vitiarat convenit,
Suomque is repetit a meretrice subditum.

INCIPIT TRVCVLENTVS (TR. *bis B*) ARGVMENTVM *BCD* 1 perunt *B* 5 at crucibus *B*, attrucibus *CD* imoribus *B* 6 Lut (It *D*, I *C*) poeni rapiant, *corr. Pylades* parsimonia *B* 7 et is: edis *B* 8 natimque *B* 9 Tamen 10 illam *Camerarius:* litam

PERSONAE

DINIARCHVS adulescens
ASTAPHIVM ancilla
TRVCVLENTVS servus
PHRONESIVM meretrix
STRATOPHANES miles
CYAMVS servus
STRABAX adulescens
CALLICLES senex
ANCILLAE

SCAENA ATHENIS

---

de truculenti nomine ad v. 256

PROLOGVS

Perparvam partem postulat Plautus loci
de vestris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sine architectis conferat.
quid nunc? daturin estis an non? adnuont.
scio rém quidem urbis me ablaturum sine mora;
quid si de vostro quippiam orem? abnuont.
eu hercle in vobis resident mores pristini,
ad denegandum ut celeri lingua utamini.
sed hoc agamus quá huc ventumst gratia.
Athenis mutabo ita ut hoc est proscaenium
tantisper dum transigimus hanc comoediam.
hic habitat mulier, nomen cui est Phronesium;
haec huius saecli mores in se possidet:
numquam ab amatore [suo] postulat id quod datumst,
sed relicuom dat operam ne sit relicuom,
poscendo atque auferendo, ut mos est mulierum;
nam omnes id faciunt, cum se amari intellegunt.

*   *

PROLOGVS BD^2, EXPLICIT ARG. PROLOGVS INCIPIT *C* 1—3 *correcta praebent Apuleius florid. 4, 18 fere et Priscianus 2, 421* 1 p. artem p. plaudi locu 2 deum eris magnis 3 sine arcus pletis 4 adnunt 5 melior me quidem uobis, *correxi* (*cf. I. Langius Fleckeis. ann. 1889, 174*) abiaturum 6 ore *CD; fort.* ⟨iam⟩ abnuont, *nam nondum oravit* abduunt, *corr. Camerarius* 7 eum, *corr. Spengelius* inuodiis *B*, in odiis *CD*, *corr. Camerarius* more *B* 8 utanimi *B* 9 quia *D*, quoia *Bergkius* uentust *B* 10 athinis *B* mutabo *L.*: tracto *i. e. hoc proscaenium ita ut est* proscinium *B*, proschenium *CD* 11 tantis perdunt transicimus *B* 12 nomine phonesium *B* 14 [suo] *Weisius* 15 reliquam, *corr. Merula* reliquum *post* 17 *lacunam agnovit Kiesslingius; scilicet fragmentum servatum est ex altera prologi parte*

ea se peperisse puerum simulat militi,
quo citius rem ab eo averrat cum pulvisculo.
quid multa? + stuic superet muliere
+ hiscum anima ad eum habenti erce teritur.

* *

---

19 auferat, *corr. Weisius* 20 Stuic superet muliere *lacuna signata B:* Superet (—rē *D*) mulierem *CD* *ultima mutilati prologi frustula emendationem non admittunt*

DINIARCHVS

Non omnis aetas ad perdiscendum sat est
amanti, dum id perdiscat, quot pereat modis;
neque eam rationem eapse umquam educet Venus,
quam penes amantum summa summarum redit,
quot amans exemplis ludificetur, quot modis
pereat quotque exoretur exorabulis:
quot illíc blanditiae, quót illic iracundiae
sunt, quot supplicia danda, di vostram fidem, hui,
quid perierandum est etiam, praeter munera:
primumdum merces annua, is primus bolust,
ob eam tres noctes dantur; interea loci
+ aut ara aut vinum aut oleum aut triticum,
temptat benignusne an bonae frugi sies:
quasi in piscinam rete qui iaculum parat,
quando abiit rete pessum, adducit lineam;
si inierit rete piscis, ne effugiat cavet:
dum huc dum illuc rete ⟨circumv⟩or⟨tit⟩, impedit
piscis usque adeo donicum eduxit foras.
itidem si amator id quod oratur dedit

DIMARCHVS (DINARCHVS *CD*) · DV · *BCD*   22 sat est *item Priscianus 2, 421:* est satis *Varro de l. l. 6, 11*   23 amanti dum hic p. quod p. modis *Priscianus*, nam antidum id p. ad quod p. motus *codd.*   24 eam rationem ea ipsa *Priscianus*, ea ratione me abse (me absque se *CD*) *codd.*   edocuit *Priscianus*   25 penis amantum suumma *B*   26 quod *BD*   quod *B*, *item 28. 29*   27 quoque *B*   exoritur   28 blanditer   29 s. q. sui perclamanda, *corr. Buechelerus. cf. Ter. Eun. 69*   31 miros annua is *B*, miror annuus *CD*, *corr. Gronovius*   primos *B*   ebolust, *corr. Camerarius*   32 noctis   dutor *B*, tutor *CD*, *corr. Bothius*   33 ara ut *B*   *fort.* aut ⟨poscit⟩ carnem aut uinum   34 ambo ne *B*   36 persum *C*, *cf. ad Pers. 740*   lineam *Studemundus:* finfa *B*, infra *CD*   37 siniecit *B*, sinietit *CD*, *corr. Buechelerus*   38 [dum] illuc *Buechelerus*   circumuortit *Buechelerus:* or   39 discis *B*   dolium foras eduxit, *corr. Saracenus, Camerarius*   40 ibidem   si amator *L.:* est amator set (sed *CD*, si ς); *cf. ad Trin. 722*

atque est benignus potius quam frugi bonae
[adduntur noctes, interim ille hamum vorat],
si semel amoris poculum accepit meri
eaque intra pectus se penetravit potio,
extemplo et ipsus periit et res et fides.
si iratum scortumst forte amatori suo,
bis perit amator, ab re atque ⟨ab⟩ animo simul;
sin alter altri propitiust, idem perit:
si raras noctes ducit, ab animo perit;
sin crebras ducit, ipsus gaudet, res perit.
+ iteca in aedibus lenosis + 50a
prius quam únum dederis, centum quae poscat parat:
aut periit aurum aút conscissa pallula est
aut empta ancilla aut aliquod vasum argenteum
aut vasum ahenum antiquom aut lectus + laptiles
aut armariola Graeca, aut aliquid semper ⟨est⟩
quod + petra debeatque amans scorto suo.
atque haec celamus nos clam magna industria,
quom rem fidemque nosque nosmet perdimus,
ne qui parentes neu cognati sentiant;
quos cum celamus si faximus conscios,
qui nostrae aetati tempestivo temperent,
unde anteparta demus postpartoribus,
faxim lenonum et scortorum + plus est 62a
et minus damnosorum hominum quam nunc sunt siet.

42 hamam *B* *nec recte hamus infertur post rete nec v. 43 recte ad additas tantum noctes refertur* 43 mere, *corr. Bothius* 45 perit 46 scortum fortest, *corr. Lambinus* (est *post* iratum) 47 periit ⟨ab⟩ *Lambinus* 48 alter: aliter *C* alteri potius est, *corr. Buechelerus; cf. 381* 49 periit 50 sin crebras ducit *Studemundus:* sin crebrauit *B*, si increbrauit *D*¹ (sin increbrauit *Camerarius male*), siincrepauit *CD*² gaudit *B* 50a iteca *B:* ita et *CD; velut* i⟨ta agitur⟩ tecum lenoniis ς 52 perit, *item Porphyrio ad Hor. ep. 1, 17, 55* aurum periit *Camerarius* aut conscissa est pallula *Porphyrio,* conscissa pallula est *codd.* 53 tempta *B* 54 antiquom *Buechelerus:* aliquod electus *B* electus lapis *Buechelerus,* lectus sculptilis *Kiesslingius* 55 ⟨est⟩ *Camerarius* 56 praestet *Buechelerus* 57 celumus *B* clam *cf. Poen. 1239;* damna ς mina, *correxi* (summa *Gronovius*), *cf. Cas. 45 Vidul. 42* 58 quoniam *CD* 59 ne qui *Buggius:* neque parentis neu *B:* neque *CD* cognatis *B* 60 facimus, *corr. Camerarius* conscias 61 temperint 62 unne *B* anteparata, *corr. Saracenus* 62a *cf. 64, fuerit* scortorum hic posthac minus (*Camerarius*) 63 minos *B* dampnosorum *CD,* damnos horum *B*

nam nunc lenonum et scortorum plus est fere,
quam olim muscarum est cum caletur maxime.
nam nusquam alibi si sunt, circum argentarias
scorta ⟨et⟩ lenones qui sedent cottidie,
ea nimia est ratio; quippe qui certo scio,
ibi plus scortorum esse iam quam ponderum.
quos quidem quam ád rem dicam in argentariis
referre habere, nisi pro tabulis, nescio,
ubi aera perscribantur usuraria:
accepta dico, expensa ne qui censeat.
postremo id magno in populo + mulier hominibus,
re placida atque otiosa, victis hostibus:
amare oportet omnes qui quod dent habent.
nam mihi haec méretrix quae hic habet, Phronesium,
suom nómen omne ex pectore exmovit meo,
phronesim, nam phronesis est sapientia.
nam me fuisse huic fateor summum atque intumum,
quod amantis multo pessimum est pecuniae;
eadem postquam alium repperit qui plus daret,
damnosiorem, + mihi exinde immovit loco,
quem antehác odiosum sibi esse memorabat mala,
Babyloniensem militem. is nunc dicitur
venturus peregre; eo nunc commenta est dolum:
peperisse simulat sese, ut me extrudat foras
atque ut cum solo pergraecetur milite;
eum esse simulat militem puero patrem.
eum isti suppositum puerum opinor pessumae.

---

64 ⟨hic⟩ plus *Ritschelius* ferre *CD* 65 *post* 66, *corr. Camerarius* quam *CD:* quamnus *B* 67 scorta et *Scaliger:* scorti qui *Buechelerus:* quasi cotidie *CD* 68 ea *CD:* fa *B* 69 ibi *Seyffertus:* eri iam *ς:* eam 70 quas *Ritschelius* equidem *Bentleius* 72 aera *Camerarius:* ae *B*, hę *CD* 73 accipiat d. e. neque c., *corr. Acidalius* 74 populo in *B;* in magno populo *Camerarius* ⟨in⟩ multis *Camerarius; fort.* ludi est 75 plagida *cf. Poen. 524* 77 haec ⟨nunc⟩ *Muellerus* pronesium *B* 78 omnes, *corr. Camerarius* 78ª phronesium nam *cf. Vahlenus Herm. 17, 275sq.* 81 reperit *B*, repperi *CD* pius *B*, prius *CD* 82 exine *B* illum exin summo habuit loco *Buggius* 83 Qui manifesta ac odiosum, *corr. Buechelerus* 86 reperisse 87 *post* 88, *corr. Dousa* peregre getur militi 88 cum esse simulant puerum *B* 88ª opus, *corr. Dombartus Philol. 28, 732* pessime *BD*, pessum *C*

mihi verba retur dare se? án me censuit
celare se potesse, gravida si foret?
nam ego Lemno advenio Athenas nudius tertius,
legatus hinc quo cum publico imperio fui.
sed haec quidem eius Astaphium est ancillula;
cum ea quoque etiam mihi fuit commercium.

ASTAPHIVM I 2

Ad fores auscultate atque adservate aedis,
ne quis adventor gravior abaetat quam adveniat,
neu, qui manus attulerit steriles intro ad nos,
gravidas foras exportet. novi ego hominum mores;
ita nunc adulescentes morati sunt: quini
aut seni adveniunt ad scorta congerrones;
consulta sunt consilia: quando intro advenerunt,
oenús eorum aliqui oscúlum amicae usque oggerít, dum illi agant ceterí cleptae;
sin vídent quempiam se adsérvare, obludiánt qui custodem óblectent
per ióculum et ludum; dé nostro saepe édunt: quod fartorés, faciunt.
fit pól hoc, et pars spectátorum scitís pol haec vos me haud méntiri,
+ ibi sibus pugnae et vírtuti de praédonibus praedám capere.
at ecástor nos rursúm lepide referímus gratiam furíbus nostris:

89 berba *B* sese *Lambinus* 90 potest. se *B* 91 adueni *Geppertus* 92 quod quo hinc *Bothius* 93 sed haec quibus melius est a. est a., *corr. Seyffertus* 94 ea ς: ergo comertium *B* ASTAPIVM (ASTAPHIVM CD^2) ANCILLA DIMARCVS (DINARCVS CD^2) IDEM BCD^2 95—98 *adfert Priscianus 2, 425 (de metr. Terent. 18), Plautum eodem metro usum esse dicens quo usus sit Terentius in Andria (III 2, ubi sunt bacchei cum clausula iambica), scilicet 'trochaico mixto vel confuso cum iambico' 'sunt autem et trimetri et hoc plus minusque et habent paenultimam versus syllabam in quibusdam longam, in quibusdam brevem'. ut versus 95—100 discripti sunt, sexies repetitur paroemiacus cum colo Reiziano, colis non divisis praeter v. 95, sequente versu Reiziano (101), cf. 128sq.: sed vereor ne haec species fallat et ionici tetrametri sint, catalectici praeter v. 96. 99* 95 aut foras *B* adseruate *Priscianus:* adseruas 96 abaetat *B:* abeat *CD, Priscianus* qua *B* 97 quis *Prisc.* 98 exportet *Prisc.:* exortet 99 quinei 100 senei *Schneiderus:* senec congerones 101 consilio, *corr. Camerarius* 102 oenus *B:* unus *CD* aliquis oculum amicensque ceteri cleptae: $\overline{ss}$ (*i. e.* supra scriptum) CETERI CLEPTAE *rubricator B proprio v., om. lacuna relicta CD* 103 obludeant, *cf.* adludiare *Poen. 1234 Stich. 382, (Gronovius);* obludunt *Merula* 104 *cf. Asin. 218* fartores *CD,* fector̄ (*i. e.* fectorum) *B; scil. saginam* 105 scistis poli ec uos aut *B* 106 ibi usibus *CD;* ibist ibus *Camerarius, fort.* ipsis quibus 107 *accedit A* eccastor *A, om. P* rusum *B*

nam ipsí vident cum eorum ággerimus bona atque étiam ultro ipsi aggerúnt ad nos.
Din. Me illís quidem haec verberat vérbis,
nam ego húc bona mea degéssi.
Ast. Comméminí, iam pol ego eúmpse ad nos, si dómi erit, mecum addúcam.
Din. Heus, máne dum, Astaphium, príus quam abis.
Ast. Quí revocat? Din. Scies: réspice huc. Ast. Quis est?
Din. Vobís qui multa bóna esse volt. Ast. Dato, si ésse vis.
Din. Fáxo erunt. réspice huc modo. Ast. Oh,
enícas me miseram, quísquis es.
Din. Péssuma, mane.
Ast. Óptume, odio es.
Díniarchusne íllic est? átque is est.
Din. Sálva sis. Ast. Ét tu.
Din. Fer cóntra manum et paritér gradere.
Ast. Tuis sérvio atque audiens sum ímperiis.
Din. Quid agís? Ast. Valeo et validúm teneo.
péregre quoniam ádvenis, céna detur.
Din. Bene dícis benigneque vocas, Astáphium. Ast. Amabo,
sine me íre, era quo iussít. Din. Eas. sed quíd ais? Ast. Quid vis?
Din. Dic quó iter inceptás; quis est quem arcéssis? Ast. Archilínem

111–130 *disp. B:* nam — loqui | etiam — nos | me — degessi | commemini — adducam | heus — scies | respice — est | uobis — respice | huc — pessimam | anel — es | diniarchusne — manum | et — inperis | quid agis | ualeo — dicis | ast. — ais | quid — arch. 111 eorum cum accerimus (*fort.* agg.) *A* aggerimus *i. e.* abgerimus (*Seyffertus stud. Pl. 28*)? *cf.* suggero oggero; egerimus *Gesnerus* (*Pers. 469 codicum* agerite uos *conferunt Goetzius Schoellius ed. min., quod pro* '*amovete vos*' *positum esse vix credas*) atque *A:* loqui *P* 112 quidem illis *Buechelerus* uerberant *A* 113 huc done adecessi *B,* huc dona concessi *CD* 114 ego *om. A* eum ipsum *A,* um sum *P* ad nos *om. P* erat *P* 115 astaphius *CD,* adstaphius *B* auis *P* 117. 118 uobis —dato | si — oh *A* 118*sq.* oh enicas *A:* io tenicas *P* 120. 121 *Priscianus 2, 422* ('*utitur etiam monometris* —') 120 pessimam | Anel *P* 121 odio es *Priscianus:* odio est *A,* odiosus es *P* 122 dinarchus ne *P* adque is est *A,* atque isestis (isertis *B*) *P, cf. sq.* 123 salua sis † ẹṭ tu *A:* ad uas lissi ituli (ittuli *CD*) *P* 124 fert *P* 125 tuis *A:* tibi *P* adque *A* audies sum inperis *P* 126 quid *A:* tute quid *P* ualeo *A:* uale *CD,* uade *B* 127 cena detur *A:* centur *P* 128 *ut supra A:* benigne dicis Astat eum (astate *CD*) ambo *P; paroemiacus cum colo Reiziano, cf. 95sq.,* benigne dicis bene uocas *Spengelius* (*Merc. 949*), *sic versus Reizianus erit ut sequens* 129 era *om. P* A.: *spat. om. A* 130 dic *A:* istic *P* qui es *P* accersis *A* archinam *P; vel* Archylinem

† obstetricem. DIN. Mála tu femina es, oles únde es disciplinam.
manifesto mendaci, mala, teneo te. AST. Quid iam, amabo?
DIN. Quia te adducturam huc dixeras eumpse, non eampse;
nunc mulier facta est iam ex viro: mala es praestrigiatrix.
sed tandem eloquere, quis is homost, Astaphium? novos amator?
AST. Nimis otiosum te arbitror hominem esse. DIN. Qui arbitrare?
AST. Quia tuo vestimento et cibo alienis rebus curas.
DIN. Vos mihi dedistis otium. AST. Qui, amabo? DIN. Ego expedibo.
rem perdidi apud vos, vos meum negotium abstulistis.
si rem servassem, fuit ubi negotiosus essem.
AST. An tu te Veneris publicum aut Amoris alia lege
habere posse postulas, quin otiosus fias?
DIN. Illa, haud ego, habuit publicum: pervorse interpretaris;
nam advorsum legem meam ob meam scripturam pecudem cepit.
AST. Plerique idem quod tu facis faciunt rei male gerentes:
ubi non est, scripturam unde dent, incusant publicanos.
DIN. Male vertit res pecuaria mihi apud vos: nunc vicissim
volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos.
AST. Non arves hic, sed pascuost ager: si arationes
habituru's, qui arari solent, ad pueros ire meliust.
hunc nos habemus publicum, illi alii sunt publicani.
DIN. Vtrosque pergnovi probe. AST. Em istoc pol tu otiosu's,

131 meretricem *A*, tonstricem *Bergkius symb. 135, sed nescio quo iure Archilis* (*cf. 479*) *et Syra tonstrix* (*405, cf. 772. 856*) *eaedem esse dicantur; potius* nutricem   mala femina es soles unies d. *P*, mala tu femina es, oles eam unde tu es d. *A*   132 A. *praem. B*   manifesta *P*, manifestam ς   te teneo *P*   133 quate adducituram *P*   eum ipsum non eam ipsam *A*, eum ipsum inonea ase (asae *B*) *P*   134 iam *om. P*   est prestigiator *P*   135 loquere *P*   astaphi unous (unus *CD*) *P*   ⟨an⟩ nouos *Buechelerus*   136 te *om. P*   qui *A:* quinam *B*, quianam *CD*   138 otiosum *P*   qui *A:* quid iam *P*   139 aput uos uos *A: om. P; Nonius 477 adfert* rem perdidi apud uos   140 seruauissem *A*   141 ueneris *A:* bene res *B*, bene rem (publicam) *CD*   142 posses *P*   otiosus *A:* otiosius *CD*, tuosius *B*   143 haut *B*, aut *CD*   pullicum *B ut saepius*   interpraetaris *A*   144 meam *Schoellius probante Charisio:* me *A*, amem *P*   *Charisius 140* pecudem (*feminini gen.*) Plautus in ⟨T.⟩: ob meam scripturam pecudem cepit   accipit *P*
145—177 *deest A*   145 fierique, *corr. Camerarius*   gerentis *CD*   146 scriptura *CD*   148 copia hic *Camerarius:* copiae lic *B*, copiae *CD*   149 pascus est agere si rationes, *corr.* ς, *Valla*   150 A. *praem. B*   habituris melius est   152 A *praem. B*   percognouit trobe, *corr. Spengelius* (probe *Merula*)   em *Geppertus:* idem

cum et illic et hic pervorsus es. sed utriscum rem esse mavis?
DIN. Procaciores estis vos, sed illi periuriores;
illis perit quidquid datur, neque ipsis apparet quicquam:
vos saltem si quid quaeritis, ecbibitis et comestis.
postremo illi sunt improbi, vos nequam et gloriosae.
AST. Male quae in nos vis, ea omnia tibi dicis, Diniarche,
et nostram et illorum vicem. DIN. Qui istuc? AST. Rationem dicam:
quia qui alterum incusat probri, sumpse enitere oportet.
tu a nobis sapiens nihil habes, nos nequam abs ted habemus.
DIN. O Ástaphium, haud istoc modo solita es me ante appellare,
sed blande, cum illuc, quod apud vos nunc est, apud me habebam.
AST. Dum vivit, hominem noveris: ubi mortuost, quiescat.
te dum vivebas noveram. DIN. An me mortuom arbitrare?
AST. Qui potis [est], amabo, planius? qui antehac amator summus
habitu's, nunc ad amicam venis querimoniam deferre.
DIN. Vestra hercle factum iniuria, quae properavistis olim:
rapere otiose oportuit, diu ut essem incolumis vobis.
AST. Amator similest oppidi hostilis. DIN. Quo argumento [est]?
AST. Quam primum expugnari potis [est], tam id optimum est amicae.
DIN. Ego fateor, sed longe aliter est amicus atque amator:
certe hercle quam veterrimus, tam homini optimust amicus.
⟨AST. Si vivit. DIN.⟩ Non hercle occidi, sunt mi etiam fundi et aedis.
AST. Cur, obsecro, ergo ante ostium pro ignoto alienoque astas?

---

153 peruorsus *cf. Poen. 874* esse sed 154 ▲ *praem. B* periuriosi, *corr. Brixius* 156 etbibitis commestis 157 ▲ *praem. B* nequam *Merula:* quam gloriosi, *corr. Valla* 158 uis *L.:* illis; *scil. 'dicere', cf. Asin. 354, Brixius ad Capt. 238. de structura mutata cf. Bacch. 463sq.* (quoi non uis *Buechelerus*) dinarche 159 quia, *corr. Camerarius* 160 quia quia sumpsit seniteri, *corr. Bergkius, cf. mus. Rhen. 38, 13.* sumpse enitere qui alterum incusat probri | oportet *tragicus dixerit; quod si poetae verba adfert, sententiarum* (*160. 161*) *nexus solutior excusatur* 161 te habeamus 162 Ostaphium *CD* aut est appellari 163 biande *i. e.* apu nos haberem, *corr. Luebbertus; cf. 381* 164 quiescas, *corr. Bothius* 165 noueram an *ς:* noueras siat 166 [est] *Bothius* 167 habitus si (est *CD*) istunc, *corr. Spengelius* amicam ueruis (uerius *CD*) uerimonia referre (def. *ς*), *corr. Buechelerus* 168 ▲ *praem. B* properauitis, *corr. Camerarius* 169 incolomis *BC* 170 similest *B:* similis est *CD* loppidi *B* est *CD*, st *B*, *del. ς* 171 [est] *Kiesslingius* tam id *Spengelius:* amit *B*, amat *CD* amica et 173 tam homini *Studemundus:* a momini; *cf. Cic. Lael. 67* optimus, *corr. Camerarius* 174 *supplevi* occide, *corr. Brixius* 175 ego ignato

⟨i⟩ intro, haud alienus tu quidem es; nam ecastor neminem hodie
mage amat corde atque animo suo, si quidem habes fundum atque aedis.
DIN. In melle sunt linguae sitae vostrae atque orationes,
facta atque corda in felle sunt sita atque acerbo aceto:
eo dicta lingua dulcia datis, córde amara facitis.
AST. [Amantes si qui non danunt, + non didici fabulari.]
non istaec, mea benignitas, decuit te fabulari,
sed istós qui cum geniis suis belligerant parcipromi.
DIN. Mala es atque eadem quae soles inlecebra. AST. Vt exspectatus
peregre advenisti, quam, obsecro, cupiebat te era videre.
D. Quid tandem? A. Te unum ex omnibus amat. D. Euge, fundi et aedis,
per tempus subvenistis. sed quid ais, Astaphium? AST. Quid vis?
DIN. Estne intus nunc Phronesium? AST. Vtut aliis, tibi quidem intus.
DIN. Valetne? AST. Immo edepol melius iam fore spero, te ubi videbit.
DIN. Hoc nobis vitium maxumumst, cum amamus tum ⟨hoc⟩ perimus:
si illud quod volumus dicitur, palam cum mentiuntur,
verum esse insciti credimus, ne ut iusta utamur ira.
A. Heia, haud itast res. D. Ain tu eam me amare? A. Immo unice unum.
D. Peperisse audivi. A. Ah obsecro, tace, Diniarche. D. Quid iam?
AST. Horresco misera, mentio quotiens fit partionis,
ita paene nulla tibi fuit Phronesium. i intro, amabo,
vise illam. atque opperimino: iam exibit; nam lavabat.

---

176 ⟨i⟩ ς aut esse 178 *accedit A* melle *A:* melie *B*, medie *CD* 179 facta *A:* fac *B*, uac *CD* in fellė̇s *A*, belle *B*, bella *CD* aceruo *P* 180 Linguis dicta dulcia d. c. amare factis *P* 181 A. *Schoellius: om.* amantis si quit (quid *CD*) non danunt non didici fabulare *P*, amanti si cui ṅ quod dabo non est non didici fabulari *A; dittographia est versuum insequentium, cuius sententia sic restituitur:* danunt, decet sic fabulari 182 docuit *P* 183 genis *P* parce promi *P*, parcẹpromis *A*, parcẹpromos *A*[1] *corr.* 184 adque *A* inlecebru *P* 185 quam *Seyffertus:* nam *AP; cf. Langenus symb. 330* 186 en omenibus ạḍḍit *A* funde *P* aedes *A* 187 subuenistis *A:* subuenistis (subbenistis *B*) mihi *P* quid u. *A:* ut quid u. *P* 188 estine *A* pronesium (prun. *CD*) *P* ut ut aliis *om. P* *fort.* intust *A* 189 ẹam *A* credo fore ubi te *P* uideret *A* 190 maxumum si *A* hoc *addidi* 191 uolimus *A* quum *B* 192 ne uịas uṭamur *A*, ne uti nestu mutua mur *P*, *corr. Buggius, Buechelerus* 193 aut *P* anin tume (tute *CD*) amaret *P* 194 audiui *A:* eam audiui (audiue *B*) *P* quid eam *P* 195 *ut supra A: item sed* miseram mentionem *Priscianus 1, 256*, quod fit *Nonius 218*, horrisco misera sentio quod diis fit parationis *P* 196 nulla *om. P* sibi *A* pronesium *B* i *om. P* 197 uisse *P* operire ibi iam exiuit nam lauabit *P*

DIN. Quid ais tu? quae numquam fuit praegnas, qui parere potuit?
nam équidem illi uterum, quod sciam, numquam extumere sensi.
AST. Celabat metuebatque te, ne tu sibi persuaderes,
ut abortioni operam daret puerumque ut enicaret.
DIN. Tum pol isti ést puero pater Babyloniensis miles,
quoius núnc ista adventum expetit. AST. Immo ab eo ut nuntiatumst,
iam hic adfuturum aiunt eum. nondum advenisse miror.
DIN. Ibo igitur intro? AST. Quippini? tam audacter quam domum ad te;
nam tu quidem edepol noster es etiam nunc, Diniarche.
DIN. Quam mox te huc recipis? AST. Iam hic ero: propest, profecta quo sum.
DIN. Redi véro actutum. ego interim hic apud vos opperibor. —

AST. Habahaé, requievi, II 1
quia íntro abiit odiúm meum.
tandém sola súm. nunc quidém meo arbitrátu
loquár liberé quae volam ét quae lubébit.
huic hómini amanti méa era apud nos naéniam dixit domi,
nam fundi et aedis obligatae sunt ob Amoris praedium.
verum apud hunc mea era sua consilia summa eloquitur libere,
magisque ádeo ei consiliarius hic amicust quam auxiliarius.
dum fuit, dedit; nunc nihil habet: quod habebat nos habemus,
iste id habet quod nos habuimus. humanum facinus factumst.
actutum fortunae solent mutari, varia vitast:

---

198 tu *A:* li *P* 199 illi uterum *A*, ut aerum illi *P;* illic *Muellerus* scias *P* 200 te ne tu *A:* teu (te *CD*) aut *P* 201 ut enicaret *A:* litene caret *P* 202 istic *Studemundus* est puero *A*, puero quid est *P; fort.* est puero illic 203 expetiti *P* nuntatust *P* 204 moror *P* 205 tam *A:* quam *P* atte *ABD* 206 quidem *om. P* es etiam *A:* set (sed *CD*) iam *P* 207 huc recipis *A:* recepisti *P* 208 rede *B*, redde *CD* ueri *A* hic aput *A:* te apud *P* apperibor *P* ZASTRAPHIVO · VL *inscr. B, cf. Dziatzko in Fleckeiseni ann. 127, 61* 209. 210 *uno versu P;* ha *adhaeret v. 208 A. Reiziani versus cola inversa* 209 ha requieui *A*, ha ha ha ercle quieui *P* 210 abiit *A:* auit *B*, iuit *CD* meum *om. P* 212 iubebit *P*, licebit *A* 213 huic hominem amanti me era (meer *B*) apud nos neniam dixit (d. n. *CD*) debonis *P*, huic homini aput nos mea era amantin neiam dixit de bonis *A*, | huic hom— | dixit domi *Festus s.* naenia, *quae scriptura cum verborum compositioni et A et P conveniat, verba transponere* (naeniam mea era a. n. d. de bonis *Muellerus pros. 462*) *non licet.* dixit bonis *Spengelius, variam lectionem probabiliter restituens* 214 fundi et aedęs *A*, fundit aedis *P* moris prandium *P;* sunt Amori *Vssingius* 215 aput *AB* sua *om. P* 216 ei *om. A* amicus est *P* qui *B*, quod *CD* 218 istinc *P* factust *A* 219 mutauit *P*

nos divitem istum meminimus atque iste pauperes nos:
verterunt sese memoriae; stultus sit qui id miretur.
si eget, necessest nos pati: amavit, aequom ei factum est.
piaculumst miserere nos hominum rei male gerentum.
[bonis ésse oportet déntibus lenám probam,
adripere ut quisquis veniat blandeque adloqui,
male corde consultare, bene lingua loqui.]
meretricem sentis similem ésse condecet,
quémquem hominem attigerit, profecto ei aut malum aut damnum dare.
numquam amatoris meretricem oportet causam noscere,
quin, ubi nil det, pro infrequente eum mittat militia domum.
nec umquam erit probus quísquam amator nisi qui rei inimicust suae.
nugae sunt nisi, modo quom dederit, dare iam lubeat denuo;
is amatur hic apud nos, qui quod dedit id oblitust datum.
dum habeat, dúm amet; ubi nil habeat, alium quaestum coepiat.
aequo animo, ipse si nihil habeat, aliis quí habent, det locum.
[probust amator, qui relictis rebus rem perdit suam.]
at nós male agere praedicant viri solere secum,
nosque esse avaras. qui sumus? quid male nos agimus tandem?
nam ecastor numquam satis dedit suae quísquam amicae amator,
neque pol nos satis accepimus neque umquam úlla satis poposcit.
nam quando sterilis est amator ab datis,

---

220 istum *A:* eum *P* adque *A* iste *A:* isti *P* 221 memoria est (memoriast *CD*) uitus sit quid ita miretur *P* 222 amauit aequṃ eị *A:* am a uita equo me *B,* ar auita aequum me *CD* 223 misereri *AP, corr. Spengelius* 224—226 *aliunde ascripti ad 227 sq.* (*Fleckeisenus*) 224 probram *P* 225. 226 *disp. A:* adridere — consultare | bene — addecet 225 adridere *AP, corr. Buechelerus, cf. pr. Schoellii 44* ut *om. P* quisque *A* 226 consultari *P et fort. A* loqui lingua *P* 227 esse similem sentis *P,* sentis esse similem *Schoellius* addecet *A* 228 attingerit *P* ei *om. P* dari *AP, corr. Bothius* (*A?*) 230 eum mittat *A:* cum mittas *P* 231 neque *A; cf. Most. 562* quisquam probus erit *P* 232 modo *Bothius:* qui modo *A,* quodo modo *B,* quod amodo *CD; cf. ad v. 40* ḍiberit *A* iubeat *P* 233 hic amatur *Muellerus* aput *A* qui quot dedit *A,* quid quod edit *P* id oblitust *A:* iobi (iob *CD*) atus *P* 234. 235 *ante 232 A* 234 habeat tum amet *AP.* abeam quod amet *Nonius 89, corr. Lambinus* habet *A* 235 dent *P* 236 *delevit Fleckeisenus; post 231 posuit Brixius* probus est *AP* 237 ad *A* 238 qui si mumquam alenos (alienos *CD*) agimus *P,* qui sumus quid est quod male agimus *A* (*ubi corrigendum sit* agamus) 239 dedit amicaē quisqui amator suae *A* (ē *lineolam corruptelam indicare Studemundus opinatur*) 240 nos *om. P* umquam *om. P* 241 ab *A:* a *B, om. CD*

si negat se habere quod det, soli credimus,
nec satis accipimus, satis cum quod det non habet:
semper datores novos oportet quaerere,
qui de thensauris integris demus danunt.
velút hic agrestis est adulescens, qui hic habet,
nimis pól mortalis lepidus nimisque probus dator.
[sed is clam patrem etiam hac nocte illac
per hortum transiluit ad nos. eum volo convenire.]
sed est huic unus servos violentissimus,
qui ubi quámque nostrarum videt prope hasce aédis adgrediri,
item ut de frumento anseres, clamore absterret abigit;
ita est agrestis. sed fores, quidquid ést futurum, feriam.
ecquis huic tutelam ianuae gerit? ecquis intus exit?

TRVCVLENTVS II 2

Quís illic est qui tam proterve nostras aedis arietat?
Ast. Ego sum, respice ad me. Trvc. Quid ego? nonne egó videor tibi?
quid tibi ad hasce accessio aedis est prope aut pultatio?
Ast. Salve. Trvc. Sat mihi est tuae salutis. nil moror. non salveo?
aegrotare malim quam esse tua salute sanior.

---

242 det *A:* et *P* credimus *om. P* *amator quivis aliquo tempore iam non habet quod det, ergo nec satis dare potest nec amica satis accipere. qua captione comprobat quae v. 239 sq. posuit* 245 qui *B:* quin *CD*, *om. A* demus danunt *P:* demum occerunt *A* 246 uelut hic est adulescens qui habitant hic agrestis rusticus *A* Vi ut *P* habit *B*, abit *CD*, *cf. Placidus corp. gl. 5, 25. 72. 107* 247—250 *disp. A:* nimis — patrem | etiam — uolo | conu. — uiolentissimus, *scilicet septenarii facti sunt v. 246—250, quos arguit unum* transit *pro* transiit *v. 249* 247 pol *om. A* dator *ς:* datur *P*, amator *A* 248 pater *P* noctem *P* illa *A* 249 transiliuit *P*, transit *A* *verba interpolata et male adiuncta* (sed); *ubi res narratur* (*303 sq.*), *id singulis noctibus fieri audimus* 250 hic *P* 251 aedis adgrediri *A:* aedis hac si adgredias (agredias *CD*) *P*, aedis hasce *Merula, corr. Schoellius* 252 ut de *A:* uide *P* 253 ita est *A:* is item est *P* quidquid *v. ad Mil. 311* 254. 255 exit ancilla *P* 256 TRVCVLENTVS ASTAPHIVM *A*, ASTAPHIVM TRVCVLENTVS *B*, *om. CD* *nomen servi non servile* Stratilax *non apparet ante Italos nisi ex errore pro* Strabax *in titulo III 1* (*cf. D² III 2*); *cf., quod huc pertinere futilis coniectura est, Cic. ad Att. 16, 15, 3* stratillax (στρατύλλαξ). *nomen proprium non indiderat poeta. Truculentum vocat etiam Donatus ad Ad. 5, 9, 29* propterue *A* 257 respic *A* ego uideor *P:* uideor *A* tibi *A:* te tibi *P* '*quid tu te ego dicis? an tibi videor non ego esse?*' 258 ad *A:* ab *P* est aedis *P* pultatiost *P* 259 satis *P* tuae salutis *cf. Stich. 91* non *P*, *Sacerdos 6, 433. 490 (4, 38) K.:* sat *A* 260 egrotarem aliquam *P* isse tua *A:* essem (esse *D*) suam *P*

sed volo scíre, quid debetur hic tibi nostrae domi?
Ast. Comprime sis eiram. Trvc. Eam quidem hercle tu, quae solita es, comprime,
impudens, quae per ridiculum rustico suades stuprum.
Ast. Eiram dixi: ut decepisti! dempsisti unam litteram.
nimis quidem hic truculentust. Trvc. Pergin male loqui, mulier, mihi?
Ast. Quid tibi ego male dicó? Trvc. Quia enim me truncum lentum nominas.
nunc adeo, nisi abis actutum aut dicis quid quaeras cito,
iam hercle ego hic te, mulier, quasi sus catulos pedibus proteram.
Ast. Rus merum hoc quidemst. Trvc. Pudendumst vero clurinum pecus.
advenisti huc te ostentatum, cum exornatis ossibus,
quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam?
[an eo bella es, quia accepisti ármillas aeneas?]
A. Nunc places, cum mi inclementer dicis. T. Quid hoc quod te rogo?
mancupion qui accipias, gestas tecum ahenos anulos?
pignus da ni ligneae haec sunt quas habes Victorias.
Ast. Ne attigas me. Trvc. Egon te tangam? íta me amabit sarculum,
ut ego me ruri amplexari mavelim patulam bovem

---

261 sed *A:* ad *B,* at *D,* aut *C* nostrae domi *P:* in nostra domo *A* 262 comprime sis iram *A* (eiram *Geppertus*)*:* reprime sis iram *Sacerdos 453 et 461* (*vitio librariorum ut videtur*), comprime spero *P* eam *A:* meam *P* ercle *A* solitas conprime *A,* solitas comprimas *P* 263 inprudens per ridiculum ut rustico suadet st. *P* (ut per r. *Schoellius, cf. 264*) 264 iram dixi suț decepisti demsisți unam litteram *A*, iram dixi ut esse cepisti sidem sistun alteram (fidem si est una altera *CD*) *P* 265 nimis hic quidem truculentus *P* mihi es *P* 266 tibi *v. ad Capt. 558;* ego *del. Fleckeisenus* maledico *A:* aut medico *P* truculentum nomines *P; cf. Ov. am. 3, 7, 15* 267 aut *A:* ac *P* dicas quem *A* scito *P* 268 *ut s. P, Nonius 457:* mulier *post* catulos *A* 269 pudendum est *A:* pudendum et *P* 270 te ostentatum cum *A:* sistentatum *P* 271 suaso *A, Festus 302* (quidam autem legunt insuaso *Festus, cf. Paul. 111; corp. gl. 2, 88, 34*)*:* resuasu *P; insuaso non deterioris auctoritatis* paliuiam *B*, palliuiam *CD* 272 est *P*

qui accepistibi armilias aheas (e *sup. scr.*) *et in margine* aeneas *A*, quiaccepisti arme (arma *CD*) aduenias *P; in A fort. fuit* quia clepis tibi *versum notavit Vssingius; cf. 274* 273 mihi inclementer *A:* me illi uel inmentiri (uelim mentiri *CD*) *P* *spat. om. A* hoc *om. P* 274 mancipion *A:* mancupium *P* gesta *P* aenos anulos *A:* henos anuos *P* 275 pignus da ni (*sup. scr.*) ligneae hae sint *A*, dignus dant lauinie hic sunt *P; cf. ad Poen. 1242, Brugmannus de ni condic. 12 sq., Lindskogius de enunt. condic. 57* 276 attinga[s] *A*, atticas *P* [eg]o[n t]e *A: om. P* 277 ut ego meruriam exarma (exama *CD*) uelim (ueum *D*, ueu *B*) patulum uoueri (moueri *D*) *P; cf. Paul. 221* (patulum bouem Plautus *e. g. s.*)

cumque ea noctem in stramentis pernoctare perpetem,
quam tuas centum cenatas noctes mihi dono dari.
rus tu mi opprobras? ut nancta es hominem quem pudeat probri!
sed quid ápud nostras negoti, mulier, est aedis tibi?
quid tu huc occursas, in urbem quotienscumque advenimus?
Ast. Mulieres volo convenire vostras. Trvc. Quas tu mulieres
mihi narras, ubi musca nulla feminast in aedibus?
Ast. Nullan istic mulier habitat? Trvc. Rus, inquam, abierunt. abi.
Ast. Quid clamas, insane? Trvc. Abire hinc ni properas grandi gradu,
iam hercle ego istós fictos compositos crispos cincinnos tuos
unguentatos usque ex cerebro exvellam. Ast. Quanam gratia?
Trvc. Quia ad foris nostras unguentis uncta es ausa accedere
quiaque istas buccas tam belle purpurissatas habes.
Ast. Erubui mecastor misera propter clamorem tuom.
Trvc. Itane? erubuisti? quasi vero corpori reliqueris
tuo potestatem coloris ulli capiendi, mala.
buccas rubrica, créta omne corpus intinxti tibi.
pessumae estis. Ast. Quid est quod vobis pessumae haec male fecerint?
T. Scio ego plus quam tu arbitrare scire me. A. Quid id obsecrost
quod scias? Trvc. Erilis noster filius apud vos Strabax
ut pereat, ut eum inliciatis in malam fraudem et probrum.
Ast. Sanus si videare, dicam: dicis contumeliam.

---

278 ea *A:* ita *P* perpetim *P*, perpetim totam *A*, *cf. Amph. 280. 732; glossema in A adiectivum indicat, adverbium (cf. Neuius 2, 564 Wageneri) suspectum* 279 dari *A:* patri *P* 280 rus tu mihi opprobras *A:* rustum iodbras *P* nancta est *A*, nacta esse *P* *hominem ruris non pudere sane versus antecedentes potissimum ostendunt, ut convicia inde a 269 omnia* 281 apud *P:* ad *A* 282 hoc occurras *P* 283 conuenire uolo *P* 285 nullam (nulla *CD*) istinc mulier *P*, nullan mulier istic *A* inquam abierunt *P:* abierunt inquam *A* pabi *P* 286 propera grandi gras *P* 287 hercle *om. P* istoc *P* 288 uni uentatos *P* e *A* euellam *A*, expellam *P* gratias *CD*, grat *B* 289 ad foris *A:* adeo foras *P* unguentis uncta es ausa *A:* unguant iuncta esse audes *P* 290 quiaque istas buccas *P:* quiaque bucculas *A* purporis satis habeost *P* 293 tuo *om. Priscianus 1, 266, qui testatur* ulli *vix Plautinum* 294 rubrice ceta *B*, rubriceta *CD* intinxit *P*, inteai *A*, *corr. Scaliger; cf. Baierus de Pl. fab. rec. 64* 295 hae malefecerint *A:* hec ma *B*, haec *CD* 296 scio ego plus quam me arbitrarier scire. quid id est obsecro *P; cf. Abrahamus stud. Pl. 193* 297 erilis *A:* heriis *B*, erus *D*, herus *C* aput uos strabax *A:* apud uostram pax *P* 298 pereat ut *A:* per ex tut (tute *CD*) *P* inleciatis (*corr. in* ill.) *A:* iniciatis *P* probrum *A:* premium *P* 299 uidearis *A*

nemo homo hic solet perire apud nos: res perdunt suas;
ubi res perdidere, abire hinc, si volunt, salvis licet.
ego istunc non novi adulescentem vostrum. TRVC. Veron serio?
quid maceria illa ait, in horto quae est, quae in noctes singulas
latere fit minor, qua istoc ad vos damni permensust viam?
AST. Nil mirum (vetus est maceria) lateres si veteres ruont.
TRVC. Ain tu vero veteres lateres ruere? numquam edepol mihi
quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit,
ni ego vostra ero maiori facta denarravero.
AST. Estne item violentus ut tu? TRVC. Non enim ille meretriculis
munerandis rem coegit, verum parsimonia
duritiaque: quae nunc ad vos clam exportantur, pessumae;
ea vos estis exunguimini ebibitis. egone haec mussitem?
iam quidem hercle ibo ad forum atque haec facta narrabo seni,
neque istuc insegesti tergo coget examen mali. —
AST. Si ecastor hic homo sinapi victitet, non censeam
tam esse tristem posse. at pol ero benevolens visust suo.
verum ego illúm, quamquam violentust, spero inmutari pote

---

300 nemo hominem hec perire solet *P* aput *A* 301 ubi perdiderunt res *P* abiere *A* saluis *A*: ut uis *P* 302 istunc non *A:* nunc *P* *spat. om. A* serion *P* 303—306 (ruere) *adfert Priscianus 1, 189* 303 quid *A, Priscianus:* qui in *P* ait *AC, Priscianus:* aut *BD* 304 latere *A, Priscianus:* lateri *P* quam *Prisciani codicum pars, fort.* quom isto ad *Seyffertus:* is hoc ad *Priscianus,* isti *P*, is aput *A* damnis permensust uiam *A*, damni permensus tuam (tuum *B*) *P*, damni permensus uiam est *Priscianus* 305 nihil *A, Priscianus:* non *P* etus *A* macere *P* ueteres si lateres *Priscianus* 306 ain tu uero ueteres lateres rure *A*, ain (an) tu ueteres lateres ruere *Priscianus*, ain tu male (mala *Camerarius, cf. ad Amph. 284*) lateres ueteres uere *P* 307 tomo *P* post hac *P:* postquam *A* *conieci* dinarum, *cf. mus. Rhen. 38, 2 sq.; Naevius b. P. 14 Z.* res diuas edicit 308 ni esse (*i. e.* nise) ego uestra ero amari *P*, ni ego ero maiori uostra *A* 309 item *A:* ille *P* ut tu *A:* suum *P* 310 moniendis rem (re *B*) cogi uerum parsimonie *P* (*sc.* moeniendis) 311 durieque quae nunc duo sciam exportatur pessumum *P; cf. ad Aul. 770, Brixius ad Men. 679* 312 ea uos estis *A:* em tuos *P;* eam *Kiesslingius;* u. e. exestis *Kochius, cf. Trin. 406* exunguimini ebibitis *A:* ex ungula male uiuitis *P* hic musitem *P* 313 quidem ercle *A:* enim exercere *P* ibo ad *A:* ibi *P* adque *A* 314 insegesti *AP, cf. Buechelerus in Woelfflini arch. 1, 114, ubi* insegesti mali *coniungit quasi* ἀσπάρτου κακοῦ. *idem in praef. Schoellii p. 45* insegestri tergo *posuit quasi* ἀστεγάστῳ. *neutri interpretationi convenit* istuc, *fort.* is huic exanimen (—mem *CD*) *P* 315 senapi *P* 316 ad *AC* uisust suo *A:* ut is est suos *P* 317 uiolentum est *A* pero *P* imutari *CD*, imitari *B* potest *AP*

blandimentis, oramentis, ceteris meretriciis;
vidi equom ex indomito domitum fieri atque alias beluas.
nunc ad eram revidebo. ⟨sed⟩ eccum ódium progreditur meum.
tristis exit. haud convenit etiam hic dum Phronesium.

DINIARCHVS II 3

Piscis ego credo, qui usque dum vivont lavant,
minus diú lavare quam haec lavat Phronesium.
si proinde amentur, mulieres diu quam lavant,
omnes amantes balneatores sient.
Ast. Non quis parumper durare opperirier?
Din. Quin hercle lassus iam sum durando miser:
mihi quoque prae lassitudine opus est ⟨ut⟩ lavem.
sed obsecro hercle, Astaphium, ⟨i⟩ intro ac nuntia
me adesse, ut properet suade, iam ut satis laverit.
A. Licet. D. Audin etiam? A. Quid vis? D. Di me perduint,
qui te revocavi. non tibi dicebam 'i' modo?
Ast. Quidnam revocabas? improbu's nihilique homo:
tute tibi mille passum peperisti moram. —
Din. Sed quid haec hic autem tam diu ante aedis stetit?
nescio quem praestolata est; credo, militem.
illum student iam; quasi volturii triduo
prius praédivinant, quo die esuri sient:
illum inhiant omnes, illi est animus omnibus;
me nemo magis respiciet, ubi is [est] huc venerit,

---

318 ornamentis *P*, hortamentis *A* (*cf. Ter. Heaut. 837*), *corr. Meursius* meretrices *P* 319—352 *deest A* 319 equum *Weisius:* equidem; *cf. Cas. 811 Men. 862 et amatoria poetarum multa* ex indomito domitum *Merula:* exinem intu (intum *CD*) domito uelbas *B* 320 reuiuebo *D*, re iubebo *B* ⟨sed⟩ *Camerarius* et cum odium procreditur 321 haud *Camerarius:* ad conuenire, *corr. Gulielmius* hicbum pronesium *B* 322 DINARCVS (DIM. *B*) ANCILLA ASTAPHIVM (-PNIVM *B*) DV. (*om. C*) *BC*, ASTAPHIVM ANCILA *D*² qui *Varro de l. l. 9, 105:* quit *B*, quid *CD* 323 diu minus *Varro* lauare *C:* lauere *BD;* lauari *Varro legit 'quod Plauti aut librarii mendum si est* (*pro* lauare), *non ideo analogia, sed qui scripsit est reprehendendus', cf. ad Poen. 220* proneshium *B*, proneschium *CD* 324 amentur *scil.* amantes quam *cf. Langenus symb. 296* iuuant *B*, uiuant *CD* 325 amatores *CD* · sient *C:* stent *BD* 326 durari opperimer *B* 328 ut lauem *Camerarius:* laue 329 ⟨i⟩ *ς* 330 ut *Kiesslingius:* tui suaue, *corr. Camerarius* 332 reuocabi *B* 333 quidiam me (me *om. CD*) r. inprobe, *correxi* 334 que tibi, *correxi* peperit more, *corr. Spengelius* 336 presto ita lata est 337 uolturi heri duo *CD*, uolo turiceri duo *B* 338 quo die: de quoio *Bergkius* euri, *corr. Merula* 340 nimo *B*, nimio *CD* [est] *ς*

quasi abhinc ducentos annos fuerim mortuos.
ut rem servare suave est! vae misero mihi,
post factum flector, qui antepartum perdidi.
verum nunc si qua mi obtigerit hereditas
magna atque luculenta, nunc postquam scio
dulce atque amarum quid sit ex pecunia,
ita ego illam edepol servem itaque parce victitem,
ut — nulla faxim cis dies paucos siet;
ego istós, qui nunc me culpant, confutaverim.
sed aestuosas sentio aperiri fores,
quae obsorbent quidquid venit intra pessulos.

PHRONESIVM II 4

Num tibi nam, amabo, ianua est mordax mea,
quo intro ire metuas, mea voluptas? DIN. Ver vide,
ut tota floret, ut olet, ut nitide nitet.
PHRON. Quid tam inficetu's, Lemno adveniens qui tuae
non des amicae, Diniarche, savium?
DIN. Vah, vapulo hercle ego nunc, atque adeo male.
PHRON. Quo te avortisti? DIN. Salva sis, Phronesium.
PHRON. Salve. hicine hodie cenas, salvos cum advenis?
DIN. Promisi. PHRON. Vbi cenabis? DIN. Vbi tu iusseris.
PHRON. Hic me lubente facies. DIN. Edepol me magis.
nempe tú eris hodie mecum, mea Phronesium?
PHRON. Velim, si fieri possit. DIN. Cedo soleas mihi,

---

341 quasi abhinc *Fleckeisenus* (*cf. Bachius in Studemundi stud. 2, 208*)*:* quam si hinc 342 ut rem seruare *Studemundus:* utrum seruire (seure *B*) salue est*: corr. Camerarius* uae *Merula:* ueue 343 flector '*quod fuerit sententiam muto*' *Taubmannus, cf. Cic. Phil. 1, 35* flecte et *ac similiter pro Mur. 60. 65 pro Sulla 79* quia, *corr. Bothius* 344 obtegerit 349 confutauerunt, *corr. Camerarius;* confutauero *ς; cf. Cramerus de perf. coni. usu pot. 57* 350 aestuosas *Bothius:* est uos ad; *cf. Bacch. 471* 351 infra *BCD*[2] PRONESTVM (FRONESIVM *D*[2]) DINARCVS DV. (DV. *om. CD*[2]) *BCD*[2] 353 *accedit A* uoluntas *P* 354 flore *A*[1] olet ut *A:* ole lui *B*, ole ui *CD* 355 qui *P* inficetus *P*, facetus *A* qui tuae *A:* quid ue *P* 356 dini archis auiuium (auiuum *CD*) *P* 357 hercule *A* nunc ego *Bothius* 358 *cf. Amph. 899* auortistis *P* salua sim *B*, sim salua *CD* pronesium *B* 359 hic ne *P* cenas hodie *A; cf. Stich. 430 Asin. 936 et Most. 1129* 360 *ut supra, sed* cẹnas, *A:* promis iube cenabist ubi tuluseris *P* 361 ḷubente *A:* libente *CD*, iubente *B et fort. A* 362 promestum *P* 363 uellem *A* posset *A* credo *P* mihi *P:* puer *A, cf. Muellerus pros. add. 139*

properate, auferte mensam. Phron. Amabo, sanun es?
Din. Non edepol bibere possum iam, ita animo malest.
Phron. Mane, aliquid fiet, né abi. Din. Ah, aspersisti aquam.
iam rediit animus. deme soleas, cedo bibam.
Phron. Idem es mecastor qui soles. sed dic mihi,
benene ambulatumst? Din. Huc quidem hercle ad te bene,
quia tui videndi copia est. Phron. Complectere.
Din. Lubens. heia, hoc est melle dulci dulcius.
hoc tuis fortunis, Iuppiter, praestant meae.
Phron. Dan savium? Din. Immo vel decem. Phron. Em istoc pauper es:
⟨semper⟩ plus pollicere quam ego abs te postulo.
Din. Vtinam a principio reí item parsisses meae
ut nunc reparcis saviis. Phron. Si quid tibi
compendi facere possim, factum edepol velim.
Din. Iam lauta es? Phron. Iam pol mihi quidem atque oculis meis.
num tibi sordere videor? Din. Non pol mihi quidem;
verum tempestas, memini, quondam ⟨etiam⟩ fuit,
cum inter nos sordebamus alter de altero.
sed quid ego facinus audivi adveniens tuom,
quod tu hic me absente novi negoti gesseris?
Phron. Quid id est? Din. Primumdum, cum tu es aucta liberis
cumque bene provenisti salva, gaudeo.
Phron. Concedite hinc vos intro atque operite ostium.

---

366 fiet ne *A:* fine *P* ha *A,* ab *P* has persisti *P* 367 uiuam *B,* uiuum *CD* 368 ecastor *P* dicat *P* 369 bene nambulasti *B,* bene nam ambulasti *CD* at te bene *A:* attibent *P* 370 quam *P* tu *A* uidendum est copia *P* 371 heia + hoc *A,* ad hoc *P* melle *A:* me illi *P* 373 dant suauium *P,* da sauium *A* em *A:* ut em *P* es *A:* esse *P* (*cf. 289. 378*) 374 ⟨semper⟩ *L.* ego a te postulo *P,* abs te posco au (*sup. scr.* t?) postulo *A; cf. Abrahamus stud. Pl. 186 sq.* 375 *ut supra, sed* parsissi *P:* utinam item a principio rei pepercisses meae *A, cf. ad Aul. 381* 376 repercis *A* sauis *P* 377 factam *P* 378 iam lauta es + lauta + mihi *A,* iam iauiaisse iam pol mihi *P* adque *A* 379 sorbere *A* 380 memini quondam *P:* quondam dum uiuixi (*i. e.* uixi) *A;* etiam *addidi versus causa. cf. Tib. 1, 3, 26* 381 sorderemus *P* alter de altero *A:* alteri *P;* alter alteri *Gruterus. cf. Epid. 447* 382 quid *P:* quod *A, cf. Poen. 829* aduđiui *sic A* 383 quod *AP* (quid *Schoellius*), *cf. Bacch. 1008 sim., Poen. 547, ad Asin. 52;* negoti *pendet a verbo, cf. vind. Plaut. 8, Ter. Phorm. 709* hic me absente *Lambinus:* me hic absente *A,* hic absente me *P* negotiis *P* 384 *om. P* 385 preuenisti *P* gratulor *A, cf. 516 sq.* 386. 387 *om. P* 386 adque operit

tu nunc superstes solus sermoni meo es.
tibi mea consilia summa semper credidi.
equidem neque peperi puerum neque praegnas fui;
verum adsimulavi me esse praegnatem: haud nego.
DIN. Quem propter, o mea vita? PHRON. Propter militem
Babyloniensem, qui quasi uxorem sibi
me habebat anno, dum hic fuit. DIN. Ego senseram.
sed quid istuc? cui rei te adsimulare retulit?
PHRON. Vt esset aliquis laqueus et redimiculum,
reversionem ut ad me faceret denuo.
nunc huc remisit nuper ad me epistulam,
sese experturum quanti sese penderem:
si quod peperissem id ⟨non⟩ necarem ac tollerem,
bona sua med habiturum omnia [esse]. DIN. Ausculto lubens.
quid denique agitis? PHRON. Mater ancillas iubet,
quoniam iam decimus mensis adventat prope,
aliam aliorsum ire, praemandare et quaerere
puerum aut puellam, qui supponatur mihi.
quid multa verba faciam? tonstricem Suram
novisti nostram, quae mercedem sese habet? +
DIN. Novi. PHRON. Haec ut opera circumit, per familias,
puerum vestigat; clanculum ad me detulit,
datum sibi esse dixit. DIN. O mercis malae.
eum núnc non illa peperit, quae peperit prior,
sed tu posterior. PHRON. Ordine omnem rem tenes.
nunc ut praemisit nuntium miles mihi,

---

388 summas semper crebri *P*, semper summa credidi *A* 389 nec *P* nec (nam *B*) pregnam *P* 390 adsimulaui meis se *P*, adsimulasse me esse *A* pregnantem *CD* ego *P* *deficit A* 391 que, *corr. Buggius* o mea uita *B*: meam uitam *CD* 393 anno *Lipsius*: anno um 394 istic *CD* te *ς*: tem *BD*, item *C* 395 aliqui si aqueust et *B*, aliqui si aquae usque est et *CD* (laqueusque et *Seyffertus stud. Pl. 28*) 398 perderem 399 id non necarem *Schoellius*: ide carem; *cf. 201* ac *B*: at *CD* 400 bona summe h. o. esse, *corr. Camerarius* 401 mather *B* 402 iam *CD*: non *B* 403 alia maiorsum 404 qui so upponantur *B*, quis opponantur *CD*, *corr. Acidalius* 405 qui *BCD*[1] 406 nouisi (*corr. ς*, nouistin *Spengelius*) nostram quem erga aedem sese habet *Buggius* mercedem *restituit* (mercede sese alit), *μισθοφοροῦσαν dicit, cf. Vssingius, Asin. 441sq. Vidul. 25, fort.* ei exhibet 408 clanculit *CD*[1] 409 o *om. CD* malas *Seyffertus, cf. Most. 912* (*Vssingius*) 410 prior *Merula*: patior 411 tenis *B* 412 milles

non multo post hic aderit. Din. Nunc tu te interim
quasi pro puerpera hic procuras? Phron. Quippini,
ubi sine labore res geri pulcre potest?
ad suom quemque aequom est quaestum ésse callidum.
Din. Quid me futurum est, quando miles venerit?
relictusne abs te vivam? Phron. Vbi illud quod volo
habebo ab illo, facile inveniam quo modo
divortium et discordiam inter nos parem:
post id ego [totum] tecum, mea voluptas, usque ero
assiduo. Din. Immo hercle vero accubuo mavelim.
Phron. [quin] Dis hodie sacruficare pro puero volo,
quinto die quod fieri oportet. Din. Censeo.
Phron. Non audes aliquid mihi dare munusculum?
Din. Lucrum hercle videor facere mi, voluptas mea,
ubi quippiam me poscis. Phron. At ego, ubi abstuli.
Din. Iam faxo hic aderit. servolum huc mittam meum.
Phron. Sic facito. Din. Quidquid attulerit, boni consulas.
Phron. Ecastor munus te curaturum scio,
ut cuius me nón paeniteat mittatur mihi.
Din. Num quippiam aliud me vis? Phron. Vt quando otium
tibi sit ad me revisas, ⟨et⟩ valeas. — Din. Vale.

pro di immortales, non amantis mulieris,
sed sociae únanimantis, fidentis fuit
officium facere quod modo haec fecit mihi,
suppositionem pueri quae mihi credidit,
germanae quod sorori non credit soror.

---

413 *solet* haud multo post (*Kellerhoffius in Studemundi stud. 2, 72*) hec *B*, haec *CD, corr. Camerarius* 414 puera hic procurast 415 lauore *B* pulcri *B*, pulchri *CD* 416 sum esse quaestum *Acidalius cf. Asin. 186* 417 futurun *B* 419 inuenio *B* 421 post ida ego *B* [totum] *Bothius* uoluntas 423 [quin] *Spengelius* his *secuntur quasi novus versus* Adsido immo hercle uero (*v. 422*) 424 fieri optet icenseo *B* 425 aliquod *CD* dare *cf. ad Asin. 250* munusciuilim *B*, munus ciuilium *CD. corr. Camerarius* (munusculi *Brixius, cf. ad Men. 847*) 426 facerem mihi uoluntas mehiea (meheia *CD*) 427 posces, *corr. Camerarius* abstulit (astulit *B*) 429 sit *B* attulerit *Brixius:* ait uierit bona 431 mitta *B*, mitte *CD, corr. Buechelerus* 432 quirpiam *B* me uis alium (—ud *ς*), *corr. Geppertus* otihum *B* 433 reuisas et *Geppertus:* reuisast 434 immortalis *B* 435 sotie 436 ficit *B*, facit *CD* 437 pueri (puerim *B*) quem hinc (hic *B ante corr.*) reddidit (redidit *B*) 438 sororim *B*

ostendit sese iam mihi medullitus:
scio mi infidelem numquam, dum vivat, fore.
egone illam ut non amem? egone illi ut non bene velim?
me potius non amabo quam huic desit amor.
ego isti non munus mittam? iam + modo ex hoc loco
iubebo ad istam quinque deferri minas,
praeterea obsonari ⟨una⟩ dumtaxat minà.
multo illi potius bene erit quae bene volt mihi,
quam mihi, qui mihimet omnia facio mala. —

PHRONESIVM II 5

Puero isti date mammam. út miserae
matrés sollicitaeque éx animo sumus crúciamurque!
edepól commentum mále, cumque eam rem in córde agito,
nimió — minus perhibemúr malae quam sumus íngenio.
egó prima dé me, domó docta, díco.
quanta ést cura in animo, quantum corde capio
dolorem — dolus ne occidat morte pueri:
mater dicta quod sum, eo magis studeo vitae;
quae ausa hunc sum, tantundem dolum ⟨nunc⟩ adgrediar.
lucri causa avara probrum sum exsecuta,
alienos dolores mihi supposivi;
⟨sed⟩ nullam rem oportet dolose adgrediri,

---

439 ostendit mihi iam sese *codd.*, ostendisse sciam mihi *Nonius 139*, *corr. Lambinus* 440 scio mi *Buechelerus:* se mihi *codd.*, *om. Nonius* dum uiuam *Nonius*, ne uiuat *codd.* 441 illi ut *Camerarius:* illud 443 iammo ex *B; fort.* iam ego; *si verum est* ex hoc loco, *in temporalem significationem abiit. cf. Aul. 709 Asin. 130, ad Merc. 17* 444 perferri, *corr. Studemundus* 445 ⟨una⟩ *Bergkius* dumtaxat at 447 quam mihimet omnia qui (*e corr. C*, quę *D*) mihi facto mala, *corr. Fleckeisenus* (facio *Camerarius*). *Muellerus pros. add. 146* PHRONESIVM (PR. *B*) MERETRIX *BCD*[2] 448–453 *disp. B:* Puero — solliciteque | Ex — malc | Cumque — perhibemur | Male — dicito. *systema XI metrorum sine catalexi* (cruciamurque edepol *coalescunt*) 448 amam mam *B* 449. 450 suni cruciantque, *correxi* 452 malo *ς* 453 prima *ablativus;* prime *Seyffertus* de me modo dicta dicito, *corr. Goellerus Palmerius Spengelius* 457 magi *B* uitae: *subintellegit* doli 458 quae huc (huc *om. C*, hunc *ς*) ausa sum tantundem dolum adgrediar, *correxi* *hic versus praeparat sequentes, in quibus pueri suppositio* (probrum) *ut prior dolus sequenti militis defraudationi, quae rem conficiet, opponitur. ergo recte 461 Geppertus supplevit* sed 459 avare *Seyffertus; cf. 463* 460 mih *B* supposiui *B:* supposui *CD*

nisi astu totam accurateque exsequare.
vosmet iam videtis, ut ornata incedo:
puerperio ego nunc med esse aegram adsimulo.
mále quod mulier fácere incepit, nísi ⟨id⟩ efficere pérpetrat,
id illi morbo, id illi seniost, ea illi miserae miseriast;
bene si facere incepit, eius rei nimis cito odium percipit.
nimis quam paucae sunt defessae, male quae facere occeperunt,
nimisque paucae efficiunt, si quid facere occeperunt bene:
mulieri nimio male facere levius onus est quam bene.
ego quod mala sum, matris opera mala sum et meapte malitia,
quae me gravidam esse adsimulavi militi Babylonio:
eam nunc malitiam accuratam miles inveniat volo.
is hic haud multo post, credo, aderit; nunc prius praecaveo sciens
sumque ornata ita ut aegra videar, quasi puerperio cubem.
date mi huc stactam atque ignem in aram, ut vẹnerem Lucinam meam.
hic apponite atque abite ab oculis. eho, Pithecium,
face ut accumbam, accede, adiuta. em sic decet puerperam.
soleas mihi deduce, pallium inice in me huc, Archilis.
ubi es, Astaphium? fer huc verbenam mi intus et bellaria.
date aquam manibus. nunc ecastor adveniat miles velim.

STRATOPHANES II 6

Ne expectetis, spectatores, meas pugnas dum praedicem:
manibus duella praedicare soleo, haud in sermonibus.
scio ego multos memoravisse milites mendacium:

---

462 astu totam *L.:* astute (astu docte *Schoellius*) ex sequere *B*, exequere *CD* 463 uidetis ⟨me⟩ *Muellerus* 464 me essem 465 ⟨id⟩ *Camerarius* 466 morbost *Spengelius* senio est *CD:* senio *B* 467 si bene *CD* eius enim scito (cito *CD*), *corr. Spengelius* 468 *om. B* quam *Camerarius:* quae occeperent 469 occeperunt (-rint *CD*) bene facere, *corr. Bothius* 470 leuius *ς:* melius est onus *CD* 471 opera malus *CD* 474 istic, *corr. Weisius* aut praecaueo *Camerarius:* prece caueo 475 eumque ornatum ut grauida quasi, *corr. Buechelerus* puer perlocubem 476 stactam *Camerarius:* eiectam benerem iucinam (uicinam *CD*), *corr. Saracenus* 477 apponiteh *B* e opi hecium *B*, opihetium *C*, o pietium *D* 478 adiutare sic, *corr. Pareus, Seyffertus* pueri eram 479 solias duce, *corr. Geppertus* minice 480 ubi saphilim uerbanam *B* mihi tus (thus *CD; cf. 476*), *corr. Buechelerus* (*qui praetulit* fer uerb. huc intus) 481 data quam ecastorum ueniret miles, *corr. Muellerus pros. 389* 482 Statopimones. Fronetium Astaphium *nigro, subscr. rubro* MILES MERETRIX ANCILLA *B*, M. M. A. *C*, MILES MERETRIX STRATOPHANES ANCILLA *D*[2] dum pugnas *Bothius* 483 duellis, *corr. Gronovius* predicarem 484 memorauis sem (memora iussem *B*)

et Homeronida et postilla mille memorari pote,
qui et convicti et condemnati falsis de pugnis sient.
non laudandust cui plus credit qui audit quam ⟨ille⟩ qui videt:
[non placet quem illi plus laudant qui audiunt, quam qui vident.]
pluris est oculatus testis unus quam auriti decem;
qui audiunt audita dicunt, qui vident plane sciunt.
non placet quem scurrae laudant, manipularis mussitant,
neque illi quorum lingua gladiorum aciem praestringit domi.
strenui nimio plus prosunt populo quam arguti et cati:
facile sibi facunditatem virtus argutam invenit,
sine virtute argutum civem mihi habeam pro praefica,
quae alios conlaudat, eapse sese vero non potest.
nunc ad amicam decimo mense post Athenas Atticas
viso, quam gravidam hic reliqui meo compressu, quid ea agat.
PHRON. Vide quis loquitur tam propinque.

ASTAPHIVM

Miles, mea Phronesium,
tibi adest Stratophanes. nunc tibi opust, aegram ut te adsimules. PH. Tace.
cui adhuc ego tam mala eram monetrix, me maleficio vinceres?
ST. Peperit mulier, ut ego opinor. A. Vin adeam ad hominem? PH. Volo.

---

485 homeronidam; *fictum ut Men. 210 Pers. 702 sq.* post illam illi memorari potest, *corr. Saracenus*, *Camerarius* 486 pugnas, *corr. Camerarius cf. Bergkius symb. 139 sq.* 487 laudandum est ille *supplevi, quod in antithesi secundo loco poni solet: 492. 745 Epid. 454 Capt. 462. 566 Most. 73 Pseud. 281 Trin. 351. 1160* 488 *delevit Guietus.* non placet *cf. 491,* illi *non recte additum priori ac debiliori parti, pluralis numerus propter v. 490* quem *Acidalius:* cum quam *ς*: quia *CD*, q *B* 489 *ut supra Paulus 179, Apuleius flor. 1, 2:* testis quam aurite decet 490 auditas scient *C*, sient *D* 491 curre *B* mussitan *B*, musitan *D* 493 arguit eccati *BC*, arguteccati *D*, *corr. Merula* 494 arguta, *corr. Turnebus* 495 virtuti pro praefica *Varro de l. l. 7, 70,* praeficas (*ab hoc verbo incipiens*) *Nonius 67:* profecta 496 que alias conlaudate apsa (abse *CD*) se vero *codd.*, quae alios conlaudare a se vero *Nonius*, *corr. Scioppius, Bothius. ex* conlaudat *auditur infinitivus, cf. Cas. 548. 1011, multa ut Cic. epist. 14, 4, 5* ego, qui te confirmo, ipse me non possum. *ferri vix potest* conlaudare, *et errori debetur.* vero *cf. Langenus symb. 113* 497 ad *Nonius 457: om.* post *om. Nonius* 498 hic *Nonius: om.* relinqui *Nonius* conpressum *B* quit *B*, quod *Nonius* 499 uide *ς*: uibet qus *B* iam propinque (propinqua *CD*) miles, *corr. Acidalius* prhonesium *B* 500 ades strato phones opus est *B*: opus *CD* mut *B* 501 cui adhuc ego tu mala meam emonet ruria me mal ficio (maflicio *C*, maficio *D*) uincer est, *corr. Buechelerus nisi quod scripsit* cui adhuc ego eram monetrix, tu iam me 502 reperit, *corr. Camerarius* uinadea aut hominem ut uolo, *corr. Pius* (ut uolo *cf. 518*)

S. Euge, Astaphium eccam it mi advorsum. A. Salve ecastor, Stratophanes.
[venire] salvom ⟨te⟩ — Strat. Scio. sed peperitne, ópsecro, Phronesium?
Ast. Peperit puerum nimium lepidum. Strat. Ehem, ecquid mei similest?
Ast. Rogas?
quin ubi natust machaeram et clupeum poscebat sibi?
Strat. Meus est, scio iam de argumentis. Ast. Nimium tui similest.
Strat. Papae,
iam magnust? iamne iit ad legionem? ecquae spolia rettulit?
Ast. Heia, nudius quintus natus ille quidem est. Strat. Quid postea?
inter tot dies quidem hercle iam aliquid actum oportuit.
quid illi ex utero exitiost prius quam poterat ire in proelium?
Ast. Consequere atque illam saluta et gratulare illi. Strat. Sequor.
Phron. Vbi illa, óbsecro, est quae me hic reliquit, eapse abiit? ubist?
A. Adsum, adduco tibi exoptatum Stratophanem. Ph. Vbi is est, obsecro?
Strat. Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam.
quom tu recte provenisti quomque es aucta liberis,
gratulor, quom mihi tibique magnum peperisti decus.
Phron. Salve, qui me interfecisti paene vita et lumine
quique mihi magni doloris per voluptatem tuam
condidisti in corpus, quo nunc etiam morbo misera sum.
Strat. Heia, haud ab re, mea voluptas, tibi istic obvenit labos:
filium peperisti, qui aedis spoliis opplebit tuas.
Phron. Multo ecastor magis oppletis tritici ópust granariis,
ne, ille prius quam spolia capiat, hic nos extinxit fames.

---

503 eugastha phin (euge staphin *CD*) maccam id ecastror stratio panes *BC*, ecastor statio panes *D* 504 saluom te *Kampmannus:* uenire saluum pronesium *B* 505 ehem (*vel* hem) ecquid *Muellerus:* ehec quit *B*, haec quit *C*, ec quid *D* mihi, *corr. Ritschelius* si mille est 506 maceram *B* clipeum *BD*, clippeum *C* 507 tui *Brixius:* quidui (similest *codd.*) 508 iit ad *Buechelerus:* letat *B*, lectat *CD* quae spoliaret uelit, *corr. Spengelius et* (ecquae) *Kiesslingius* 509 heia *Schoellius:* ere (gerrae *Palmerus journ. of phil. 16, 40*) nudiis *B* quidem ille est, *corr. Ritschelius* quit *B* 510 actum aliquit (—id *DC*²), *corr. Bothius* 511 quit *B* 512 gratulari 513 est obsecro *Bothius, cf. Capt. 950, Pseud. 1260* eabse *B*, abse *CD* ab⟨iit ub⟩ist *L.:* abisti 514 adduce stratopane (—en *C*, —ē *D*) nubilis est 515 neriene uoxorem *B* *cf. Gell. 13, 23* 516 cumque *ς:* quam qua 517 deristi, *corr. Merula* 518 uita *Camerarius:* ut ulta (—tra *C*) 519 quiquem ibi, *corr. ς;* q. uim *Camerarius*, uimque m. *Buechelerus*. morbo *ἀπὸ κοινοῦ?* 521 cela ad ob rem, *corr. Camerarius.* obuenit labos istec, *corr. Goellerus* 522 *fort.* spoliorum oppleuit 523 opus est tritici, *corr. Bothius* granareis *B*, granarii *CD* 524 hinc, *corr. Angelius* extincxit *BD*

STRAT. Habe bonum animum. PHRON. Savium pete hinc sis. ah, nequeo caput
tollere, ita dolet itaque ego + medulo, neque etiam queo
pedibus mea sponte ambulare. STRAT. Si hercle me ex medio mari
savium petere tuom iubeas, petere hau pigeat [me], mel meum.
id ita esse experta es: nunc experiere, mea Phronesium,
me te amare. adduxi ancillas tibi eccas ex Suria duas,
is te dono. adduce hoc tu istas. sed istae reginae domi
suae fuerunt ambae, earum patriam ego excidi manu.
his te dono. PHRON. Paenitetne te quot ancillas alam,
quin examen super adducas, quae mihi comedint cibum?
ST. Hoc quidem herclést ingratum donum. cedo tu mi istam purpuram.
mea voluptas, attuli eccam pallulam ex Phrygia tibi.
tene tibi. PHRON. Hocine mi ob labores tantos tantillum dari?
STRAT. Perii hercle ⟨ego⟩ miser. iam ⟨mi⟩ auro contra constat filius:
+ etiam num mali pendit addit purpuram. ex Arabia tibi
attuli tus, Ponto amomum. tene tibi, voluptas mea.
PHRON. Accipe hoc, ⟨Astaphium,⟩ abduce hasce hinc e conspectu Suras.
S. Ecquid amas me? PH. Nibil ecastor, neque meres. S. Nilne huic sat est?

---

525 habebo unu manunt suauium *CD* sis pete hinc ab nequeo, *corr. Bothius* 526 dolet *Spengelius:* do ut medolo *CD* ego me ludo *Buechelerus*, aegre moueo *Seyffertus* eliam *B*, iam *CD*, *corr. Camerarius* 527 meas ponite *B* si hercle me *Luchsius:* sih plane *BC*, sih plame *D* maria *CD* 528 tuom petere *Bothius* haud *CD* [me] *Bothius* mel meum *Camerarius:* imme (inme *CD*) inmeum 529 es *CD:* esse *B* 530 cecas *B* ex syria *ς:* exuri 531 iste *B:* istas *CD* sed *quale e. g. Rud. 799* iste *B*, *om. CD* 532 fuere earum *Muellerus:* uerum excida *B* 533 his *Merula:* is quot ancillas alam *Gulielmius:* quod ancillam solam *Donatus ad Eun. 5, 6, 12*, quod ancilla siam *B*, quod ancillast iam *CD* 534 examen *Hauptius:* etiam men comet incibum, *corr. Camerarius* 535 hercles ingratust *B*, hercle si ingratumst *CD* purpuram *Buechelerus:* puere per uiam; *vulgo* puere perulam *mutatis quae praecedunt. sed quis pallulam in perulam?* 536 Imea *CD*, Immea *B* attolli palunam *B*, palauiam *C*, palliuiam *D* phrygia *Gronovius:* pari gra (gr̄a *i. e.* gratia *CD*), *cf. Cic. de leg. p. 113, 6 V* 537 hoccine lauores *B* tantillis 538 peri *D*, per *C* ⟨ego⟩ *Bothius* ⟨mihi⟩ *Camerarius* 539 etiam nihili pendit *ς*, addit *del. Goellerus; item, deinde* ⟨eccum⟩ ex *Buechelerus, nec valet contra Bachii argumentum Studem. stud. 2, 401. conieci* etiam nummuli non pendit pallam exarat tibi, *corr. Buechelerus* 540 attuli tuas ponto (tua sponte *B*) amoenas, *corr. Spengelius, Muellerus* 541 accepi ⟨Astaphium⟩ *Schoellius, Bachius p. 242 post* abduce hinc e: ince *B*, in *CD* suris *CD* 542 ec quidem asme *B*, et quidem has me *CD*, *corr. Camerarius* castor nihilne *CD:* nihil nec *B*

ne bonum verbum quidem unum dixit. viginti minis
venire illaec posse credo dona quae ei dono dedi.
vehementer nunc mi est irata, sentio atque intellego;
verum abibo. quid ais? nunc tu num nevis mé, voluptas mea,
quo vocatus sum ire ad cenam? mox huc cubitum venero.
quid taces? planissume edepol perii. sed quid illuc novi est?
quis ⟨hic⟩ homost, qui ducit pompam tantam? certumst quo ferant
observare. huic credo fertur. verum iam scibo magis.

CYAMVS II 7

Ite íte hac simúl, mulierí damnigéruli,
forás egerónes, bonórum exagógae.
satin, sí quis amat, nequit quín nihili sit atque ímprobis se artibus éxpoliat?
nam hóc qui sciám, ne quis íd quaerat éx me,
domist qui facit improba facta amator,
qui bona sua pro stercore habet, foras iubet ferri, metuit
⟨ne⟩ apud nos ⟨non⟩ mundissimum sit;
puras sibi esse volt aedis: domi quidquid habet, eicitur ἔξω.
quándoquidem ipsus pérditum se it, sécreto hercle equidem éum adiutabo,
néque mea quidem ópera umquam hilo mínus propere quam póte peribit.
nám iam de hoc obsónio de mína deminui uná modo

543 nemonum *B*, ne unum *CD*, *corr. Buechelerus* unum D^1*:* num 544 dedit *B* 546 abdibo *B*, adibo *CD*, *corr. Bothius* nunc tu nunemuis mea *B* 547 uocatum *B* nox *Fleckeisenus ann. 1894, 851, cf. Rud. 111. 417 Asin. 597* huc: adhuc *B* inero, *corr. Buggius* 548 planes sume *B* boni est, *corr. Spengelius* 549 ⟨hic⟩ *Seyffertus* inducit, *corr. Bothius* cercum sit *B* 551 GETA · PHRONESIVM · ASTAPHIVM (STAPHIVM D^2) C · CD^2, GETA PRHONESIVM ASTARC · *B; de nomine servi v. ad 577* mulierei; *qui mulieri damnum nostrum geritis disp. B:* Ite — gerronis | b. e. 552 gerronis, *corr. Kiesslingius, Buggius* axagoce *CD*, maca goce *B*, *corr. Merula* 553 se nequid *CD* nihilis itaque inprouisse (—uise *CD*) partibus expoliat (exspoliat *D; part. exp. om. B*), *corr. Camerarius, cf. Pseud. 1110* 554 *sq. disp. B:* Nam — facit | inproba — amator nam ⟨ego⟩ *Muellerus, cf. ad Capt. 478* quis cieam 555 domis itque (idque *CD*) facit, *corr. Camerarius, Saracenus* 556 feri *BD*, fieri *C* 556 *sq.* metuit publicos mundissimum sit, *corr. Buechelerus* (metuit pol ne, *in baccheis scilicet*) 558 uoltas dis neititur exo (exeo *CD*) 555—558 *fort. sic:* domist quí facit facta impróba amator, | ⟨domist⟩ quí bona sua pro stércore habet, | foras iúbet ferri, | metuít ne apud nos non múndissumum | sit, púras sibi uolt ésse aedis: | domi quídquid (*cf. 254*) habet eícitur ἔξω, *scilicet XI metrorum systema* 559 se it *Camerarius:* sit *BD*, fit *C* eum *L.:* illum 560 hilo minus *Lambinus:* nihili omnibus potest 561 deminui una *L.:* una deminui *BC*, deminui *D*

quínque nummos: míhi detraxi pártem Herculáneam.
nam hoc adsimile est quasi de fluvio quí aquam derivat sibi:
nisi derivetur, tamen omnis ea aqua ábeat in mare;
nam hoc in mare abit misereque perit sine bona omni gratia.
haec cúm video fierí, suffuror súppilo,
de praéda praedam cápio.
meretrícem ego item esse reór, mare ut est:
quod dés devorát ⟨nec dat⟩ís umquam abúndat.
hoc sáltem: ⟨rem⟩ sérvat nec úlli ubi sit appáret:
dés quantumvis, nusquam apparet, neque datori neque acceptrici.
velut haéc meretrix meum erúm miserum sua blánditia
⟨paene⟩ íntulit in paupériem:
privábit bonís, luce, honóre atque amícis.
áttat, eccam adest propinque. credo audisse haec me loqui.
pallida est, ut peperit puerum. ádloquar quasi nesciam.
iubeo vos salvere. PHRON. Noster Cyame, quid agis? ut vales?
CYAM. Valeo, et venio ad minus valentem, et melius qui valeat fero.
erus meús, ocellus tuos, ád te ferre me haec iussit tibi
dona quae vides íllos ferre, et has quinque argenti minas.
PHRON. Pol haúd perit quod illum tántum amo.
CYAM. Iússit oráre, ut haec gráta haberés tibi.
PH. Grata ácceptaque ecastór habeo. iube ⟨vása⟩ auferri intro, i Cyame.
AST. Écquid audítis, haec quaé iam ⟨Cyamo⟩ ímperat?

---

562 partem ⟨inde⟩ *Geppertus* 564 diriuetur *CD* ea qua, *corr. Camerarius; fortasse* ea aqua ómnis inmari 565 na *B* abiit omnia gratiam 566. 567 *coniungit B* 566 fieri suffuror suppilo *Nonius 12:* si fieri susfuror (susfurror *CD*) sopplicio (suppl. *C*, supl. *D*) 567 praeda *Nonius: om.* 568 esse *om. B* 569 deuoratis umquam, *supplevit Buechelerus* 570 hoc saltem seruat mecum illi sub este apparet, *correxi* 571 datori *cf. Buechelerus ind. Bonn. 1878/79 p. 24* acceptrice 572 *sq. disp. B:* Velut — in | Pauperiem — amicis 572 hec *B: om. CD* 573 *supplevi* 574 bones *B*, bonas *CD* 575 ecam *BC* audiuisse 577 noster: et nos te *Seyffertus Philol. 27, 463* Cyame *idem;* geta; *cf. 583. 586. 702* 578 minu 579 atte ferre me *CD:* atte me ferreme *B; fort.* tuos ferre me dono haec iussit tibi | dona, *cf. 544; Pseud. 372* 580 nos *Buechelerus*, hos *Bothius, cf. Bachius Studemundi stud. 2, 325* ferc 581—592 *disp. B:* Pol — operare | ut — tibi | Grata — chiame | Hec — auferant | Des. — egori | Tu — fide | Tune — flagiti | Dic — dona | que — miserit | Me — honorem | Illum — ueniat obs. il. 581. 582 tantum amolus sit operare ut, *corr. ς, Camerarius* 583 acceptaque *Camerarius:* acaque *B*, que *CD* ecastor *primam corripere videtur; cf. 107—110, Most. 273* uasa *addidi* chiame 584 *Cyami vulgo, Astaphio dedi* hec (haec *CD*) quid auditis heque tam inperat, *corr. ς, Camerarius;* iam *posui et versum explevi*

CYAM. Vása nolo aúferant: désiccarí iube.
A. Ímpudens mecástor, Cyame, es. C. Égone? A. Tu. C. Boná fide?
tune ais me ímpudentem esse, ipsa quae sis stabulum flagiti?
PHRON. Díc, amabó te, ubi est Díniarchús? CYAM. Domi.
PHRON. Díc ob haec dóna, quae ad mé ⟨hodie⟩ míserit,
me íllum amare plurimum ómnium hominum merito,
méque honorem ílli habere ómnium máxumum,
átque ut huc véniat ⟨ad me⟩ óbsecrare. CYAM. Ílicet.
séd quisnam illic homóst, qui ipsus se cómest, tristis, oculís malis?
ánimo hercle homost suo miser,
quísquis est. PHRON. Dignúst mecastor. néquam est. non nosti, óbsecro,
militem, hic apud me ⟨quí⟩ erat? huius pater pueri illic est.
úsque abegi, áspuli, iússi abi⟨ret; tamen⟩
mánsit: auscultát, observat quám rem agam. C. Novi hóminem nihili.
íllicinest? PHRON. Íllic est. CYAM. Me íntuetúr gemens;
traxit ex intimo ventre suspiritum.
hoc vide, dentibus frendit, icit femur;
num obsecro nam hariolust, qui ipsus se verberat?

S. Nunc égo meos animos víolentos meamque íram ex pectore iám promam.
loquere: únde es? cuius es? cúr ausu's mi inclémenter dicére? C. Lubitumst.

---

585 suasa iubet, *corr. Buechelerus* 586 immo pudet me castor cua mestegori tu b. f., *corr. Merula, Bothius,* Cuame *restituit Seyffertus Astaphii personam Bothius pro Phronesio, cuius hi sermones esse non possunt* 587 tune asin (ansin *CD*) pudentem me esse ipsa (aipsa *B*) quae sistabulum flagitii, *corr. Spengelius* (tun me) 588 diniarcus *B*, dinarchus *CD* 589 *supplevi* me *om. CD* 590 omnium plurimum *Spengelius* hominium *B* merito *Vssingius:* ergo 591 meumque honorem illum, *corr. Bothius* 592 ⟨ad me⟩ *Schoellius* obsecrat obsecrato. C. Licet *Acidalius, Spengelius* 593 cumest *CD* 594—602 *disp. B:* Animo — est | Non — est | Vsque — obseruaui | Quem — est | Me — intimo | Ventre — dentibus | Frendit — uerberat 594 oculis malis *om. CD* humost 595 dignus est nequam *Seyffertus:* nequid nouisti 596 militem hic apud me qui erat *Schoellius:* qui ilitic (illic *CD*) apud me erat pueri illic est *om. CD* 597. 598 usque adiecta culem (—lum *C*) iussit alii mansi auscultaui obseruaui (—bi *B*), *correxi* (úsque ad noctem ego íllum iussi abire, non abiit tamen, mansit *Buechelerus*) quam rem agam *Spengelius, Kochius:* quemper nam nihil 599 illic queest illic est, *corr. Kiesslingius; cf. ad Pseud. 954* tuetur *B ante corr.; cf. ad Bacch. 668* 600 suspensum *CD*, suspensus *B*, *corr. Camerarius* 601 frendid *CD* fremur *B* 602 ariolus, *corr. Camerarius* ueruerat *B* 603 uiolentus *B* expector etiam *CD* 604 loqueri *B* unde est inclementer mihi *CD* lubido (iub. *B*) est, *corr. Bothius, Spengelius*

STRAT. Istúcine mihi respóndes? CYAM. Hoc. non égo te flocci fácio.
S. Quid tú? cur ausa es álium te dicére amare hominem? PH. Lúbitumst.
STRAT. Ain tándem? istuc primum éxperiar. tun tántilli doní causa,
holerum átque escarum et póscarum, moechúm malacum, cincínnatum,
umbráticulum, tympánotribam amás, hominem non nauci? C. Quae haéc res?
meone [ero tu], ímprobe tu, male dícere ⟨ero⟩ audés, fons viti et peiúri?
S. Verbum únum adde istoc: iam hércle ego te hic hac óffatim conficiam.
C. Tangé modo, iám ego ⟨te⟩ hic agnum faciam ét medium distrúncabo.
si tu ín legione béllator clues, át ego in culina clúeo.
PH. Si aequóm facias, advéntores meos ⟨nón⟩ incuses, quórum
mihi dóna accepta et gráta habeo, tuaque íngrata, quae abs te áccepi.
S. Tum pól ego et donis privatus sum et périi. PH. Plane istúc est.
CYAM. Quíd nunc ergo hic ódiosu's, confessus omnino reus?
S. Périi hercle hodie, nísi hunc a te abigo. C. Áccede huc modo, adi
húc modo.
S. Étiam, scelus virí, minitare? quém ego [offatim iam] iam iam cóncipilabo.
quíd tibi huc ventio est? quíd tibi hanc áditio est?
quid tibi hanc notio est, inquam, amicam meam?
emoriere ocius, ni manu viceris.
CYAM. Quid, manu vicerim? STRAT. Fac quod iussi, mane.
iam égo te hic offatím conficiam, ⟨síc⟩ occidi te óptumum est.
CYAM. Cáptiost: istám machaeram lóngiorem habes quam haéc est.
séd verum ⟨me⟩ sine dum petere: siquidem belligerandum est tecum.

---

606 istuc nec mihi responsis, *corr. Camerarius* (responsas ς, responsi das *Bachius p. 221*); *interrogari* hoc *ostendit* 607 amarem homine *B* lubitunst *CD,* lubitunt *B* 608 tun tantilli ς: tum pentilli *CD*, tum pertilli *B* (petili *Geppertus; non aptum epitheton crurum et surarum*) 610 mecum 611 umbraticolum tympanotribam *Priscianus 1, 204:* lymphanotribam haec res *Saracenus:* hercles 612 meone ero tu improbe et omale (male *CD*) dicere audes, *correxi* peiiuri *B* 613 affatim *CD* officiam 614 ⟨te⟩ ς 615 sit uellegionem, *i. e.* si tu illegionei clues *Camerarius:* ciuis cubilina *B;* cūlina *admittit Buechelerus ind. lect. 1878/79 p. 24*, *ego* ĭn, *cf. Pseud. 593* clueo *Camerarius:* ciue 616 ⟨non⟩ ς, *potest sane augeri versus in tetrametrum* 617 abs te quae *Kiesslingius* 618 peri 619 odiose es *CD,* odies sees *B* omnibus teus, *correxi* (reus *Scioppius*) 620 abico *B* acc. hunc 621 ueri BC^1D mimitare *B* quem (que *B*) ego offatim (affatim *CD*) iam iam iam c., *corr.* ς *et* (*deleto* offatim) *Buechelerus* 623 quit t. h. noctio est umquam *B* 624 ni *Studemundus:* si; *cf. Brugmannus de ni condic. p. 7* 626 affatim *CD* *supplevi* occidi te *Buechelerus:* occidit 627 ⟨tú⟩ habes *Spengelius* *non cultrum habuisse videtur cocus, sed fortasse peniculum* 628 ⟨me⟩ *Goellerus*

adero, dum ego tecum, bellator, arbitrum aequom ceperim.
sed ego cesso hinc' me amoliri, ventre dum salvo licet? —

PHRON. Datin sóleas? atque me intro actutum ducite, II 8
nam mihi de vento miserae condoluit caput. —
STRAT. Quid mihi futurum est, cui duae ancillae dolent,
quibus té donavi? iamne abiisti? em sic datur.
quo pacto excludi, quaeso, potui planius,
quam exclusus nunc sum? púlcre ludificor. sine.
quantillo mi opere nunc persuaderi potest,
ut ego his suffringam talos totis aedibus.
num quippiam tam immutat mores mulierum?
postquam filiolum peperit, animos sustulit.
nunc quasi mi dicat: nec te iubeo neque voto
intro ire in aedis. at ego nolo, non eo.
ego faxo dicat me in diebus pauculis
crudum virum esse. sequere me hac. verbum sat est. —

STRABAX III 1

Rus mane dudum hinc ire me iussit pater,
ut bubus glandem prandio depromerem.
post illoc quam veni, advenit, si dis placet,
ad villam argentum meo qui debebat patri,
qui ovis Tarentinas erat mercatus de patre.
quaerit patrem. dico esse in urbe. interrogo,
quid eum velit *
homo cruminam sibi de collo detrahit,
minas viginti mihi dat. accipio libens,

---

629 abo *B*, ibo *CD*, *correxi* dum *Geppertus:* domum *arbitrum veru dicit, cf. Cas. 966* (*Vssingius*) 630 cesso mi hincamo sire, *corr. Camerarius, Bothius* uentrem MERETRIX · MILES · DV · (DV *om.* *BD*²) *BCD*² 632 misere 634 abisti; *cf. Stich. 631. errat Seyffertus Bursiani ann. 80, 344* emsicoatur 635 excludis, *corr. Studemundus* quameso potius *B*, pitius *CD*, *corr. Buechelerus* 638 hisce 639 tam immutat *L.:* auarum ut at (ad *CD*); mutat *Camerarius. cf. Curc. 146 Trin. 72*ᵃ 640 filiorum, *corr. Camerarius* 641 uolo, *corr. Camerarius* 642 ad *B* 645 Stratilex. RVSTICVS ANCILLA *B*, STRATILAX SERVVS ANCILLA *CD*² 646 clandem *C, D ante corr.* 647 quam ueni *Spengelius:* ueni quam aduenis ideis, *corr. Merula* 648 billam 649 quo uistaret (uis staret *CD*) inaserant mercatus (*scilicet* n *omissa et ascripta locum non suum occupavit*) 651 uellit concredat mihi si quid uelit *supplet Schoellius* 652 erumenam detraxit, *corr. Camerarius* 653 mihi dat ς: middat *B*, midat *CD*

condo in cruminam. ille abit. ego propere minas
ovis in crumina hác in urbem detuli.
fuit edepol Mars meo periratus patri,
nam oves illius hau longe absunt a lupis.
nunc ego istos mundulos urbanos amasios
hoc ictu exponam atque omnis eiciam foras.
eradicarest certum cumprimis patrem,
post id locorum matrem. nunc hoc deferam
argentum ad hanc, quam mage amo quam matrem meam.
tat, ecquis intust? ecquis hoc aperit ostium?

ASTAPHIUM

Quid istúc? alienun es, amabo, mi Strabax,
qui non extemplo ⟨intro⟩ ieris? STRAB. Anne oportuit?
AST. Ita te quidem, qui es familiaris. STRAB. Ibitur,
ne me morari censeas. — AST. Lepide facis.

TRVCVLENTVS III 2

Mirum videtur, rure erilem filium
Strabacem non rediisse; nisi si clanculum
conlapsus est hic in corruptelam suam.
AST. Iam pol illic inclamabit me si aspexerit.
TRVC. Nimio minus saévos iam sum, Astaphium, quam fui,
iam non ⟨ego⟩ sum truculentus, noli metuere.
AST. Quid vis? qui⟨d metuam⟩? tuam expecto truculentiam.

---

654 ille —655 crumina *om. B* 654 abiit propere *ς: perpera* 655 Quis, *corr. Merula* urbe medetuli 656 piratus, *corr. Camerarius* 657 au *B*, aut *CD* 658 *Diomedes 343* (amasius) Plautus in Truculento stos (truculentos *praeter Puteaneum*) mundolos amasios. *sed* urbanos *non est otiosum, pronuntiandum videtur* mund(u)los amas pos *B*, amas *CD* 659 itu, *corr. Merula* ieciam *BC* 660 eradicarensi (—msi *CD*) 661 locarum hoc die (hodie *CD*) efferam, *corr. Spengelius* 662 ad hanc argentum, *corr. Bothius* 663 tatec (tatet *C*) qui si nulla est et quis aperit hoc ostium tat *posuit Camerarius, probabiliter* (*pulsantis ut* heus *clamantis, cf. Richterus in Stud. stud. 1, 627*), intust *Spengelius*, hoc aperit *Bothius* 665 est, *corr. Lambinus* 666 intro ieris *Brixius:* ire si a. o. *Strabaci dedit Spengelius* 668 facis. Truculentus. Astaphium *B* 669 SERVVS ANCILLA · DV · *B*, ASTAPHIVM · SERVVS · ANCILLA · DV · *C*, STRATILAX STAPHIVM *D*[2] rurier item filium 670 strabaccem *B* redisse 672—698 *in brevius contracta; cf. Goetzius act. Lips. 6, 291* 672 me inclamauit (—bit *ς*), *corr. Bothius* se 673 nimio inissę uos (inisse uos *B*, in his seuos *D*) iam sumas astaphium 674 ego *addidi;* noenum *Bothius* metueris 675 quid uis qui tuam expector osculentiam (exspecto truculentiam *ς*), *supplevi*

Trvc. Dic impera mihi quid libet quo vis modo.
novos ómnis mores habeo, veteres perdidi.
vel amare possum vel iam scortum ducere.
Ast. Lepide mecastor nuntias. sed dic mihi,
haben — Trvc. Marsipum te fortasse dicere?
Ast. Intellexisti lepide quid ego dicerem.
Strat. Heus tu, iam postquam in urbem crebro commeo,
dicax sum factus. iam sum caullator probus.
Ast. Quid id est, amabo? ístaec ridicularia,
cavillátiones, vis opinor dicere?
Strat. Istud pauxillum differt a cavillibus.
Ast. Sequere, intro [me], amabo, mea voluptas. Strat. Tene hoc tibi:
rabonem habeto, ut mecum hanc noctem sies.
Ast. Perii, rabonem? quam esse dicam hanc beluam?
quin tu arrabonem dicis? Strat. 'A' facio lucri,
ut Praenestinis conia est ciconia.
Ast. Sequere, obsecro. Strat. Strabacem hic opperiar modo,
si rure veniat. Ast. Is quidem hic ápud nos est Strabax,
modo rure venit. Strat. Priusne quam ad matrem suam?
eu edepol hominem nihili. Ast. Iamne autem ut soles?
Strat. Iamne nihil dico? Ast. I intro, amabo, cedo manum.
Strat. Tene. in tabernam ducor devorsoriam,
ubi male accipiar mea mihi pecunia. —

---

676 incipera quid tibi et quo, *corr. Buechelerus* 678 uel iam *Camerarius:* uellam dicere *B* 680 habent, *corr. Lipsius* parasitum et (te ς), *correxi. μάρσιπον dicit, plebeio sermoni convenienter. cf.* marsipium *B Pers. 125 (Rud. 547)* 682 commoueo (−obeo *B*), *corr. Camerarius* 683 hic axsum (axum *CD*) factum, *corr. Camerarius* cauillator 684 *fort.* ⟨tu⟩ istaec 685 suis *B* 686 istud *L.:* ita ut *cavilles caules dicit detorquens per iocum ut assimilet cavillationibus.* ita ut pauxillum differant a caulibus *post alios Goellerus* 687 [me] *Bothius* voluptast *CD,* volupta si *B* hoc *del. Bothius* 688 mecum ut *Camerarius* (*cf. Kaempfius de pron. 38*); habeto ⟨hoc⟩ *Bergkius symb. 95* hac (ac *C,* a *B*) nocte, *corr. Camerarius* 689 peri hanc *B* uelbam 690 arabonem *BC* dicista facto, *corr. Merula, Lambinus;* t *Truculentum indicaverat ut v. 680. 687* 691 conea, *item Probus de ult. syll. G. L. 4, 263* 692 strauacem operiar 693 se ruri ueniatis (−etis *B*) quidem hic apud nos est *Schoellius:* apud nos est hic strapax *C,* strabrax *D* 694 *fort.* rure ⟨huc⟩ 695 nihilli *B,* nihil *CD* iamne *Acidalius:* anne 696 *i. e. nonne iam nihil dico, ut me laudare possis? per iocum repetito* iamne i intro ς*:* lintro 697 dulor 698 mea mea mihi pecunia diniarcus *B*

DINIARCHVS IV 1

Néque gnatust neque progignetur neque potest reperirier
cuí ego nunc ⟨aut⟩ dictum aut factum melius quam Veneri velim.
di magni, * ut ego laetus sum et laetitia differor.
ita ad me magna nuntiavit Cyamus hodie gaudia:
mea dona deamata acceptaque habita esse apud Phronesium;
quom hoc iam volup est, tum illuc nimium magnae mellinae mihi,
militis odiosa ingrataque habita. totus gaudeo.
mea pila est: si repudiatur miles, mulier mecum erit.
salvos sum, quia pereo; si non peream, plane perierim.
nunc speculabor quid ibi agatur, quis eat intro, qui foras
veniat; procul hinc observabo, meis quid fortunis fuat.
quia nihil habeo unum animos movi mi hic omnia agam precario †

ASTAPHIVM IV 2

Lepide éfficiam meum ego ófficium: vide intús modo ut tu tuom item éfficias.
ama, íd quod decét, rem tuam: ístum exináni.
nunc dum isti lubet, dum habet, tempus ei rei † secundas
prome venustatem amanti tuam, ut gaudeat cum perdis.
ego híc interím restitáns praesidébo,
istíc dum sic fáciat domum ad te exagógam;

---

699 ADVLESCENS · C · (C · *om.* D^2) *BCD*[2] gnatus est *CD*, egnatus est *B* procignetur *B* potes 700 ⟨aut⟩ *Bothius* Veneri *Camerarius:* bene rem 701 *fort.* di immortales 702 chyamus 703 deamat qui *B* 704 uolupestum illuc *Bachius in Studemundi stud. 2, 276:* hoc nimio, *corr. Langenus symb. 334, cf. ad Bacch. 770* melliniae, *corr. Merula* 705 habitato tuca audeo 706 milex erit *ς:* prit (*antecedente spatio CD*) 707 plane (ς) perierim *Goellerus:* pano uriem (urient *CD*); *fort.* peream dupliciter (*Mil. 295*) 708 quitibi 709 procui hunc, *corr. Merula* meis *Acidalius:* miles 710 mihi comnia *B:* mihi omnia *CD* *emendare versum non tempto, quoniam haec* quia nihil habeo — agam precario *ab hac oratione aliena sunt* 711 *sq. disp. B:* Lepide — tutum | Item — exinani 711 ANCILLA ADVLESCENS *BCD*[2] mea, *corr. Gulielmius* ero, *cf. Asin. 456 Mil. 1353* ut tutum item, *corr. Merula* 712 istum *Camerarius:* est um *BC*, estun *D* 713 dum iusti iubet secundumst *Geppertus* 714 gaudia, *corr. Muellerus* pereis, *correxi fort. sic:* nunc dum ísti lubét, dum habet, témpust eí rei. | sed cúnctam prome venústatem tuam amánti ut gaudeat cúm perdis (*cf. Buechelerus in Schoellii praef. p. 46;* tuam amanti *Geppertus*) 715 *sq. disp. B:* Ego — faciat | Domum — uos | Qui — istos | Qui — amabo | Hicin — magis | Quam — molestus | Sed — uolom | Nam — intus | Bolos — quispiam | Integrum — loquar | Sed — quidni 715 interim hic, *corr. Bothius* restiti tricis *B*, restitricis *CD*, *corr. Buechelerus;* restitrix *Turnebus* 716 iste atte *B* *fort.* facit sic domo

nec quémquam interim ístoc ad vós, qui sit ódio,
intró mittam: tú perge, ut lúbet, ludo in ístoc.
DIN. Quis ístest, Astaphium, índica, qui périt? AST. Amabo, hicín tu eras?
DIN. Moléstusne súm? AST. Nunc magís quam fuísti,
nam si quid nobis usust nobis molestus +
sed óbsecro, da mi óperam, ut narrem quaé volo.
DIN. Nám quid est? núm mea réfert? AST. Non mússito.
intús bolos quós dat! DIN. Quíd? amator novos quíspiam?
AST. Íntegrum et plénum adortást thensaurúm. DIN. Quis est?
AST. Éloquar, sed tú taceto. nóstin tu hunc Strabácem? DIN. Quidni?
AST. Sólus summam ⟨núnc⟩ habet hic ápud nos, nunc is est fúndus nobis.
animó bono male ⟨rem⟩ gerit. DIN. Perit hercle, ego idem *
| bona pérdidi, mala repperi, factus sum extimus a vobis. |

AST. Stúltus es, qui facta infecta facere verbis postules.
Thetis quoque etiam lamentando pausam fecit filio.
DIN. Non ego nunc intro ad vos mittar? AST. Quidum quam miles magis?
DIN. Quia enim plus dedi. AST. Plus enim es íntro missus, quom dabas:
sine vicissim qui dant [operam] ob illud quod dant operis utier.
litteras didicisti: quando scis, sine alios discere.
DIN. Discant, dum mihi commentari liceat, ni oblitus siem.
AST. Quid erit interea magistrae, dum tu commentabere?

---

717 nec *Camerarius:* ec *BD*, et *C* 718 perce ut iubet ludin istos 719 qui est iste ea astaphium, *corr. ς, Bachius p. 228* hicin tu eras *Merula:* hicinet uere 721 *desideratur* nam si quis nobis usuist, qui non est magis molestust 722 narem, *cf. Vidul. 70, Varro ap. Cassiod. de orthogr. 159 K.* (*de l. l. 6, 51*) uolom *B*, uolti *C*, uolu *D* 723 num *Gulielmius:* nam ea musset, *corr. Spengelius* 724 quid: quis *D* 726 te loquar tu *Camerarius:* diu nouistin tun (tum *C*, tu *B*²) hunc stabachem *solet* quidni nouerim? (*Langenus symb. 123 sq.*) 727 summa hiabet *B* *supplevi* 728 male rem *Camerarius:* malem *B*, male *CD* perii *ς* itidem *Geppertus, fort.* ⟨itidem pr⟩idem *vel cum Schoellio* idem ⟨expertus scio⟩ 729 *in libris omissum, a Prisciano 1, 100* (extremus, extimus) *ex Truculento servatum hic reposuit Langenus symb. 328* extremus uobis *Spengelius*, (a) uobis extimus *Langenus, possis* extimus factus. *nisi* extimus *pro* extremus *inlatum est ex frg. Varronis quod Priscianus ante Plautinum adfert. cf.* summam *v. 727* 730 sultus *B, item 950* (*et 922 C*) est 731 pausam *Valla:* lausum 732 ▲ (*i. e.* Din.) non *B* qui tu quam *Kiesslingius* 733 es *ς:* se; *fort.* ⟨tu⟩ es quam 734 [operam] *Lambinus* ob illud *Lomanus:* oblit *B*, oblitus *CD* operam *D* 735 dicero 736 mihi argentarilliceam *B*, mihi argentari illic cam *CD*, *corr. Merula* *vel* ne, *cf. Brugmannus de part. ni 10* 737 qui dedit ᴇ (*i. e.* Ast., *spat. CD*) interea magister, *corr. Buechelerus*

volt [interim] illa itidem commentari. D. Quid? A. Rem accipere identidem.
Din. Dedi equidem hodie: ⟨iussi⟩ ei quinque argenti deferri minas,
praeterea una mina obsonatum. Ast. Idem istuc delatum scio.
de eo nunc bene sunt tua virtute. Din. Ei, meane [ut] inimici mei
bona istic caedent? mortuom hercle me quam ut id pátiar mavelim.
Ast. + Stultus quid est aperire. Din. Quid iam? Ast. Quia pol mavelim
mihi inimicos invidere, quam med inimicis meis;
nam invidere alii bene esse, tibi male esse, miseria est.
qui invident egent; illis quibus invidetur, i rem habent.
Din. Non ⟨mei⟩ licet obsoni me participem fieri?
Ast. Si volebas participari, auferres dimidium domum.
nám item ut Acherunti hic ⟨apud nos⟩ ratio accepti scribitur:
intro accipitur; quando acceptumst, non potest ferri foras.
bene vale. D. Resiste. A. Omitte. D. A, mitte intro. A. Ad te quidem.
Din. Immo istoc ad vos ⟨volo⟩ ire. Ast. Non potest, nimium petis.
Din. Experiri [sine] — Ast. Immo opperire. vis est experirier.
Din. Dic me adesse. Ast. Abi, occupatast. res itast, ne frustra sis.
D. Redin an non redis? A. Vocat me quae in me potest plus quam potes.
D. Vno verbo — A. Eloquere. D. Mittin me intro? A. Mendax es, abi.
unum aiebas, tria iam dixti verba, atque ⟨ea⟩ mendacia. —

---

738 ▲ *praem. B* uolt *Bothius:* ▲ (*om. CD*) uolt interim idi-dem quid *continuatur, Diniarcho dedit Turnebus* dentidem 739 dedit *B* ⟨iussi⟩ *Saracenus, Brixius* 740 unum in obsonatum, *correxi* (unam in o. *Merula*) *cf. 444 sq.* istoc *B*, istioc *C* 741 sum, *corr. Brixius* uirtutem ime me (me *om. CD*) utini emci mei, *corr.* ς, *Brixius* (ei *ex* i *assumpsi*, ut *inclusi*) 742 cedent ut *del.* ς 746 *transposuit Weisius* *conieci* stultus es atquo experitus, *cf. Paulus 79, Placidus corp. gl. 5, 21. 67* quid iam *continuatur, Diniarchi* ς 743 inimicus inuiderem me 744 essem seria mesi *B*, esse inseria mesi *CD, corr. Camerarius* 745 quid illi ς, *cf. Bachius de attr. inv. 32* 747 *supplevi* do ob-soni participhem *B* 749 idem, *corr. Rittershusius* acheronti *CD*, age-onti *B* ⟨apud nos⟩ *Schoellius* accepii *B*, accepi *CD* 750 accipiamur, *corr. Spengelius* aceptum est *B* ferre 751 bene ualere siste omittes inea mitto intro, *corr. Camerarius, Bothius*, a *ego reposui* (*cf. Most. 577 sim.*), sine *ex nomine praescripto repetens* (*cf. 917*) atte *B* 752 ⟨uolo⟩ *Buechelerus* irem petis *Boeckelius:* pati 753 sinem *B, eieci; additurus erat* '*volo*'; s. e. *Bothius* immom *B* opperirem experire 754 dicam adesse ubi occupatast resistat et (r. ex ex *B*) frustra sit, *corr. Spengelius* (abi *Gruterus*) 755 non redin si uocat *corr. Camerarius, Geppertus* potes *Lambinus:* potest quae in me plus quam tu potest *Goellerus* 756 eloquere *continuatur, Astaphio dedit Gruterus* mitti inme 757 alebat stridia dixti u. (dixit uerbe *B*), *corr. Camerarius* ⟨ea⟩ *Gulielmius, cf. Herm. 18, 575*

DIN. Abiit intro, exclusit. egon ut haec mihi patiar fieri?
iam hercle egó tibi, inlecebra, ludos faciam clamore in via,
quae adversum legem accepisti a plurimis pecuniam;
iam hercle apud nóvos omnis magistrátus faxo erit nomen tuom,
post id égo te manum iníciam quadrupuli, venefica,
suppostrix puerum. égo edepol iam tua probra aperibo omnia.
nihil me ⟨prohibet,⟩ perdidi omne quod fuit: fio impudens,
nec mi adeost tantillum pensi iam, quos capiam calceos.
sed quid ego hic clamo? quid si me iubeat intromittier?
conceptis me non facturum verbis iurem, si velit.
nugae sunt. si stimulos pugnis caedis, manibus plus dolet.
de nihilo nihil est irasci, quae te non flocci facit.
sed quid hoc ést? pro di immortales, Calliclem video senem,
meus qui adfinis fuit, ancillas duas constrictas ducere,
alteram tonstricem húius, alteram ancillam suam.
pertimui: postquam una cura cor meum movit modo,
timeo ne male facta antiqua mea sint inventa omnia.

CALLICLES IV 3

Egon tibi male dícam tibique aut male velim? ut animus meust,
propemodum expertae estis, quam ego sim mitis tranquillusque homo.
rogitavi ego vos verberatas ambas pendentis simul;

---

758 exclusit *Spengelius:* incluit *B*, induit *CD* ego, *corr. Lomanus* 759 clamorem *B* 760 quem *B* accepistis ad 761 nos, *corr. Bergkius, inducens* omnis *cum detrimento versus. omnes comice dicit, cum cogitet tresviros* (*Asin. 131 Aul. 416*) 762 tibi *Schoellius, cf. Pers. 70* initiam quadrupiis beneficia, *corr. ς, Camerarius* 763 iam tua *Camerarius:* itu a proba 764 *supplevi* omnem *B* 765 nec mihi adest ad illum, *corr. Acidalius et Casaubonus ad Theophr. char. 4* (*edit. 1599 p. 137*) *calcei non tam ad dignitatem* (*cf. Mommsenus iur. publ. 3, 888 sq.*) *quam ad cultum urbanum pertinent, cf. Kockius ad Ar. Eq. 321, Ov. art. 1, 516. iam non pudet rusticitatis: convicium faciet, meretricem in ius vocabit, cultum negleget* 766 mittiar *BD*, mittar *C* 767 uerui sirem sileuit, *corr. Merula, Angelius* 769 de nihilo nihil *coniungendum* 770 hoc *om. B* calictenui desenem, *corr. Merula* 771. 772 *inverso ordine, corr. Gruterus* 771 meusque, *corr. Merula* fuit *om. B* 772 alteram ⟨Suram⟩ *Muellerus* 773 cura *om. B* 774 ne *Camerarius:* neme sine inuenia (—am *CD*), *corr. Acidalius* 775 SENEX ANCILLE · II · ADVLESCENS C · *BD*², *om. C* tibique aut *L.:* aut tibi adte animu meust *B*, animo meost *CD* 776 prope modum (u *ex* o *B*) experte (expete *D*, exparte *C*) essetis quam ego similes tranquillus (—ilus *B*) usque homo, *corr. ς, Camerarius* 777 uerberantis, *corr. Spengelius; cf. Livius 2, 36, 1 Servius ad georg. 1, 206* ambas *Gruterus:* bas *B*, has *CD; expectatur* intus, *cf. 779* hic pendentes *B*

commemini, quo quicque pacto sitis confessae scio;
hic nunc volo scire eodem pacton sine malo fateamini.
quamquam vos colubrino ingenio ambae estis, edico prius,
ne duplicis habeatis linguas, ne ego bilinguis vos necem,
nisi si ad tintinnaculos voltis vos educi viros.

ANCILLA

Vis subigit verum fateri, ita lora laedunt bracchia.
CALL. At si verum mi eritis fassae, vinclis exsolvemini.
DIN. Etiamnum quid sit negoti, falsus incertusque sum,
nisi quia timeo tamen, egomet ⟨quia⟩ quod peccavi scio.
CALL. Omnium primum diversae state — em sic, istuc volo;
neve inter vos significetis, ego ero paries. loquere tu.
ANC. Quid loquar? CALL. Quid puero factumst, mea quem peperit filia,
meo nepote? capita rerum ⟨ede⟩ expedite. ANC. Istae dedi.
CALL. Iam tace. accepistin puerum tú ab hac?

TONSTRIX

Accepi. CALL. Tace.
nil moror praeterea. satis es fassa. TON. Infitias non eo.
CALL. Iam livorem verbo scapulis istoc concinnas tuis.
conveniunt adhuc utriusque verba. DIN. Vae misero mihi,
mea nunc facinora aperiuntur, clam quae speravi fore.
C. Loquere tu. qui dare te huic puerum iussit? ANC. Era maior mea.
[CALL. Quid tu, cur eum accepisti? TON. Era med oravit minor,
puer ut ⟨sibi⟩ ferretur eaque ut celarentur omnia.]

---

778 quicquam, *corr. Camerarius* 779 pacto, *corr. Studemundus;* eodem p. *artius cohaeret quam quae affert Kaempfius de pron. pers. 45* 780 colubri non ingenio 781 linguam ne ego ibi linguis 782 nesisi attintinnaculos (–inaculos *B*) 783 subegit, *corr. Bothius* 784—840 *in B* B *Calliclem,* A *Diniarchum,* E *tonstricem, Θ ancillam significat* 784 ad uincis exsolue mihi, *corr. Angelius, Camerarius* (*item 785*) 785 etiam numquam sit negotii fassi sincertus que sum 786 tamen ego net (nec *CD*) quid peccaui, *correxi* (egomet *Kiesslingius*) 787 diuersa est ete em, *corr. Camerarius* 788 ne, *corr. Camerarius* l. tu ς: loqueretur 789 E *pro Θ B* datumst *CD*, datum sit *B*, *corr. Camerarius* 790 nepoti ⟨ede⟩ *L.; cf. ad Poen. 556; Aul. 382* iste dedit, *corr. Merula;* isti ς 791 A iam *B* accepisti inpuerum accepit, *corr. Merula* 792 est, *corr. Merula* 793 B iam *B* liuorem ut est *CD*, luore mutē *B*, *correxi* capulis 794 adhunc *vel* utrique, *cf. Luchsius Studemundi stud. 1, 372* uae *Merula:* tue *B*, tuae *CD* mihi ς: nisi 796 huc, *corr. Merula* ira 797 quit *B* Θ (*om. CD*) eram ero uit minor, *corr. Bothius* 798 ⟨sibi⟩ *Vssingius* omniam *B* *duo versus interpolatos esse comprobavit Langenus stud. Pl. 386 sq.; cuius*

C. Loquere tu. quid eo fecisti puero? T. Ad meam eram detuli.
CALL. Quid eo puero tua era fecit? TON. Erae meae extemplo dedit.
C. Quoi, malum, erae? A. Duae sunt istae. C. Cave tu nisi quod te rogo.
ex te exquiro. TON. Mater, inquam, filiae dono dedit.
C. Plus quam dudum [inqua] loquere. T. Plus tu rogitas. C. Responde ocius:
quid illa cui donatus ⟨puer⟩ est? T. Supposivit. C. Cui? T. Sibi.
CALL. Pro filiolon? T. Pro filiolo. C. Di, obsecro vostram fidem,
ut facilius alia quam alia eundem puerum unum parit:
haec labore alieno puerum peperit sine doloribus.
puer quidem beatust: matres duás habet et avias duas:
iam metuo, patres quot fuerint. vide sis facinus muliebre.
ANC. Magis pol haec malitia pertinét ad viros quam ad mulieres:
vir illam, non mulier praegnatem fecit. CALL. Idem ego istuc scio.
tu bona ei custos fuisti. ANC. Plus potest qui plus valet.
vir erat, plus valebat: vicit, quod petebat abstulit.
CALL. Et tibi quidem hercle idem attulit magnum malum.
ANC. Idem istuc ipsa, etsi tu taceas, reapse experta intellego.
CALL. Numquam te facere hodie quivi, ut is quis esset diceres.
ANC. Tacui adhuc: nunc ⟨non⟩ tacebo, quando adest nec se indicat.
DIN. Lapideus sum, commovere me miser non audeo.
res palam omnis est, meo illic nunc sunt capiti comitia.

---

argumentis accedit quod erae minoris mentio fieri non debebat ante 800 sq. (*cf. Schoellius*) *quodque non ipsa sed mater quaesiverat puerum* 799 quit *B* ad meam rem *CD*, mea me rem (me *sup. scr.*) *B* 800 quiite opuero (cui te puero *CD*) tuo era facit *Γ* aerae († ere *CD*) mea extemplo (exemplo *B*) dedit, *corr. ς, Camerarius* *cf. Cist. 715; possis* dedit e. m. extempulo 801 aere *Θ* due *B* catu nisi (iste *B*) quod te rogo nisi, *corr. Camerarius, Goellerus* 802 ea te exquiro *Θ* mater filiae dono dedit inquem (—am *ς*), *corr. Bothius* 803 [inqua] *Bothius* 804 donatust ʙ supposuit, *supplevi* *Θ* tibi, *corr. ς* 805 ʙ pro filio lotoni pro filio lodel obsecro, *corr. ς, Seyffertus* 806 alia eundem *Schoellius:* alie undem *B*, alię unde *CD* unum *Buechelerus:* ut num; *cf. ad Poen. 1340* paret 807 lauare *B* 808 beatus, *corr. Brixius* mater ouas 809 quod muliebri 810 pertinet haec malitia *Brixius Fleckeiseni ann. 123, 54*, ad uiros malitia haec pertinet *Bothius* muliebri 811 uir illam *Camerarius:* uiri iam pregnantem *CD* idem *Camerarius:* et ide (—em *C*) 813 abstulit *Camerarius:* adstuni *B*, adest uni *CD* 814 idem ⟨uir⟩ *Guietus* 815 idem istuc *Kiesslingius:* de istoc reapse *Camerarius:* re ab 816 ᴀ *B* quiui ut is *Camerarius:* ut quiuis dicere *B*, diceret *CD*, *corr. Saracenus* 817 ʙ tacui ad (at *CD*) nunc nunc tacebo quando adest necesse indice, *corr. Seyffertus* (non *ς*) 818 commouerem me *CD* 819 meo *D:* ineo *C*, neo *B* comtia *B*, coptia *C*[1], coitia *C*[2], castia *D*[1], costia *D*[2], *corr. Camerarius*

meum illuc facinus, mea stultitia est. timeo, quam mox nominer.
CALL. Loquere, filiam meam quis integram stupraverit.
ANC. Video ego té, propter male facta qui es patronus parieti.
DIN. Neque vivos neque mortuos sum, ne⟨que⟩ quid nunc faciam scio,
neque ut hinc abeam neque ut hunc adeam scio, timore torpeo.
CALL. Dicin an non? ANC. Diniarchus, quoi illam prius desponderas.
C. Vbi is homost quem dicis? D. Adsum, Callicles. per tua obsecro
genua te, ut istuc insipienter factum sapienter feras,
mihique ignoscas quod animi impos vini vitio fecerim.
CALL. Non placet ⟨qui⟩ in mutum culpam confert, ⟨qui non⟩ quit loqui.
nam vinum si fabulari possit, se defenderet.
non vinum ⟨viris⟩ moderari, sed viri vino solent,
qui quidem probi sunt; verum qui improbust si quasi bibit
sive adeo caret temeto, tamen ab ingenio improbust.
DIN. Scio equidem quae nolo multa mi audienda ob noxiam.
ego tibi me obnoxium esse fateor culpae compotem.
ANC. Callicles, vide in quaéstione ne facias iniuriam:
reus solutus causam dicit, testis vinctos attines.
CALL. Solvite istas. agite, abite tu domum et tu autem domum.
eloquere haec erae tu: puerum reddat, si quis eum petat.
eamus tu in ius. DIN. Quid vis in ius me ire? tu es praetor mihi.
verum te obsecro, ut tuam gnatam des mi uxorem, Callicles.

---

820 illac stultam *B*, stulta *CD* non miner *BD*, nonminetur *C*, *corr. Saracenus* 821 *cf. Langenus symb. 194, ad Aul. 36 Merc. 198* 822 mala facta qui est 823 ⟨que⟩ ς 824 habeam *B* neque ut ς: ut neque *B*, ut neque ad *CD* 825 diniarcus *B* prius dicis ponderas, *corr. Camerarius* *hunc versum ab interpolatore esse conicio* (*cf. Buechelerus in Schoellii praef. p. 47*) 826 his *B* tuo *B* 827 genua te: genua *codd.*, te genua *Langenus* istuc *B ante corr.*: tu istuc insipienter sipienter *B* 829 B non placet in mutum cui pam (quippiam *CD*, qui culpam ς) confer quid (quod C^1D) loqui, *corr.* ς, *Camerarius* (non quit *pro* nequit *Luchsius*, qui *post* placet *Fleckeisenus*); *cf. Aul. 753* 830 fabularem posset *Camerarius*, *cf. Blasius diss. Argent. 10, 87* defenderem 831 non uinum moderari sed uim non solent, *corr. Schoellius* (hominibus — homines *Camerarius*) 832 probri *BC* qui iam probus est siquam sibibit quamsi *cf. 341, ad Pseud. 641; Sen. contr. 2, 4, 11* 833 temeto tamen *Nonius 5:* temet tota men *B*, te me tu tamen *CD* *Cic. de rep. 4, 6* (*ap. Nonium ib.*) carent temeto omnes mulieres inprobus *Nonius*, *corr. Taubmannus:* timidus est inprobus 834 obnoxia, *corr. Palmerius* 835 essem fateor cultae compotemi, *corr. Saracenus* 836 callicies uidem (uide *CD*) quęsomnem facias, *correxi* (ne ς) 837 dicit ta (tam *CD*) estis uicto sati ines, *corr. Lipsius* 840 eamus tu (eamust *CD*) intus A quiduis intus meire et ues p. m., *corr. Saracenus* 841 mihi *om. CD*

CALL. Eundem pol te iudicasse qui admisti eam rem intellego.
nam haud mansisti, dum ego darem illam: tute sumpsisti tibi.
nunc habeas ut nactu's. verum hoc ego te multabo bolo:
sex talenta magna dotis demam pro ista inscitia.
DIN. Bene agis mecum. CALL. Filium istinc tuom te meliust repetere.
ceterum uxorem quam primum potest abduce ex aedibus.
ego abeo. iam illi remittam nuntium adfini meo,
dicam ut aliam condicionem filio inveniat suo. —
DIN. At ego ab hac puerum reposcam, ne mox infitias eat;
nihil est, nám eapse ultro ut factumst fecit omnem rem palam.
sed nimium pol opportune éccam eapse egreditur foras.
ne ista stimulum longum habet, quae usque illinc cor pungit meum.

PHRONESIUM IV 4

Blitea et luteast meretrix nisi quae sapit in vino ad rem suam;
si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.
nam mihi dividiaest, [in] tonstricem meam sic convictam male.
ea dixit, eum Diniarchi puerum inventum filium.
ubi id audivi, quám ⟨ego propere potui egressa huc sum foras.
DIN. Lubet adire⟩ quam penes est mea omnis res et liberi.
PHRON. Video eccum qui suis tutorem med optavit liberis.
DIN. Mulier, ad ⟨te⟩ sum profectus. PH. Quid agitur, voluptas mea?
DIN. Non voluptas, aufer nugas, nil ego nunc de istac re ago.
PHRON. Scio mecastor quid velis ét quid postules et quid petas:

---

842 eundem pul te *BC*, eum pulte *D* qui admisti eam rem *L.*: quidem istam rem; *cf. Mil. 1287.* egon dem? pol te *Buechelerus*, iudicasse pridem *Spengelius* 843 dum *Camerarius*: dem *B*, idem *CD* 845 malana, *corr. Saracenus* dotes *B*, detes *CD* deman *CD* istas cinscitia *B*, istast inscia (inscicia D^2) *D*, ista st incicidia *C* 846 tum te, *corr. Camerarius* melius est 847 uxorum BC^1 qua *CD* potest abduci *CD*, potes abdu *B* 848 adeo, *corr. Fleckeisenus* affini meo *Camerarius*: adi meo 850 ab hac: istanc *Abrahamus stud. Pl. 194* eat *ς*: et 851 eapse *Seyffertus*: ipsa et factus 852 oportuna ecce ab se egreditur (gregitur *B*), *corr. ς, Bothius* 853 longem *B*, longe *CD*, *corr. Camerarius* corpugit BCD^2 melim *CD* 854 MERETRIX ADOLESCENS ANCILLA D^2, *om. BC* bliteae clautea *Nonius 80* est *Nonius*: et 856 diuidia est [in] *Camerarius* sicut multam male, *correxi* 857 meum *Bothius* 858 ubiit *B* audiuit quamquam penes *verborum amissorum exemplum dedi, sententia manifesta est;* lubet adire *Gruterus posuerat pro* ubi id audiuit 859 qui manstutorem mea doptauis bonis, *correxi* (med optauit *Rostius et Fleckeisenus*); *cf. Ter. Hec. 212. sane id non fecit, ergo ironia est* 860 mulier adsum profectust, *corr. Acidalius* 861 hunc 862 uis, *corr. Camerarius* *cf. Trin. 696*

me videre vis, [et me] te a me ire postulas, puerum petis.
DIN. Di immortales, ut planiloqua est, paucis ut rem ipsam attigit.
PHRON. Scio equidem sponsam tibi esse et filium ex sponsa tua
et tibi uxorem ducendam, [iam] esse alibi iám animum tuom
et ⟨me⟩ quasi pro derelicta: scio, abituru's. sed tamen
cogitato, mus pusillus quam sit sapiens bestia,
aetatem qui non cubili ⟨uni⟩ umquam committit suam,
quin, si unum obsideatur, aliud ⟨iam⟩ perfugium ⟨ele⟩gerit.
DIN. Otium ubi erit, de istis rebus tum amplius tecum loquar.
nunc puerum redde. PHRON. Immo amabo ut hos dies aliquos sinas
eum esse apud me. DIN. Minime. PHRON. Amabo. DIN. Quid opus
⟨est⟩? PHRON. In rem meam ⟨est⟩.
triduom hoc saltem, dum áliquo miles circumducitur,
sine me habere: siquidem habebo, tibi quoque etiam proderit;
si auferes [puerum], a milite omnis [tum] mihi spes animam efflaverit.
DIN. Factum cupio, nam nefacere si velim, non est locus;
nunc puero utere et procura, quando quor cures habes.
PH. Multum amo te ób istam rem mecastor. ubi domi metues malum,
fugito huc ad me: saltem amicus mi esto + manubinarius.
D. Bene vale, Phronesium. PH. ⟨An non et⟩iam tuom oculum vocas?
DIN. Id quoque interim + futatim nomen commemorabitur.
numquid vis? PH. Fac valeas. D. Operae ubi mi erit, ad te venero. —

---

863 et me te amare, *correxi. sermo hoc modo tripertitus copulam non admittit* 864 imortales *B* rem ipsam *CD:* rempsam *B* 866 [iam] *L., cf. Buechelerus in Schoellii praef. p. 47* 867 ⟨me⟩ *Camerarius ut distinxi post* derelicta, *apparet quid velit* quasi sis habiturus, *correxi* (*nolui* sic *aut* si es) sed amen (—m *D*) 868 uestia 869 aetatem quin ocubilium quam committit suum, *corr. Buechelerus* (qui uni c. numquam c. suam *Merula*) 870 quin *Bothius:* quia *B*, qua *CD* unum *CD:* unum odium *B, cf. 871* obsidiator aliud iam *L.:* alium gerit, *correxi* 871 odium 873 apup *B* iam abo *B*, iam abio *CD, corr. Bothius* quid opus iure mea, *corr. Camerarius, Bothius;* ⟨eo⟩ opust *Studemundus, cf. Bacch. 989* 874 saltem ⟨unum⟩ *Muellerus* aliqui *Spengelius* milis 875 In eam rem siquid, *corr. Buechelerus* 876 [puerum] *Guietus* [tum] *Muellerus* anima, *corr. Merula* 877 re facere 878 quando procures, *correxi* 879 amabo, *corr. Bothius* 880 manubiarius *Camerarius, cf. Buechelerus in Schoellii praef. 47* 881 pronesium *B* *supplevi;* iam ⟨me⟩ t. o. ⟨non⟩ uocas? *Camerarius* tuum *s:* tum 882 interduatim (*Paulus 111*) *huc rettulit Scioppius;* furatim *Lipsius* commemorauiter, *corr. Camerarius* 883 fac ualeas *Gulielmius, Rittershusius:* facultas; *Phronesio dedit Schoellius* mi ubi *Bothius, cf. Kaempfius de pron. pers. 35*[2] atte *B*

PHRON. Ille quidem hinc abiit, abscessit. dicere hic quidvis licet.
verum est verbum quod memoratur: ubi amici ibidem ⟨sunt⟩ opes.
propter hunc spes etiamst hodie + tantum iri militem;
quém ego ecastor mage amo quam me, dum id quod cupio inde aufero.
quae cum multum abstulimus, hau multum ⟨eius⟩ apparet quod datum est:
ita sunt gloriae meretricum.

ASTAPHIVM

Áha tace. PHRON. Quid est, obsecro?
A. ⟨Pater⟩ adest pueri. PH. Sine eumpse adire huc. sine, si is est modo.
A. ⟨Ipsus est⟩. PH. Sine eumpse adire, ut cupit, ad me. A. Rectam tenet.
PHRON. Ne istum ecastor hodie aspiciam confectum fallaciis.

STRATOPHANES IV 5

Ego minam auri fero supplicium + damnis ad amicam meam:
ut illud acceptum sit, prius quod perdidi, hoc addam insuper.
sed quid video? eram atque ancillam ante aedis. adeundae haec mihi.
quid hic vos agitis? PH. Ne me appella ⟨quaeso⟩. S. ⟨Aha⟩ nimium saeviter.
PH. Potine ut mihi molestus ne sis? ST. Ecquid, Astaphium, litiumst?
A. Merito ecastor tibi succenset. PH. Egon, atque isti etiam parum male volo.
STRAT. Ego, mea voluptas, si quid peccavi prius,
supplicium ad te hanc minam fero auri. si minus crédis, respice.
PHRON. Manus vetat prius quám penes sese habeat quicquam credere.
puero opust cibo, opus est matri autem, ⟨opus est⟩ quae puerum lavit,

884 ascessit *B*, accessit *CD* hic quis uidelicet, *corr. Camerarius* 885 amicibildem *B* ⟨sunt⟩ *Camerarius* opus, *corr. Pius; cf. Quintil. 5, 11, 41* 886 etiam se hodie (se h. *bis CD*) tantum rimlitem tactum iri *Petitus*, iri ⟨iterum⟩ *Buechelerus, nam iam tetigit; fort.* inanitum iri 887 ego *om. CD* ama qua me dum (dudum *CD*) auferue *B*, auferre *CD*, *corr. Camerarius ante* 888 *talem versum supplevit Buechelerus:* nam quantumuis dent amantes, semper id nobis parumst (*cf. Muellerus pros. 672, Seyffertus Philol. 27, 471*) 888 mutum au *B*, aut *CD* mutu eius *addidi* 890 ⟨pater⟩ *Guietus* eum ipse 891 *supplevi* sineum ipse ad me ad recta si tenent, *correxi* (tenet *Pius*) 892 hodie hastis, *correxi* 893 MILES ANCILLA MERETRIX RVSTICVS *D*², *om. BC* eo (ego *Buechelerus*) mihi amare, *corr. Seyffertus* dampnis *CD*, damnas *Dousa* 895 uidet, *corr. Merula* adeunda est haec, *correxi* 896 appellat nimius eui sic, *correxi* (appella. S. nimium saeuis ς), *cf. Trin. 1060 Poen. 335 Rud. 419* 897 potines sies quid ast apilitiumst (—um est *B*), *corr. Spengelius* (ecquid *Buechelerus*) 898 sibi lego natque ne isti etia *B* 900 ad te hanc *Camerarius:* adhanc *CD*, archanc *B* minus *Buggius:* mihi credis respice *Acidalius, Muretus:* ri despice 901 pane s. h. quicqua *B* 902 *cf. Capt. 159 sq.* opus est cibum, *corr. Spengelius supplevi, cf. Amph. 318 Curc. 581. 681 Rud. 624 all.*

opus nutrici, lact ut habeat, veteris vini largiter
ut dies noctesque potet, ópust ligno, opust carbonibus,
fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis,
oleo ⟨opust⟩, opus est farina, porro opus est totum diem:
numquam hoc uno die efficiatur opus, quin opus semper siet;
non enim póssunt militares pueri + etauio exducier.
STRAT. Respice ergo, áccipe hoc, qui ístuc efficias opus.
PHRON. Cedo, quamquam parum est. STRAT. Addam etiam unam minam istuc post. PHRON. Parumst.
STRAT. Tuo arbitratu quod iubebis dabitur. da nunc savium.
PH. Mitte me, inquam, odiosu's. ST. Nil fit, non amor, teritur dies.
plus decem pondo + moris pauxillisper perdidi.
PHRON. Accipe hoc atque auferto intro.

STRABAX

Vbi mea amicast gentium?
neque ruri neque hic óperis quicquam facio, corrumpor situ,
ita miser cubando in lecto hic expectando obdurui.
sed eccam video. heús amica, quid agis? [mille]. STRAT. Quis illic ⟨est⟩ homo?
PHRON. Quém ego ecastor mage amo quam te. * STRAT. Quam me? quo modo?
PHRON. Hoc modo, ut molestus ne sis. STRAT. Iam⟨ne⟩ abis, postquam aurum habes?
PHRON. Condidi intro quod dedisti. STRAB. Ades, amica, te adloquor.
PHRON. At ego ad te ibam, mea delicia. STRAB. Hercle vero serio.

---

903 lacte ut *Seyffertus:* attut *B*, actute *CD* abeat *B* lagiter 904 opust ligno *Guietus:* opustic no *B*, opus istic non *CD* opus est 905 falciis *B*, faciliis *CD* 906 oleum, *corr. Spengelius* ⟨opust⟩ *Buechelerus* porro opus est *Buechelerus:* purus est 908 possum dauco *Seyffertus, vel* milio, glande, *cf. Cato rer. rust.* 54. 60 909 ⟨atque⟩ accipe *Bothius* hoc ⟨sis⟩ *Spengelius* exefficias, *scil. varia lectio* exficias 910 parum est. ad omnae (omne *CD*) manuc istic poste parust, *corr. Camerarius, Bothius* (etiam *addidi*) 912 adabitur *B*, addabitur *CD*, *corr. Goelerus* 913 amoris *Nonius* 133: auri *necessarium esse ratus Bothius* (minas auri *Spengelius*) paux. paus. 2? perdidit *Nonius*, pausilli per perdidi *codd.* 914 me centium 915 facto 917 Sidecam *B* amicam mille *ad personae titulum rettulit Taubmannus* ⟨est⟩ *Weisius* 918 castor *CD* age amo ⟨multo⟩ *Guietus: corr.* ⟨mage istum⟩ quam me? qua me *B* 919 ⟨ne⟩ *Guietus* aurum habens *C*, aura abis *B* 920 adest *BD*, abest *C* 921 atte *B* ibo ad medelicia, *correxit post Angelium et Acidalium Spengelius: cf. Poen.* 365 hecle *B*

quamquam ego tibi videor stultus, gaudere aliqui me volo;
nam quamquam tu es bella, malo tuo, nisi ego aliqui gaudeo.
Ph. Vin te amplectar, savium dem? Strab. Quidvis face ⟨qui⟩ gaudeam.
Strat. Meosne ante oculos ego illam patiar alios amplexarier?
mortuom hercle me hodie satiust. apstine hoc, mulier, manum,
nisi si te mea manu + ui in machaera et hunc vis mori.
Phron. Nil halapari satiust, miles, si te amari postulas;
auro, hau ferro deterrere potes, ⟨hunc⟩ né amem, Stratophanes.
Strat. Qui, malum, bella aut faceta es, quaé ames hominem isti modi?
Ph. Venitne in méntem tibi quod verbum in cavea dixit histrio:
omnes homines ad suom quaestum callent et fastidiunt.
Strat. Huncine hominem te amplexari tam horridum ac tam squalidum?
Ph. Quamquam hic squalet, quam⟨quam⟩ hic horret, scitus ⟨et⟩ bellust mihi.
Strat. Dedin ego aurum — Phron. Mihi? dedisti filio cibaria.
nunc, si hanc tecum esse speras, alia opust auri mina.
Strab. Malam rem is et magnam magno opere, serva tibi viaticum.
Strat. Quid isti debes? Phron. Tria. Strat. Quae tria nam?
Phron. Vnguenta, noctem, savium.
Strat. Par pari respondet. verum nunc saltem, ⟨et⟩si ⟨istunc⟩ amas,
dan tu mihi de tuis deliciis + sum quicquid pauxillulum?
Phron. Quid id, amabo, est quod dem? dic tum super feri +

---

923 nam quamquam est bella malo tuo nisi tu ego aliqui gaudeo, *correxi* (*item fere Schoellius ed. min.*) *cf. Bacch. 1172* 924 vincte amplectaret, *corr. Goellerus* ⟨qui⟩ *Vssingius* 925 meeos ne 926 me hodie satiust *Brixius:* medio satius manu 927 in *om. C* macera nisi si te mea machaera uis et hunc una mori *Schoellius*, *Buechelerus* 928 nil alapari *Buechelerus:* nihilpphiari *B*, nihili phiari *CD*. *cf. Roenschius mus. rhen. 34, 632; ad Curc. 463* satius est 929 haud ferro *Merula:* aufero deterere *B* potest ne amet, *corr. Seyffertus* 930 faceta es *Pius:* eaci eta est *B*, eatieta est *CD* homini 931 dixi istrio *B* 932 calent nec f. *Bothius*, ⟨qui⟩ ad — nihil f. *Vssingius; in* fastidiunt *alterum versum exiisse suspicor* 933 amplexarestam, *corr. Saracenus* horidum *C*, horri *B* ac tam *Spengelius:* acta *B*, atque *CD* 934 q. h. quali (—is *CD*) est quam (quamquam *Merula*) hic horridus citus bellum hi (scitus bellust mihi *Lipsius*), *corr. Spengelius* 935 dedin *Camerarius:* dedi u *B*, dedi *CD* mihin? *Muellerus* dedixisti *BCD*^{2} cibariam 936 tecum hanc *Spengelius; ipsa se indicat* 937 ⟨in⟩ malam rem is magnam *Acidalius et Guietus* et magna, *corr. Merula coniunge* magnam magno opere seruat ibi aticum (seruatib atticum *CD*), *corr. Merula* 938 debes *Goellerus:* debe isi *B*, debet nisi *CD* nocte *B*, noctes *CD*, *corr. Camerarius* *distribuit haec inter personas Spengelius* 939 *supplevi* 940 delictis quidquid est *Geppertus* pusillulum *B*, pausillulum *C* 941 quid ita alabo (abauo *CD*) est quod idem, *corr. Palmerius* fert *CD* *ultima militis sunt, sequitur altercatio*

† capas dicit auaui consultam istuc mihi homo †
cave faxis volnus tibi iam cui sunt dentes ferrei.
STRAB. Volgo ad se omnis intromittit. STRAT. Abstine istac tu manum.
STRAB. Iam hercle cum magno ⟨malo⟩ tu vapula vir strenuos.
STRAT. Dedi ego huic aurum. STRAB. At ego argentum. STRAT. † eat apale puram.
STRAB. At ego oves et lanam, et alia multa quae poscet dabo.
meliust te minis certare mecum quam minaciis.
PHRON. Lepidu's ecastor mortalis, mi Strabax, perge obsecro.
AST. Stultus atque insanus damnis certant: nos salvae sumus.
STRAT. Age prior prompta aliquid. STRAB. Immo tu prior perde et peri.
STRAT. Em tibi talentum argenti. † Philippices est, tene tibi.
PHRON. Tanto melior, noster esto — sed de vostro vivito.
STRAT. Vbi est quod tu das? solve zonam, provocator. quid times?
STRAB. Tu peregrinu's, hic ⟨ego⟩ habito: non cum zona ego ambulo:
pecua ad hanc collo in crumina ego obligata defero.
quid dedi! ut discinxi hominem. STRAB. Immo ego vero, qui dedi.
PHRON. I intro, amabo, i, tú eris mecum; ⟨tum⟩ tu eris mecum quidem.
STRAT. Quid tu? quid ais? cum hocin ⟨eris⟩? ego ⟨ero⟩ posterior. ⟨qui⟩ dedi?
PHRON. Tu dedisti iam, ⟨hic⟩ daturust: istuc habeo, hoc expeto.

---

942 *ut supra B:* campas dicit ab aui *CD* caue, si dicat, in tuam uitam sit consultum istuc, mi homo *Buechelerus* 943 *non sanus* uulnus *CD*, uomus *B* sum dentis *B* 945 cum magno malo *Bothius:* iam magno tut *B* strenuis *B* (*cf. 950*) 946 aurum *Merula:* mirum at ego pallam et purpuram *Camerarius*, at ego ancillas tura purpuram *Schoellius* (*cf. 536 sq.*) 947 et lanam *Camerarius:* etia nam roscet dabo: dolum *B* 948 melius, *corr. Ritschelius* minis *Camerarius:* minister certarem *B* 949—961 *et* 967 *paucissima leguntur A* 949 [me]castor *A* mi strabax *Guietus:* est strabax mi 950 *Astaphio dedit Schoellius* dannis sumis *B* 951 prompta *Schoellius:* tirot *B*, tyro *D*, tyranno *C* prio *B* 952 hem *CD* talentum *ς:* tale actum philipphices *B*, philipices *D* *nec Philippi ad argentum quadrant nec Strabax, cui priora* (em t. t. a) *Vssingius tribuit, talentum argenti habet* 953 de *Camerarius:* et 954 xonas, *corr. Bothius* (zonas *ς*) prouocatur, *corr. Acidalius* quit *B* 955 ⟨ego⟩ *Angelius* non cum zona ego *Vssingius:* nunc meos nego *B*, nunc meos non ego *CD* 956 ego in crumina *codd.*, ne rumina ego *Priscianus 1, 270* 957 dixtinxi *B*, distinxi (-cxi *D*) *CD, corr. Pius* 958 in (i *Merula*) intro amabo et tu (tu *om. CD*) uergo a mecum tu eris mecum (-u *B*) quidem, *correxi;* tum *Ribbeckius mus. Rhen. 37, 421* 959 quid tu quid (quit *B*) ais cum hoc in ego posterior dedi, *corr. Vssingius* (qui *Studemundus*) 960 ⟨hic⟩ *Buechelerus* (hic iam *Lambinus*) daturus est

verum utrique mos geratur amborum ex sententia.
STRAT. Fiat. ut rem gnatam video, hoc accipiundumst quod datur.
STRAB. Meum quidem te lectum certe óccupare non sinam.
PHRON. Lepide ecastor aucupavi atque ex mea sententia,
meamque ut rem video bene gestam, vostram rursum bene geram:
+ romabo si quis animatust facere, faciat ut sciam.
Veneris causa adplaudite: eius haec in tutelast fabula.

spectatores, bene valete, plaudite atque exurgite.

---

962 cipiundumst *B* quo 963 sinem 964 ecastor aucupaui atque *Nonius 467:* mecastor aucupabatque e *Nonius* 965 meamque *B:* aeque *CD* ut rem debere negestam, *corr. Bothius* rursu *B* gera 966 rem bonam *Buechelerus* si quid a. facere (facire *B*) faciam, *corr. Schoellius;* faciat me *Seyffertus* 967 ueneri *B* heius *B* *exitum duplicem habuisse etiam A videtur* PLAVTI · TRVCVLENTVS EXPLICIT (*haec etiam CD*) INCIPIT VIDVLARIA | VIDVLARIA · *B*

VIDVLARIA

PERSONAE

ASPASIVS servus
NICODEMVS adulescens
GORGINES piscator
DINIA senex
CACISTVS piscator
SOTERIS virgo
adulescens?
mulier?
leno?

Aspasius *cf. ad v. 17* **Soteris** *frg. XVII* **adulescens** *cf. frg. XVI Diniae uxorem rei interfuisse, fortasse mutam, probabile est. cf. ad frg. XIV. XVIII* **leno** *cf. frg. XX*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] *sed post* [illegible]

Sc⟨h⟩edia uo g⟨r⟩ae· · · ·c—
⟨p⟩oeta ha(nc) noster f⟨ecit⟩ V⟨idularia⟩m.
isqu· ·t·r·o· · ·ciuntm ego fa⟨x⟩o s⟨cibi⟩tis.
prius noscite ⟨alia: sane⟩ scitis, ipsus ⟨e⟩s⟨t⟩;
credo argumentum velle vos ⟨pern⟩os⟨cer⟩e;
int⟨elle⟩g⟨etis poti⟩us q⟨uid a⟩g⟨an⟩t q⟨ua⟩nd⟨o a⟩gent.
a uos in loco monitum· ·petro
di· · · ·q s·commodiu· · ·tas ·
ina b meam
magis qu abeo · · · · ortis nunciam
uos ill e · · nox pro hoc —

— s · · s · us —
Hominem, semel quem úsurpavit servitus

* *

(*NICODEMVS adulescens GORGINES senex*)

NIC. Éiusdem Bacchae fecerunt nostram navem Pentheum. frg. I (IX G.)
inopiam, luctum, maerorem, paupertatem, algum, famem. II (VIII)

---

6. 7 Sched⟨ia haec⟩ uo⟨catast a⟩ grae⟨co com⟩o⟨edia⟩ | poeta, hanc noster f. V. *Studemundus comoediae Diphileae nomine restituto. si verum nomen est, poeta non solita verba usurpavit, sed talia:* Schedia haec uocatur, ea graeca est comoedia, | poeta hanc n. f. V. 8 *extrema supplevi, de poeta loqui videtur; conieci* is qu⟨i s⟩i⟨t⟩, r⟨e⟩c⟨te a⟩ctutum ego f. s. (i *pro* t, c *pro* o, t *pro* i *esse posse Studemundus adnotat*). *argutatur e more prologus* 9 *supplevi* 10 pernoscere *quam* cognoscere *fuisse probabilius* (*Studemundus*); *cf. Ter. Eun. prol. 42. 45* 11 *cf. Poen. 552* (*Studemundus*) 12 *fort.* a⟨dmoneo nunc⟩ vos in loco; monitum impetro? *deinde monuisse videtur ut actores attente audiant* 14 ⟨o⟩b meam? 16 uos ill⟨um a⟩udite *Goetzio in A extare visum;* mox pro hoc ⟨alius rediero⟩ *Studemundus* (*Poen. 126*) 17 *nomen velut* ⟨A⟩s⟨pa⟩s⟨i⟩us, *quo interim utar. Gorginis servus est* 18 usurupit, *corr. Studemundus* *in A post 5 folia (190 versus) amissa fuit folium cuius reliquiae ostendunt versus longos fuisse. deinde fortasse uno folio amisso secuntur duo folia (secundum et septimum quaternionis?) v. 18—55 et 56—91 continentia*

I *Priscianus 1, 300* (*accus. in* —eum) *praecesserit versus qualis Rud. 362* *fort.* eius dei II *Priscianus 1, 235* (algus)

Gorg. Paupera haec res est. III (XII

haec myrtus Veneris est. IV (VI

(*DINIA senex NICODEMVS adulescens*)

est quo neq · · · · · us censeo
Nic. Quid ais? licet⟨ne? Din. M⟩axum⟨e, si⟩quid ést opus.
sed quid est negoti? Nic. Té ego audi⟨vi di⟩cere,
operarium te velle ru⟨s condu⟩c⟨ere⟩.
Din. Re⟨ct⟩e audivisti. Nic. Quid vis operis ⟨fie⟩ri?
Din. Qu⟨id t⟩u istuc curas? an mihi tutor additu's?
Nic. Dare possum, opinor, satis bonúm operarium.
Din. Est tibi in mercede servus quem des quispia⟨m⟩?
Nic. Inopia servum i · · e · · · · · · · o me loc—
Din. Quid? tu locas te? no⟨n, ut opinor, serio,⟩
nam equidem te m⟨ercennarium haud esse arb⟩itror.
Nic. Non sum, siquidem tu n⟨on vis mercedem dare,⟩
verum, si pretium das, du⟨ces te⟩cum simul.
Din. Laboriosa, adulescens, vita est rustica.
Nic. Vrbana egestas edepol aliquanto magis.
Din. Talis iactandis tuae sunt consuetae manus.
Nic. At qualis exercendas nunc intellego.
Din. Mollitia urbana atque umbra corpus candidumst.
Nic. Sol est ad eam rem pictor: atrum fecerit.
Din. Heus tu, a me⟨is⟩ illic estur ⟨satis duru⟩s c⟨ibus⟩.

III *Priscianus 1, 152* (paupera), *Probus cathol. 16* (*item*) ***verba invitantis sunt.*** *cf. Rud. 282* IV *Porphyrio ad Hor. carm. 1, 38, 7 post frg. VIII* (myrtus *fem. gen.*), *ubi addit:* haec myrtus et haec myrteta nemus (nomen, *corr. Stowasserus stud. Vindob. 12, 126*) significat ***verba sunt locorum situm peregrino explicantis***

18 neq⟨ue temp⟩us censeo *Studemundus;* p *ante* us *testatur Goetzius* 19 *ante* maxume *spat. om.* siquid *cf. ad Aul. 340* 20 ***colloquium ex secessu aucupasse videtur*** 24 *pro* satis *fort.* si uis *A*, *cf. Asin. 654* (***Studem.***). *de versu cf. v. 87; possis* operarium *in versus initio ponere* 25 in *del. Goetzius* 26 ipse tibi ero (ego *Goetzius*) me loco *Studemundus*, inopia seruumst. ipse ego me locauero *Buechelerus, recte inter servum et operarium distinguens; fort.* i⟨ta⟩ f⟨it ut eg⟩o me loc⟨em⟩ (*pro* i . . e *legi potest* i . . f) 27 locastinc— (*ultima littera* c *vel* o, g, q), *correxi* 28. 29 ***supplevi*** (*item Palmerus Hermath. 20, 60*); ⟨arb⟩itror *Studemundus* 30 praetium 36 aerum (*pro* a *fort.* x, r, h), *corr. Studemundus* 37 cu, *correxi* a meis: *in A esse vel* nil . . *vel* ame⟨is⟩ *testatur Studemundus* ***supplevi***

NIC. Misero male eṣse ⟨fuerit⟩ con⟨senta⟩nẹ⟨um⟩.
quod ạbs ṭẹ · · · ç p̣ · · ṭ quạẹṣṣo ut ṃ⟨ih⟩ị ịmpertiạṣ.
sị ṭịbị p̣ụḍịc̣ọ ⟨homine⟩ est opus ẹṭ non malo,
qui fidei plenior sịṭ quam sẹrvi ṭuị
cibique minimi maxumaque indusṭṛịạ,
mịṇịṃẹ mendace, em me licet conducere.
DIN. Non edepol equidem credo, mercennarium
te esse. ⟨NIC. An⟩ non credịs? ṇọṇ · · · · ⟨c⟩onḍu⟨ci⟩ arbit⟨ror⟩
ṇ st ḍicat simul
operạṛịum
ịaṃ uṇḍẹ conducam mihi
ṃultum labor⟨et, p⟩ạullum mereat, paullum ẹḍị⟨t⟩.
NIC. Minus operis nihilo faciam quam qui plurumum,
nec mihi nisi unum prandium quicquam duis,
praeter mercedem. DIN. Quid merendam? NIC. Ne duis,
neque cenam. DIN. Non cenabis? NIC. Immo ibo domum.
DIN. Vbi habitas? NIC. Hic apud piscatorem Gorginem.
DIN. Vicinus igitur es mihi, ut tu pṛaedicas.

(*GORGINES CACISTVS ASPASIVS*)

GORG. Ánimum advortite ambo sultis. vidulum hic apponite; frg. V (I)
ego servabo, quasi sequestro detis; neutri reddibo,
donicum res iudicata érit haec.

---

38 esse *ambiguum*, *cf. Capt. 177* *supplevi* 39 *seni dedit Studemundus* te *idem:* ẹṭ; *deinde* c p . . t (*supra* c: o; *supra* p: t e; *supra* t: o s) *conieci* quod abs te peto peto, *cf. ad Poen. 874* *potius* me, *cf. Studemundus ed. 1, 15, Pseud. 43 A* 41 f i ḍ e . . peiọṛ (*supra* f: e t p; *supra* i: t p e; *supra* ḍ: t p; *supra* peior: e t l i), *i. e.* fidei pleior, *correxi;* fidĕi (*Aul. 121. 583*) fidĕi *ut* rēi rĕi 43 mendacem em, *corr. Studemundus* 45 esse non, *corr. Studemundus* arbitror *L.:* irmi— (*supra*: (a) s e, (t) e) *et fort.* bi *pro* m *sententia fuerit: non bene conduci arbitror, tamen quod probus videris faciam; sed operarium qualemcumque conducam, multum laboret e. q. s.* 50 faciat, *corr. Studemundus; v. 50—52 Nicodemus respondet Diniae verbis v. 49* 52 maerendam 55 *folii ultimus est* V (v. 1—3) VI *Priscianus 1, 224* (sequestro) 1 amabo si uultis uitulum 2 *Nonius 508* (reddibo) sequestri *Nonius* neutri reddibo *Priscianus 1, 226; idem cum v. 3 Priscianus 2, 7* 3 donicum *testatur*

ASP. Haud fugio sequestrum VI (III)

(CAC.) ibo et quaeram, si quem possim sociorum nanciscier
seu quem norim, qui advocatus adsit. iam hunc novi locum.
hicine vos habitatis? GORG. Hisc in aedibus: huc adducito.
at ego vidulum intro condam in arcam atque occludam probe.
tu si quem vis invenire tibi patronum, quaerita;
perfidiose numquam quicquam hic agere decretu⟨m⟩st mihi. —
CAC. Qur, malum, patronum quaeram, postquam litem perdidi?
né ⟨ego⟩ homo miser e⟨t scelestus dudum at⟩que infelix fui,
vidulum q⟨ui⟩ ubi v⟨id⟩i, non me circumspexi centiens;
verbero illic inter mu⟨rtos⟩ latuit, insidias dedit.
tam sció quam med hic stare: captam praedam perdidi,
nisi quid ego mei simile aliquid contra consilium paro.
hic astabo atque observabo, si quem amicum conspicer.

DINIA NICODEMVS CACISTVS

DIN. Ne tu edepol hodie miserias multas tuas
mihi narravisti, eoque ab opere maxume
te abire iussi, quia me miserebat tui.
CAC. Illic ést adulescens, quem tempe⟨st⟩as immin—
· · fic · · · t · s atque arg · · en · · m rom —
et iám ego audivi d · · m r m mut —

---

gloss. Plaut. donicum res reiudicata (res iudicata *codicum pars*) erit haec (haec *om. GK*) *1, 224,* donicum res diiudicata sit *2, 7;* donicum haec diiudicata res erit *Ritschelius* 56—91 *alterum folium A* 58 *cf. Trin. 1127 Asin. 430* 63 *supplevi, cf. Amph. 325, Aul. 786 Most. 562, Rud. 1166 sq.;* dudum *cf. Men. 701 Rud. 1184* mipere *vel etiam* (*quod Goetzio probabilius visum*) misere ne⟨mo⟩ homo miser e⟨st adaeque ut ego sum at⟩que infelix fui

(a)
(t)
(a)(q) d
s s t
(u) g g e p
c c oiii i

Studemundus 65 inter mo . . . . l o c u s t in . . insidias (*inter* in *et* insidias *spatio convenit* so, de, do, er, ia), *correxi* (*item fere Palmerus Hermath. 20, 63*); *scriptum fuisse puto* insiinsidias 66 me (med *vel* astare *Studemundus*) 67 mei simile *scil.* χάκιστον (*Studemundus*) aliquid *cf. ad Men. 847* concilium, *corr. Studemundus* 70 narauisti, *cf. ad Truc. 722* 72 '*in fine post* im *litteras nonnumquam* ari *scriptum esse opinatus sum*' *Studemundus;* e mari *enotavit Goetzius* 73 arg⟨um⟩en⟨tu⟩m *Studemundus, restituens* argentum

in opus ut sẹṣẹ c̣ọḷḷọc̣avit quaṃ ⟨cit⟩o;
⟨po⟩ị haụṭ cessavịṭ, postquaṃ t⟨erra⟩ṃ ạṭṭịgị⟨t⟩.
mirum ẹst ṣị ạ · · · · · ṭụạm ṿ · · · · · ṣqua—
ṇọṣụọs parenṭị · · · ḍạṛẹ pọssu tuṣ fụ—
ṛem mihi ṇạ⟨rravit;⟩ ẹḍẹ⟨po⟩ḷị ṣịṃuḷ—
puerị · · ṣ ḥi ịṣp gis
egentiorem ṃịṇẹṇ · · · ṃ nẹṃịṇẹṃ
neque essẹ c̣ṛed⟨o neque fuisse⟩ ṇeque f⟨o⟩ṛẹ.
DIN. Cave tu istuc dixis. immo etiam argenti minam,
quam med oravisti ut darem tibi faenore,
iam ego adferam ad te. faenus mihi nullum duis.
NIC. Di tibi illum faxint filium salvum tuum,
qum mihi qui vivam copiám inopi facịṣ.
sed quin accedat faenus, id non postulo.
DIN. Defaenerare hominem egentem hau decet.
quam ad redditurum ṭe ṃịhi dices diem,
cave dẹ́ṃụṭạssịṣ. NIC. Vsque ḍọnec solvẹro,

CAC. Ibi ut piscabar, fuscina ici vidulum. frg. VII (IV)

Nescio qui servos e myrteta prosilit. VIII (VI[a])

---

75 *Cacistus loquitur* 76 **haẹç** *vel fortasse* **haut** (*quod Goetzio probabilius visum*) 77 *Diniae esse videtur* (**mirumst ni a⟨udiui⟩ tuam u⟨ocem u⟩squa⟨m gentium⟩** *Studemundus*), *cuius verba indicant, post v. 71 etiam Nicodemum locutum esse* 78 **nos** [(s)ub] **dare** [er] **fu** [il] 79 **na⟨rrauit⟩** *vel* **na⟨rauisti⟩** *Studemundus* *ante* **simul** *fuit* **lii** *vel* **li** *vel* **l**, *post* **simul** *fortasse nihil conieci* **simul ⟨tecum fleo⟩** 80 *post* **pueri** *fortasse* **m** *vel* **si** *vel* **st**; *conieci* **puer i⟨s mi⟩hi ⟨periit⟩**, *deinde dixerit eum fortasse egere Nicodemo* **⟨ma⟩gis** 81 *fort.* **egentiorem ⟨me ho⟩mine(m) n⟨atu⟩m neminem,** *sed post* **egentiorem** *spatium maius videtur* 82 **neque** *Studemundus:* **ạṭque** 84 **me** (**med** *vel* **mecum** *Studemundus*) **taenori** [(e)] (**faenori** *Studemundus*), *corr. Vssingius ad Most. 526; cf. Most. 602, ad 1140* (*ubi errore scriptum* **dare faenori**) 87 **qui uiuam** *cf. Capt. 581 Trin. 561* (*Studem.*) *cf. ad 24;* **copiam ⟨hanc⟩** *et versu* 89 **non decet** *vel* **hau condecet** *Studemundus* 90 **dicis** [(e)], *corr. Winterus* 91 *deficit A aut colloquentibus accedit Cacistus aut Dinia intro it argentum petiturus* (*v. 85*), *Nicodemum Cacistus, qui eum novit* (*v. 72sq.*), *adit ut advocatum sibi conciliet ac rem enarrat* (*frg. VII—X*); *nisi adulescens domum abiit ac Diniam Cacistus adit, cui nimirum suspicio de domino viduli oriri debebat*
VII *Nonius 124* (**ici**) **uici** *vidit igitur vidulum* (*v. 64*) *fuscina ictum*
VIII *Priscianus 1, 123 (de myrteto:* **quamuis feminino genere Plautus in Vidu-**

Quid multa verba? plurimum luctavimus. IX

Nunc apud sequestrum vidulum posivimus. X

Ópposita est calcendix. Nic. At ego signi dicam quid siet. XI

A. Iúben hunc insuí in culleo XII. (XVIII
átque in altum deportari, suis ut annonam bonam
piscibus ⟨concinnet⟩? B. Malo hunc adligari ad horiam,
ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxima.

Sígnum recte comparebat; huius contendi anulum. XIV

Malim moriri meos quam mendicarier: XV
boni miserantur illum, hunc inrident mali.

Nunc servos argentum a patre expalpabitur. XVI

---

laria hoc protulit. *res dubia, cf. Rud. 732, Stowasserus stud. Vindob. 12, 127*); *Porphyrio ad Hor. carm. 1, 38, 7* (myrtus *gen. fem.*) per myrteta prosiluit, *deinde frg. IV; testimonium unum est* qui *vel* quis *Prisciani codd.* prosiluit *Priscianus, Porphyrio* (*quo servato trochaei fiunt*), *corr. Bothius, scil.* prosulit (*Stowasserus*) IX *Nonius 468* (deluctaui) X *Priscianus 1, 528* (posiui) XI *Prisciano 1, 165 in HKGL ascriptum* (c. concha qua signum tegitur) clacendix *Paulus 46* (*ubi* calcendix *litterarum ordini convenit*), *glossae cf. Loewius prodr. 279* (*corp. gl. 5, 278. 351*): clasendix *Prisciani GL in lemmate et versu*, claxendix *HK*, *item glossa Bernensis Hageni anecd. Helv. praef. p. 179* sit *cf. Rud. 1132 sq.* XII. XIII *coniunxi et supplevi. utrumque Fulgentius tradit, XII sub* culleum, *XIII sub* oriam (Pl. in Cacisto), *cf. de Vidul. 15 sq.* 1 iuuenem, *corr. Mercerius, Studemundus;* hunc iuuenem *Bruxellensis alter* (B^2). '*recensiones*' *Fulgentii, quas quidem Lerschius fecit, nullae sunt* *fort.* insui hominem culleo in *om.* B^2 2 in altum *om.* B^2 suis ut *L:* iussi 3 piscibus *om.* B^1 *iocose dictum posui quale serio Astr. frg. II* 4 maxima: aliqua B^2 *al.* XIV *Nonius 258* (contendere) comparabat *praeter Lugd.*[1] *rem ut acta sit breviter narrare videtur, puta Diniae uxori* XV *Nonius 138* (mendicarier) 2 boni ministrantur illum nunc irrident mali, *corr. Lipsius. Studemundus cf. Bacch. 397.* '*verba fortasse erant Diniae senis, qui Nicodemum mendicum filium suum esse nesciens haec dixit.*' *Studemundus* XVI *Nonius 104* (expalpare); *476* (expalpabitur) nunc *om. 476* a patre argentum *476* *verba docere videntur fabulae etiam servi dolum infuisse adulescenti, propter amorem nimirum, argentum comparantis. cf. frg. XX, Winterus p. 17*

(NIC.) immo id quod haec nostra est patria et quod hic meus pater, XVII (XII)
illic autem Soterinis est pater.

Nam audívi feminam égo leonem sémel parire – ◡ – XVIII (XV)

Vbi quámque pedem viderat, subfurabatur omnis. XIX (XIV)

Sed leno egreditur foras; XX (XIX)
hinc ex occulto sermonem eius sublegam.

XVII *Priscianus 1, 317* (Soteris Soterinis) *inde ab altero* quod *septenarius troch. est* (*certe non senarii*)*; sed ne sermo quidem offensione caret* XVIII *Philargyrius ad Verg. ecl. 2, 63* (leonem feminam) leonem feminam *melius eodem versu continetur quam ab* ego *novus incipiatur* parire *cf. Stich. 166, Langenus symb. 85 iocari aliquis cum Nicodemi matre videri possit* XIX *Nonius 220* (pedis *gen. fem.*) uidebat, *corr. Fleckeisenus* XX *ad Vidulariam rettulerunt quod ex Aulularia adfert Nonius 332. cf. frg. XVI*

FRAGMENTA

ACHARISTIO

cf. nomina Εὐχάριστος Εὐχαρίων

I

Nonius 157 pauperavit i. e. pauperem fecit. Plautus in Mil. gl. (*729*). item Acaristione

quám ego tanta pauperavi per dolum pecunia.

II

Plinius N. H. 14, 92 lautissima apud priscos vina erant myrrhae odore condita, ut apparet in Plauti — Persa *e. q. s.* (*cf. ad v. 87*). ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt. sed Fabius Dossennus his versibus decernit: mittebam vinum pulchrum murrinam, et in Acharistione:

panem et polentam, vinum murrinam.

Scaevolam quoque et L. Aelium et Ateium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit *e. q. s.* (*v. 740*), quibus apparet non inter vina modo murrinam, sed inter dulcia quoque nominatum. *ergo veteres iurisconsulti* (*cf. Gell. 10, 23, 1, Varro ap. Nonium 551*) *ex graecorum versione latina coniecturam de more Romano faciebant.* μυρίνης ὁ οἶνος κεῖται παρὰ Ποσειδίππῳ *Athen. p. 32*[b], *cf. 132*[d] (*Diph.*), *Aeliani v. h. 12, 31* (*Philipp.*). *senarius fuerit*

ADDICTVS

Gellius 3, 3, 14 Saturionem et Addictum et tertiam quandam — in pistrino eum scripsisse Varro et plerique alii memoriae tradiderunt. *cf. quaest. Plaut. p. 60 sq.*

I

schol. Verg. georg. 1, 124 (*Lemovic.*) veterno: pigritia, otio, quia plerumque otiosos solet hic morbus incessere. Plautus in Addicto:

opus fácere nimio quam dormire mavolo:
veternum metuo.

AGROECVS

Gellius 3, 3, 9 M. Varro in libro de comoediis Plautinis primo Accii verba haec ponit: 'nam nec Gemini lenones nec Condalium nec Anus Plauti nec Bis compressa nec Boeotia umquam fuit neque adeo Agroecus neque Commorientes Macci Titi. *de quo loco dixi quaest. Plaut. 32*

I

Paulus 61 clunes masculine (*cf. Charisius 101* clunes Verrius Flaccus masculino genere dici probat) Plautus:

quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero.

Nonius 196 clunes masculino Plautus abroico: quasi *e. q. s.* quas *Noni Lugd.* desertos *Nonius;* diffractos *Onions* fero *Paulus septenario trochaico syllaba deficit*

ARTEMO

I

Festus 305 superstites testes praesentes significat. cuius rei testimonium est, quod superstitibus praesentibus i inter quos controversia est vindicias sumere iubentur. Plautus in Artimone:

nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adest superstes.

ultima (nemo *sq.*) *ex Plauto schol. Hor. epod. 1, 5. verba non ex prologo* (*Frantzius de com. att. prol. 49*), *cf. Cas. 794 Truc. 211. 884*

II

Festus 165 ex Paulo (nautea: herba granis nigris qua coriarii utuntur. a nave ductum nomen, quia nauseam facit, permutatione T et S) *suppletus:* ⟨nauteam ait Opi⟩lius Aurelius herb⟨ae genus esse granis nigris⟩ qua coriari utuntur ⟨cuius videri a nave duc⟩tum nomen, quia nauseam fa⟨cit, permutatione T et⟩ S litterarum interme⟨diarum antiquis consueta.⟩ Plautus in Artemone:

— mu⟩lionum nauteam fecisset —

et post huius lineae dimidiam, sequentis maiorem partem amissam —lem atque aro—, *deinde versuum Curc. 101 et Cas. 1018 reliquiae. ergo* lem *sq. Plauti sunt* (aroma *non in servatis), sed incertum an Artemonis. Vrsinii supplementum* ⟨unguentum quod naribus mu⟩lionum *non probabile, herbam significari exspectatur*

III

Festus 274 ravim anti⟨qui dicebant pro raucitate.⟩ Plautus (*Aul. 336*), item (*Cist. 304*), et in Artemoni: et | — ⟨Caecilius⟩ in Hypobolimaeo *e. q. s.*

ASTRABA

Probus comm. in Verg. buc. p. 2, 21 in bucolicorum origine: hoc idem carmen et astrabicon dictum est ex forma qua advecti fuerant qui illa cantaturi erant. sunt autem astrabae vehicula dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι, quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi vehiculis inducit. *cf. Ritschelius op. 3, 186 sq., Goetzius ind. Ien. 1893, 3.*

Gellius 11, 7, 5 fabulam ambiguam dicit, v. frg. V.

I

Varro de l. l. 6, 73 etiam spes a sponte potest esse declinata, quod tum sperat cum quod (quod cum *F*) volt fieri putat; nam quod non volt si putat, metuit non sperat. itaque hi quoque qui dicunt in Astraba Plautina (plautin ea *F*):

Advl. Séquere adsecue, Polybadisce, meam spem cupio consequi.

Pol. Sequor hercle equidem, nam libenter meam speratam consequor.

quod sine sponte dicunt, vere neque ille sperat qui dicit adulescens neque illa sperata est (*cf. § 72 de sponsione* quod sine sponte sua dixit, cum eo non potest agi ex sponsu)   adseque *cod., cf. Lachmannus opusc. 2, 175, ad Lucr. p. 304;* hac, sequere *L. Spengelius*   erclem quidem, *corr. L. Spengelius*   mea sperata, *corr. Ritschelius*   *Polybadiscus servus est, cf. Ritschelius op. 3, 189*

II

Varro de l. l. 7, 66 In astriba:

áxitiosae annonam caram e vili concinnant viris

(ac sitiose *cod.*). ideo in Sitellitergo idem ait (*frg. I*). Claudius scribit axitiosas demonstrari consupplicatrices (*cf. Goetzius Woelfflini arch. 2, 339*), *deinde nomen* ab una agendo *derivat*

III

Festus 274 reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere. Pacuvius in Teucro (*v. 333*), Plautus in Astraba:

quási tolleno aut pilum graecum reciprocas plana via.

tollenono *cod.*, tollenno *Buggius* reciproceis, *corr. O. Muellerus* uta, *corr. Scaliger.* plana via *i. e.* '*in ipso plano, ubi munimentorum obstacula nulla superanda sunt*' (*Ritschelius op. 3, 194*)

IV

Festus 306 ⟨subscudes ap⟩pellantur cune⟨a⟩tae ta⟨bellae quibus⟩ tabulae inter se con⟨figuntur, qui⟩a quo eae immittantur ⟨succiditur. Pa⟩cuius in Niptris (*250*), Plautus in eastraba:

⏑́ ⏑ terebratus multum sit et subscudes addite.

adindite *Goetzius ed. min. ex Catonis de a. c. 18, 9* subscudes iligneas adindito

V

Gellius 11, 7, 5 legerat autem ille apludam veteres rusticos frumenti furfurem dixisse idque a Plauto in comoedia, si ea Plauti est, quae Astraba inscripta est, positum esse. *inde Nonius 69 ext.*

VI

Nonius 62 ext. exterebrare est vi aliquid extorquere (*hic intercidisse testimonium Pers. 237 vidit Ritschelius op. 3, 196*) et scrutari aut curiosius quaerere. Plautus in Astraba, cum in curiosum iocaretur:

térebra tu quidem pertundis.

terebratum quidem *Nonius, corr. Turnebus*

VII

Nonius 376 (protinus, protinam) Plautus in astravada (astravata *Lugd.*):

dare pédibus protinam sese ab his regionibus.

BACARIA

de titulo Ritschelius parerg. 155 (*etiam de* Vaccaria *cogitans*), *op. 3, 198 sq.*

I

Macrobius sat. 3, 16, 1 nec acipenser, quem maria prodigis nutriunt, illius saeculi delicias evasit, et ut liqueat secundo Punico bello celebre nomen huius piscis fuisse, accipite ut meminerit eius Plautus in fabula quae inscribitur Baccharia ex persona parasiti:

quis ést mortalis ⟨aut fuit⟩ tanta fortuna affectus
umquam quam ego nunc sum, cuius haec ventri portatur pompa?
venit nunc qui mihi in mari acipenser latuit antehac,
cuius égo latus in latebrás reddam meis déntibus et mandibulis.

septenarios iambicos excipit anapaesticus, cf. Skutschius Berl. phil. wochenschr. 1895, 268; Pseud. 172 sq. 1 *supplevit Seyffertus* 2 qua 3 vel nunc, *correxi. cf. Ar. Ach. 885 sq.* (ἦλθες ποθεινή) 4 manibus, *corr. Scaliger*

BOEOTIA

Gellius 3, 3, 3 (Varro) praeter illas XXI quae Varronianae vocantur — quasdam item alias probavit adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit, sicuti istam, quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boetia. nam cum in illis XXI non sit et esse Aquili dicatur, nihil tamen Varro dubitavit quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitaverit, si vel hos solos ex ea fabula versus cognoverit, qui quoniam sunt, ut de illius Plauti more dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et ascripsimus (*frg. I*) *Varro de l. l. 6, 89* accensum solitum ciere Boeotia ostendit, quam comoediam Aquili (*alii cod.*) esse dicunt, hoc versu (*frg. II*) *de Ritschelius argumentatione cf. quaest. Plaut. 138*[4]

I

Gellius v. s. parasitus ibi esuriens haec dicit:

ut illúm di perdant, primus qui horas repperit
quique adeo primus statuit hic solarium;
qui mihi comminuit misero articulatim diem.
nam ⟨unum⟩ me puero venter érat solarium,
multo omnium istorum optimum et verissimum.
ubi is té monebat, esses, nisi cum nil erat;
nunc etiam quom est non estur, nisi Soli libet.
itaque adeo iam oppletum oppidum est solariis:
maior pars populi áridi reptant fame.

4 ⟨unum⟩ *Hertzius* ueter *Amm. Marc. 23, 6, 77* nec apud eos extra regales mensas hora est praestituta prandendi, sed venter uni cuique velut solarium est eoque monente quod inciderit editur 6 esse, *correxi* 7 quod, *corr. Bothius* 8 est oppidum, *corr. Bothius* 9 populi ⟨iam⟩ *Hertzius* arida *idem, quod Amm. Marc. 19, 8, 8 habet* per aestum arida siti reptantes, *sed* siti

II

Varro v. s.

ubi primum accensus clamarat meridiem.

vel meridie, *v. ad Most. 579*

CAECVS vel PRAEDONES

fragmenta omnia a Charisio servata, novem priora in capite de adverbio, decimum de interiectione, quae praebuerunt Iuli Romani libri ἀφορμῶν

I

Charisius 199 fabre Plautus in Caeco vel in Praedonibus:

nil quicquam factum nisi fabre nec quicquam positum sine loco,
auro ebore argento, purpura, picturis, spoliis *
tum statuis —

1 luco *potius* nisi loco 2 *spolia indicant militem aedes suas describere. lacunam agnovit Winterus, enuntiationi deest velut* ⟨aedium conclavia ornata omnia⟩ *deinde* tum statuis ⟨nitidae porticus⟩

II

Char. 202 invito ut falso Plautus in Caeco vel in Praedonibus:

neque eam invito a me umquam abduces.

quod idcirco putavi tractandum (*Romanus loquitur*) quia numero plurali adverbialiter invitis video dictum et apud eos forsitan cum continua voce laetentur (?) *adverbium CIL. II suppl. 5439 III 3, 31, sed Plautum scripsisse arbitror* ⟨me⟩ invito

III

Char. 209 opulenter Plautus in Caeco vel in Praedonibus:

spectávi ludos mágnifice ⟨conféctos⟩ atque opulénter.

vocabulum addidi sententiae necessarium

IV

Char. 211 plure Plautus in Caeco vel in Praedonibus:

⏑ ⏑́ ⏑ – plure áltero tantó quanto eius fundúst velim.

fundus est *cod.*

V

Char. 211 prorsum Plautus in Caeco vel in Praedonibus:

ita súnt praedones: prorsum parcunt nemini.

VI

Char. 212 peregre cum abit quis dicimus in locum, ut Titinius (*133*) 'ut hinc legatus abiit peregre publice', Plautus quoque in Praedonibus vel in Caeco:

in peregre?

[est] idem in Bacchidibus (*185*) 'cenam — peregre advenienti'. peregri autem, cum in loco est: Pl. Pers. (*29*ᵃ) Naevius (*com. 92*), *ubi* peregre cum — advenienti *in codice delatum post Naevi versum, ceterum nihil turbatum est.* in *i. e.* isne, *cf. Bacch. 1185.* est *inclusi, sed fortasse fuit quod desideratur* ex l(oco), *cf. 111, 21, vel* et a loco

VII

Char. 219 sedulo — — sedulum Plautus in Caeco vel in Praedonibus:

velim te arbitrari factum.

respondetur:

sedulum est. summoventur hostes, removentur lapides.

ted, *deinde* ⟨si⟩ súmmoventur hóstes (fustes *Winterus*), removentúr lapes *Buechelerus mus. Rhen. 39, 418 et apud Winterum,* lapes *non probabiliter in constanti Plauti usu. ceterum non scripsit Plautus* sedulum est *sed* sedulo (*scil.* facis), *nec Romanus* sedulum est *pro adverbio posuit, sed* sedulum; *fort.* est *ad* si *referendum. fuerint septenarii:*

A. Velim te árbitrari factum.
⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ B. Sedulo. si summoventur hostes,
removentur lapides.

VIII

Char. 219 strenue Plautus in Caeco vel in Praedonibus:

⏑ ⏑́ ⏑ si non strenue fatetur ubi sit aurum,
membra exsecemus serra.

discripsit Schoellius ed. min.

IX

Char. 220 secus pro aliter Naevius (*com. 14*) et Plautus in Caeco:

nil féci secus quam me decet.

puta 'praedonem' loqui, scelere gloriantem ut lenones solent. fortasse frg. VII—IX scaenae eiusdem

X

Char. 240 mu Plautus in Caeco vel in Praedonibus:

A. Quis tu es qui ducis me? B. Mu. A. Perii hercle, Afer est.

'caecus' duci videtur

CALCEOLVS

I

Macrobius sat. 3, 18, 9 nucem molluscam — indictam non relinquamus. Plautus in Chalceolo:

molluscam nucem
super eius dixit impendere tegulas.

ecce Plautus nominat quidem, sed quid sit nux mollusca non exprimit. est autem Persicum quod vulgo vocatur.

CARBONARIA

I

Festus 330 spetile vocatur infra umbilicum suis quod est carnis proprii cuiusdam habitus, exos, qua etiam antiqui per se utebantur. Plautus ⟨in⟩ enumerandis suillis (uillis *cod.*) obsonis in Carbonaria sic meminit:

ego pernam, sumen sueris, spetile, callum, glandia.

pro ego *alii verbum posuerunt,* ⟨at⟩ ego *Winterus* sueres spectile galium, *corr. Turnebus, Vrsinus*

II

Nonius 221 patibulum genere neutro. masculino Licinus (*hist. p. 271 P.*), Plautus Carbonaria:

pátibulum ferat per urbem, deinde adfigatur cruci.

exemplum non aptum adfigat, *corr. Rothius* (*'v. d.'*)

III

Priscianus 1, 516 de compositorum verbi 'do' perfectis: Plautus in Carbonaria:

secundum ipsam aram aurum abscondidi.

+ CESISTIO

nomen nullum est, Cacistio *Ritschelius*

I

Varro de l. l. 7, 67 in Cesistione:

dis stribula aut de lumbo obscena viscera.

stribula, ut Opilius scribit, circum coxendices sunt bovis; id graecum est ab eius loci versura. cf. *Festus 313* (*Frivol. frg. IX*) distribula, *corr. Buechelerus* ut, *corr. Scioppius* biscera *in cod. correctum*

COLAX

Ter. Eun. prol. 25 (exclamat) Colacem esse Naevi et Plauti, veterem fabulam; parasiti personam inde ablatam et militis. *v. 30* Colax Menandrist, in east parasitus colax et miles gloriosus, eas se non negat personas transtulisse in Eunuchum suam ex graeca.

I

Nonius 545 batiola: Plautus Colace:

bátiolam auream octo pondo habebam, accipere noluit.

habebat, *corr. Ritschelius*

II

M. Caesar ad Frontonem 2, 10 p. 33 item quod Plautus egregie in Colace super eadem re ait:

quí data fide firmata fidentem fefellerint,
subdoli subsentatores, regi qui sunt proximi,
qui aliter regi dictis dicunt, aliter in animó habent.

veri regis assentatores sibi opposuerit parasitus

III

Schol. Veron. Verg. Aen. 2, 670 (numquam omnes hodie moriemur inulti) sic in bucolicis 'numquam hodie effugies'. Plautus in Colace:

si me tu hodie invitaveris,
numquam quicquam —

in invitaveris *versum exiisse concludo ex Curc. 726* hisce ego, si tu me inritaveris, | placidum te hodie reddam *et Bacch. 888, atque scribendum censeo* inritaveris; *deinde talis fuerit sententia:* quicquam ⟨hic apud me quod edis reperies⟩

IV

Varro de l. l. 7, 105 post Cas. 267 et obscuri nominis fragmentum: in Colace nexum, *cuius vocabuli explicationes adduntur. Colacem non Naevi dicit, cuius nomen fabulae nomini apponere solet*

COMMORIENTES

Ter. Ad. prol. 6 Συναποθνῄσκοντες Diphili comoediast, eam Commorientes Plautus fecit fabulam. in graeca adulescens est, qui lenoni eripit meretricem, in prima fabula: eum Plautus locum reliquit integrum. *haec non deterrebant Accium, ne Plauto fabulam abiudicaret, v. ad Agroecum ascripta*

I

Priscianus 1, 280 antiqui tamen ancipes et p r a e c i p e s et bicipes (*gen.* ancipitis). Plautus in Commorientibus

saliam in puteum praecipes.

CONDALIVM

Accius Plauto abiudicavit

I

Varro de l. l. 7, 77 apud Plautum in Parasito pigro (*frg. I*). c r e p u s c u l u m ab Sabinis, et id dubium tempus noctis an diei sit. itaque in Condalio est:

tam crepusculo fere ut amant. lampades accendite.

sic sensu cassa. ferae *Buechelerus*, *conieci* édam crepusculo, ferae ut amant? *ex initio fabulae*

II

Festus 229 ⟨p r o ponitur —⟩ — alias pro a⟨dmiratione —⟩ — Plautus in Con⟨dalio⟩ — *ad admirationem Plauti locum pertinuisse Pauli excerptum docet*

CORNICVLA

Cornicula *est Varroni* (*frg. I. II*) *Nonio* (*III*) *Diomedi* (*VII*), Cornicularia *Nonio* (*II. IV*), *cf. Ritschelius parerg. 154 sq.* *militis partes frg. I—III, servi IV, lenonis V, adulescentis VI*

I

Varro de l. l. 5, 153 (c i r c u s). itaque dictum in Cornicula militis adventu, quem circumeunt ludentes:

quid cessamus ludos facere? circus noster eccum adest.

ecce, *corr. Langenus symb. 4, cf. Bachius Studemundi stud. 2, 402*

II

Varro de l. l. 7, 52 (l a t r o). in Cornicula:

qui regi latrocinatu's decem annos Demetrio.

Nonius 134 l a t r o c i n a r i, militare mercede. Plautus Cornicularia: latrocinatus annos decem mercedem in Tiberio: qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti, *unde* annos decem *recipere licet*; mercedem *induxit Lucianus Muellerus* (regi Dem⟨etrio⟩ *Onions*) *et sequentia verba Catonis* in Tiberium *esse coniecit*

III

Nonius 63 luculentum pulchrum et bonum et perspicuum, dictum a luce. Plautus Cornicula:

púlchrum et luculentum hoc nobis hodie evenit proelium.

IV

Nonius 134 Laverna dea cui supplicant fures. Plautus Cornicularia:

mihí Laverna in furtis celebrassit manus.

⟨ita⟩ mihi *Buechelerus* mihi Laverna *Scaliger:* militaveram nam celerassit *Lugdunensis*

V

Nonius 147 oculitus ut animitus, medullitus. Plautus corni

qui amánt ancillam meam Phedulium oculitus.

qui *fortasse ad titulum pertinet* Cornicul⟨a⟩ (*Ritschelius*) fedulium *codd.*, Phidyllium *faciunt, sed nomen est Φειδύλιον non Φειδύλλιον. fortasse septenarii:* quí amant ancillam meam | Phédulium oculitus

VI

Nonius 220 pilleus — generis neutri: Plautus cornic

em te obsecro,
Lýde, pilleum meum, mi sodalis, mea Salubritas.

en *Lugdunensis 1 m.*

VII

Diomedes 383 oleo oles, apud veteres olant. Plautus in Cornicula:

face olant aedes arabice.

facere, *corr. Goetzius;* fac ere *Buechelerus*

DYSCOLVS

I

Festus 170 nupta verba dicebantur ab antiquis quae virginem dicere non licebat, ut Plautus in Dyscolo:

⏑́ virgo sum, nondum didici nupta verba dicere.

FAENERATRIX

Varro de l. l. 7, 96 alii Plauti Faeneratricem alii Feneratricem.

I

Festus 372 (*ex apographis*) Vapula Papiria in proverbio fuit antiquis, de quo Sinnius Capito sic refert, tum dici solitum esse cum vellent minantibus sibi significare se eos neglegere et non curare, fretos iure libertatis. Plautus in Feneratrice:

heus tu, in barbaria quod dixisse dicitur
libertus suae patronae, id ego dico ⟨tibi⟩:
'Libertas salve, vapula Papiria'.

in barbaria est in Italia. Aelius hoc loco vapula positum esse ait pro dole, Varro pro peri   1 fecisse   2 id eo dico *cum spatio, corr. Scaliger*   3 liberta

II

Diomedes 401 populo ait Plautus in Feneratrice:

quae ego populabo probe.

prove, *corr. Scioppius*

FRETVM

nomen suspectum, feretrum *Ritschelius; vel* fertum

I

Gellius 3, 3, 7 nos quoque ipsi nuperrime, cum legeremus Fretum (nomen est id comoediae, quam Plauti esse quidam non putant), haud quicquam dubitavimus quin ea Plauti foret et omnium quidem maxime genuina. ex qua duo hos versus exscripsimus, ut historiam quaereremus oraculi Arretini:

nunc illud est quód responsum Arreti ludis magnis dicitur:
peribo si non fecero, si faxo vapulabo.

1 arretini, *corr. Hertzius*   magis   2 fecero, faxo *cf. Bacch. 848 sq.*

FRIVOLARIA

I

Charisius 193 (*cf. 196*) par est, ut in multis generibus istius modi dictionis, commodo commodeque, ut Plautus in Frivolaria:

commodo dictitemus.

adverbium finem versus tenuerit, cf. Epid. 552 Mil. 644

II

Paulus 256 querqueram frigidam cum tremore a Graeco κάρκαρα certum est dici, unde et carcer. Lucilius (*1101* febris querquera.

1103 querquera). item Plautus 'is mihi *erat bilis querque*ratus' (*cursivae litterae apud Festum servatae*) *Priscianus 1, 271* (intercus) Plautus in Fribolaria 'is mihi erat bilis, aqua intercus, tussis, febris'. *coniuncta testimonia haec verba reddunt:*

is mi érat bilis, querquéra, tussis, aqua intércus —

anapaestis deest arsis cum metro

III

Festus 301 sultis si voltis. Plautus in Frivolaria:

sequimini me hac sultis, legiones omnes Lavernae.

hanc stultis (*recte Paulus adferens* s. m. h. sultis) *possunt trochaei esse, quorum prior versus in* sultis *exierit. eiusdem scaenae frg. IV. V*

IV

Varro de l. l. 7, 58 in Frivolaria:

Vbi rorarii estis? Adsunt. Vbi sunt accensi? Ecce ⟨nos⟩.

rorarii dicti ab rore qui bellum committebant, ideo quod ante rorat quam pluit. accensos ministratores Cato esse scribit *e. q. s.* rorani estis an sunt *cod.* ⟨nos⟩ *Bothius*

V

Varro de l. l. 5, 89 pilani triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremi subsidio deponebantur. quod hi subsidebant, ab eo subsidium dictum, a quo Plautus:

ágite nunc, subsidite omnes, quasi solent triarii.

subsidete *cod.* *Festus 306* ⟨su⟩bsidium (*sic est in codice, cf. tab. XXX Thewrewki*) — — ut Plautus | —gite nunc subi'· (*sic cod.*) | —t triario.

VI

Festus 166 navus celer ac strenuus, a navium velocitate videtur dictus. Ennius (*ann. 179. 470 M.*), Plautus in Frivolaria:

nave ágere oportet quod agas, non ductarier.

VII

Nonius 66 praeficae dicebantur apud veteres quae adhiberi solebant funeri mercede conductae, ut et flerent et fortia facta laudarent. Plautus in Frivolaria:

superaboque omnis argutando praeficas.

VIII

Festus 297 s o r o r i a r e (sororiae *cod.*) mammae dicuntur puellarum cum primum tumescunt, ut f r a t e r c u l a r e puerorum. Plautus in Fribolaria — | papillae pri— | volui dicere — | opus est ver—
Paulus (ed. Th.) sororiare mammae dicuntur puellarum cum primum tumescunt, ut ⟨fraterculare⟩ puerorum. Plautus 'tunc papillae primum sororiabant; illud voluit dicere, fraterculabant'. *haec evadunt:*

tunc papillae primulum
sororiabant; illud volui dicere,
fraterculabant. ⟨quid⟩ opus est verbis?

1 primulum *et* 3 ⟨quid⟩ *Vrsinus. sententia sic processerit:* quid opust verbis? virginem factam hau multo post vidimus. *ceterum Verrius Flaccus erravit verbum comice fictum ad consuetudinem referens. cf. Paulus et Placidus s.* fratrare

IX

Festus 313 s t r e b u l a Vmbrico nomine Plautus appellat coxendices hostiarum *e. q. s.* — ⟨Plau⟩tus ait in Fri⟨volaria⟩ —

agnina tene — ⟨stre⟩bulis.

post fri⟨volaria⟩ *fere 7—10, ante* ⟨stre⟩bulis *fere 11—14 litterae amissae, ut talia suppleri possint:* ⟨cárne Venus⟩ agnina tene⟨ra, at duris Iuno stre⟩bulis (*scil.* placatur)   carne agnina, teneris strebulis *Winterus, qui monuit strebula boum esse, cf. Ces. frg.*

X

Priscianus 1, 188 u n u s, quia de vocativo quidam dubitant, Caper, doctissimus antiquitatis perscrutator, ostendit hoc usum Catullum et Plautum. Catullus (*37, 17*), Plautus in Fribolaria (fribul.):

o amice ex multis mi une Cephalio.

FVGITIVI

I

Varro de l. l. 7, 63 in Fugitivis:

A. †agerge, specta, vide vibices quantas. B. Iam inspexi. quid est?

vivices (*item in versu*) alii excitatum (*fort.* exulceratum) verberibus corpus. *coniecerunt* age ergo, age age, age ere, tergum, *potest nomen proprium fuisse*

GEMINI LENONES

Accius Plauto abiudicavit. Lenones geminos *Priscianus dicit*

I

Festus 249 puelli per deminutionem a pueris dicti sunt. itaque — Plautus:

dolet huic puello sese venum ducier.

holim huic *cod.* *Priscianus 1, 231* (puellus) Plautus in Lenonibus geminis: dolet hic puellus sese venum ducier

HORTVLVS

I

Festus 306 sub corona venire dicuntur, quia captivi coronati solent venire — id autem signum est nihil praestari a populo, quod etiam Plautus significat in Hortulo:

praéco ibi adsit, cum corona quique liceat veneat.

cuique liceat ventat *cod.; cf. ad Men. 549*

LIPARGVS

cf. Φίλαργος Prellwitz inscr. arg. 3325, 81

I

Priscianus 1, 522 edo es est. vetustissimi tamen etiam edo edis edit dicebant correpta prima syllaba. Naevius (*com. 26*), Plautus in Lipargo:

níl moror mihi fucum in alveo, apibus qui peredit cibum.

alvo, *corr. Pareus*

NERVOLARIA

frg. IV—VII ad adulescentium amores et damnum, I. III ad servorum dolum pertinent

I

Varro de l. l. 7, 68 in Nervolaria:

scobína ego illum actutum adrasi senem.

scobinam a scobe. lima enim materia fabrilis est (?) scobinam *cod.* illunc *A. Spengelius* senem *Lachmannus Lucr. 184* (*qui scripsit* scobina ni ego illum actutum adraso senem): enim *cod.*

II

Festus 145 (ex apographis), moenia muri —. significat etiam officia. Plautus in Nervolaria:

prohibentque moenia alia. unde ego fungar mea?

sic Paulus, funger in ea *apogr.* *interpretor: 'unde mihi potestas fungendi meis?'*

III

Festus 181 ocius secundae collationis et deinde tertiae ocissime frequentata sunt —. tertiae vero conlationis (consolationis *cod.*), cuius rariora (maiora *cod.*) exempla sunt, auctor est Plautus in Nervolaria:

ocissime nos liberi possimus fieri

fier— |, *sequitur* quicquam occissi— *ad aliud fragmentum pertinens incertum an Plauti* *deest velut* uterque

IV

Festus 229 prodegeris consumpseris perdideris, ut Caecilius (*74*) et Plautus in Nervolaria:

producte prodigum esse amatorem addecet.

productę prodigium essem *cod.*

V

Festus (Paulus) 294 sublesta antiqui dicebant infirma et tenuia. Plautus in Nervolaria vinum ait sublestissimum, quia infirmos faciat vel corpore vel animo

VI

Nonius 127 insanum pro insane, Plautus nervo

insánum valde uterque deamat.

VII

Varro de l. l. 7, 65 adlatis Cistellariae v. 405. 407 ibidem:

+ scraties ruppę ides rittabillae tantulae.

ab excreando scraties siccas significat. scruppidam Aurelius scribit a scauripeda, Iuventius comicus dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus, Valerius a pede ac scrupea —. strittabillas a strettillando. strittare ab eo qui sistit aegre
Gellius 3, 3, 6 Favorinus quoque noster, cum Nervulariam Plauti legerem, quae inter incertas habita est, et audisset ex ea comoedia versum hunc:

scrattae scrupedae strittivillae sordidae

(scractae struppedae strativillae sordidae ς), delectatus faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantium: 'vel unus

hercle' inquit hic versus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse'. *hinc Nonius 169* (escratae crupedae strictibilae sordidae, *sed in lemmate* scraptas scrupedas strictivellas), *Aululariae tribuens de primo nomine cf. Festus 333* scraptae dicebantur nugatoriae ac despiciendae mulieres *ab excreando derivans ut Varro et adferens Titini v. 74* (stratum vidi scrattiae mulieris *cod., cf. corp. gl. 5, 243* scrattae despectae et nugatoriae) scrupipedae *O. Muellerus,* scruppēdae *Skutschius Berl. phil. woch. 1895, 269. corp. gl. 5, 631* scrapedus scabiosus. *etiam tertium obscurum.* sordidae *vindicavit Winterus ex Poen. 267, frg. inc. XXII.* tantulae *cf. Poen. 273.*

cf. ad Stich. 91 . 352

PAGO

Phago *Pius*

I

Varro de l. l. 7, 61 in Pagone:

honos sýncerasto periit, pernis, glandio.

syncerastum est omne (omnem *cod.,* omnimodum *O. Muellerus*) edulium antiquo vocabulo graeco sincerasto perit pernis gladios, *corr. Pius. parasitus loquitur*

PARASITVS MEDICVS

Medicus *frg. I . IV,* Medicus parasitus *II*

I

Nonius 84 conspicillum unde conspicere possis. Plautus Medico:

in conspicillo adservabam pallium observabam +

conspicilio *codd. (item in lemm.)* observabam *del. L. Muellerus,* in c. aderam, obs. p. *Buechelerus,* inde c. obs., ads. p. *Onions cf. ad Cist. 91*

II

Nonius 200 caseus generis neutri: Novius (*45*), Plautus Medico parasito:

cum virgis caseum radi potest.

verba obscura

III

Nonius 551 lopades genus conchae marinae. Plautus Parasito medico:

áddite lopadás echinos ostreas.

lopades *Lugdun.*[2] *Harl., cf. Rud. 297* ecinos

IV

Priscianus 1, 489 exoleo quoque exolevi, unde exoletus. Plautus in Medico:

domi reliqui éxoletam virginem

i. e. grandem, quae exoleverat   reliquit *Buechelerus*

PARASITVS PIGER

I

Varro de l. l. 7, 77 apud Plautum in Parasito pigro:

inde hic bene potus primulo crepusculo.

cf. Cond. frg. I   dene, *corr. Pius*   primo, *corr. Scaliger, cf. Cas. 40 (P), Amph. 737*

II

Varro de l. l. 7, 62 in Parasito pigro:

domum ire coepi tramite dextra via.

trames a transverso dictus. *frg. I. II coniunxit Scaliger*

III

Festus 166 naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis *e. q. s.* Plautus in Parasito pigro:

ámbo magna laude lauti, postremo ambo sumus non nauci.

cf. Asin. 545—577

PLOCINVS

nomen dubitabile

I

Nonius 149 petilum tenue et exile. Lucilius (*520*), Plautus Plocino: nam (na *Lugdun.*) coloratum frontem habet petilis habis [petilis tenuis dicit, habris mollis dici]. *id. 204* frontem masculino genere — Plautus: nam coloratilem frontem habet petulis. *facile evadunt cretici cum trochaeis, quales Goetzius constituit:*

nám colorátilem   fróntem habet, petilís habris

enuntiatum ut sequenti versu continuatum fuerit; sed formam masculinam Nonius 204 indicat nec intellegitur coloratum *aut* coloratilem

SATVRIO

cf. ad Addictum. nomen parasiti in Persa

I

Paulus 45 catulinam carnem esitavisse, hoc est comedisse, Romanos Plautus in Saturione refert

II

Festus 162 nequitum et nequitur pro non posse dicebant, ut — Plautus in Satyrione:

retrahi nequitur quoquo progressa est semel.

III

Festus 277 rienes quos nunc vocamus antiqui nefrundines appellabant, quia Graeci νεφρούς eos vocant. Plautus in Satyrione:

mále tibi evenisse video. glaber erat tamquam rien.

glaber *sq. etiam Paulus; quae alteri personae Bothius tribuit*

IV

Festus 306 succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere. Plautus in Saturione:

súbcenturiatum require qui te delectet domi.

subcenturia centum, *corr. Dziatzko mus. Rhen. 45, 639*

+ SCEMATICVS

Nonius 333 limare exquirere et delinire, secundum consuetudinem, a lima dictum. Plautus (*Men. 85 Bacch. frg. XI*. X), idem Scematico:

nám pater tuos numquam cum illa étiam limavit caput.

nomen fuerit quale Scamandrius tuus *vel* tus limabit, *corr. Lipsius*

SITELLITERGVS

I

Varro de l. l. 7, 66 in Astraba (*frg. II*). ideo in Sitellitergo idem ait:

A. Múlier est, uxorculavit. B. Ego novi, scio axitiosa
quam sit

quae secuntur v. ad Astrabam mulieres, *corr. Seyffertus* ac sitio aquam sic, *corr. Schoellius* (axitiosam. Sic *priores*). *cf. Marxius mus. Rhen. 41, 551 sq.*

II

Festus 375 (*ex apographis*) valgos Opilius Aurelius aliique complures aiunt dici qui diversas suras habeant. Plautus (*Mil. 94*) et in Sitellitergo:

+fitea mihi insignitos pueros pariat postea
aút varum aut valgum aut compernem aut paetum aut brocchum filium.

fit ea: *latet nomen notam vitiumve corporis significans* bocchum

TRIGEMINI

Gellius 6, 9, 7 adlato Aul. frg. II idem Plautus in Trigeminis neque praememordisse dicit sed praemorsisse:

nisi fugissem in medium, credo, praemorsisset —

in *Winterus:* inquit *deest velut* mihi manum, *cf. Curc. 597 sq.*

FABVLARVM INCERTARVM FRAGMENTA

I

Varro de l. l. 7, 38 Plautus:

Epeúm fumificum, qui legioni nostrae habet coctum cibum.

Epeum fumificum cocum ab Epeo illo qui dicitur ad Troiam fecisse ecum Troianum et Argivis cibum curasse Epĕum *cf. Lachmannus Lucr. 159, Buechelerus mus. Rhen. 41, 311, carm. lat. epigr. 1017, 1; Bacch. 937 cf. Merc. 398; Men. 902*

II

Varro de l. l. 7, 91 ciccum dicebant membranam tenuem, quae est ut in malo Punico discrimen; a quo etiam Plautus dicit:

quod volt + densum; ciccum non interduo.

cf. Rud. 580 Trin. 994. quod volt *ab* interduo *pendere non potest; conieci* deus m⟨ittat⟩

III

Varro de l. l. 7, 103 multa ab animalium vocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura; perspicua ut Enni (*ann. 474 M.*), Plauti:

gannit odiosus omni totae familiae

et alia, deinde 104 minus aperta Porci — Enni — magis ⟨obscura⟩ (maccius *cod.*) in Casina (*267*) *etc., cf. quaest. Pl. 72*

IV (XVII *Goetzi ed. mai.*)

Paulus 49 curriculo pro cursim ponebant. Plautus:

licet vós abire curriculo.

(licet, inquit, vos *Paulus*)

V (XVIII)

Paulus 60 corius ab antiquis masculino genere dicebatur. Plautus:

iam tíbi tuis meritis crassus corius redditust.

redditus est *codd.*

VI (XIX)

Paulus 60 crumina sacculi genus. Plautus:

dí bene vertant, tene cruminam. ínerunt triginta minae.

cf. Asin. 734

VII (XXI)

Paulus 61 citior comparativum a cito. Plautus:

núllam ego rem citiorem apud homines esse quam famam reor.

VIII (XXII)

Paulus 62 canitudinem pro canitie (*Nonius 82*). Plautus:

stúltus est adversum aetatem et capitis canitudinem.

es *Winterus, cf. Epid. 106 Most. 965*

IX (XXIII)

Paulus 62 conruspari conquirere. Plautus:

conruspare tua consilia in pectore.

senario syllaba defit. cf. ruspari (*Festus 265 Nonius 166*)

X (XXIV)

Paulus 62 caecultant caecis proximi sunt oculorum acie obtusa. Plautus:

númnam mihi oculi caecultant? estne hic noster Hermio?

XI (XXV)

Paulus 77 eiuratio significat id quod desideretur non posse praestari. Plautus:

eiuravit militiam.

XII (XXVI)

Paulus 90 fiber genus bestiae (vespae *codd.*) quadripes. Plautus:

sic me subes cottidie quasi fiber salicem.

cf. Varro de l. l. 5, 79 *fortasse a* quasi *novus versus incipit*

XIII (XXVIII)

Paulus 110 init ponitur interdum pro concubitu, interdum pro invenit, ut 'init rationem', interdum pro introit, ut Plautus:

init te umquam febris?

iniit *Bothius, sed cf. Men. 925*

XIV (XXIX)

Paulus 143 muneralis lex vocata est qua Cincius cavit ne cui liceret munus accipere. Plautus:

neque muneralem legem neque lenoniam
rogata fuerit necne flocci aestimo.

existimo *Scaliger, cf. Capt. 682* *cf. Truc. 760. leno loquitur*

XV (XXX)

Festus 165 nervum appellamus etiam ferreum vinculum quo pedes impediuntur. quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait:

pérfidiose captus edepol nervo cervices probat.

fort. captas eoepol *cod.*

XVI (XXXI)

Festus 166 narica est genus piscis minuti. Plautus:

muriaticam autem video in vasis stagneis
naricám bonam et canutam et + taguma
+ quinas fartas, conchas piscinarias.

1 muriatica *Scaliger* 2 narica *νάρκη? sed non est minuta, νηρίτης non piscis corp. gl. 2, 412 πολιός* canus canutus, *cf. Funckius Woelfflini arch. 8, 372. unum nomen deesse videtur, deinde* et phagrum, | anguillas fartas *Winterus non male, nisi parvi pretii pisces memorati videntur* (squillas *O. Muellerus*)

XVII (XXXII)

Festus 169 navalis scriba qui in nave apparebat, inter aliud genus scribarum minimae dignitatis habebatur, quod periculis quoque eius ministerium esset obiectum. Plautus:

nón ego te novi, navalis scriba, columbar impudens?

sive quod columbaria in nave appellantur ea quibus remi eminent (rem geminent, *corr. Turnebus*) sive quod columbariorum quaestus temerarius incertusque *cf. ad Amph. frg. XIX* columbari *cod.*

XVIII (XXXIII)

Festus 217 persibus (persicus *cod.*) peracutum significare videtur. ut Plautus:

nîl deconciliare sibus nisi qui persibus sapis.

quid *Scaliger* persicus, *corr. Scaliger*

XIX (XXXIV)

Paulus 228 profanum quod non est sacrum. Plautus:

sacrum an profanum hábeas, parvi penditur.

XX (XXXVI)

Festus 278 ⟨r⟩egiescit cum dixit | —c versu: vix super | —e misero mihi ac | —⟨i⟩nde etiam glires dicti videntur, quibus corpus pinguitudine adcrescit. *Paulus* regiescit apud Plautum significat crescit reglescit *restituit Vrsinus* vix super⟨sum dolori⟩ *Vrsinus, fuerit deinde* ⟨qui gliscit⟩ — ac regliscit

XXI (XXXVII)

Festus 297 surum dicebant ex qu— | —su est Plau | — non est tibi | —um. item: nam qui | —cus surculis | —m. tum poli | —aut asulae | —rus surum | —re possent (*in Thewrewki tabula XXVIII non apparet v. 2* su, *pro quo priores legerant* tum, *v. 3* no, *v. 4 prima* u). *quantum ad Plautum pertineat incertum, ultima Enni: Paulus* surum dicebant ex quo per deminutionem fit surculus. Ennius: unus surus surum ferret tamen defendere possent. *cf. Festus 286*

XXII (XXXVIII)

Festus 309 subverbustam veribus ustam significat Plautus (plaustus *cod.*) cum ait:

úlcerosam, compeditam, subverbustam, sordidam.

uicerosam conpenditam, *corr. Vrsinus*

XXIII (XXXIX)

Festus 333 ⟨scrutillus appella⟩batur venter suillus ⟨condita farte expletus⟩ (*sic Paulus Thewrewki, priores* condito farre). Plautus: venter sullus di— | inillum ego me hodie— | esa farte biberem — *ubi Vrsinus pro* inillum *posuit* scrutillum, *deinde* ⟨com⟩esa. *Winterus talia temptavit:*

A. Venter suillus di⟨vidatur. B. Tantulum⟩
⟨dides scr⟩utillum? ego me hodie ⟨hoc farcirem lubens⟩,
⟨si quod com⟩esa farte biberem ⟨esset mihi⟩.

loquitur parasitus. de farte *cf. Skutschius* (*ad Most. 169*)

XXIV (XLIII)

Plinius N. H. 14, 92

mittebam vinum pulchrum murrinam.

v. ad Achar. II. Plauti esse vidit Ritschelius op. 3, 178

XXV (XLIV)

Plinius N. H. 19, 50 quamquam hortos tutelae Veneris adsignante Plauto

XXVI.XXVII (XLV.XLVI)

Gellius 18, 12, 1 id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut pro verbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec vice inter sese mutua verterent. Iuventius in comoedia 'pallium' inquit 'non facio flocci ut splendeat'. nonne hoc impendio venustius gratiusque est quam si diceret '⟨ne⟩ maculetur'? Plautus etiam non dissimiliter:

quid ést? hoc rugat pallium: amictus non sum commode.

itidem Plautus pulveret dicit quod non pulvere impleat sed ipsum pulveris plenum sit:

exí tu, Dave, age sparge, mundum ésse hoc vestibulum volo.
Venus ventura est nostra, nolo hoc pulveret.

hoc esse *Ritschelius* vestra non hoc, *corr.* ς

XXVIII (XLVIII)

Porphyrio ad Hor. serm. 1, 6, 22 (quoniam in propria non pelle quiessem) ex proverbio sumptum est. eos namque qui mediocritatis suae obliti maiora se ipsis adpetunt solemus dicere non continere ⟨se⟩ intra pelliculam suam. et hoc scilicet inde sumptum est quod ductores (veteres *Meyerus, expectes* tenuiores) in pellibus dormirent. cuius rei et Lucilius testis est (*1175*) et Plautus, cum de anu ebria iocaretur, ait in *

pellibus periculum portenditur.

in *cf. frg. inc. XXXIX* pellibus ς: pellis *Vatic. Monac.* *cf. Asin. 530*

XXIX (XLIX)

Schol. Hor. serm. 2, 5, 11 (sive aliud privum dabitur tibi) privum est quod unius est, unde et privilegium, ut hoc Plautinum indicat:

Cilix, Lycisce, Sosio, Stiche, Parmeno,
exite et ferte fustes privos in manu.

versus om. codd. praeter Paris. 7975 cilix licisce sosi ostice *fort.* Sosia, *servile nomen, cf. ad Amph. 438. similia Capt. 657, Ar. Ran. 608*

XXX (XLVII)

Q. Sereni lib. med. 425

dulcia Plautus ait grandi minus apta lieni.

cf. ad Curc. 239

XXXI (L)

Nonius 119 g l i s — Plautus genetivo plurali:

glirium examina.

gliuium *Lugdunensis* *cuius metri fuerit incertum, sed cf. ad Trin. 425*

XXXII (LI)

Nonius 142 ext. m u r m u r i l l u m murmuratio. Plautus (*Rud. 1404*), idem:

quid murmurillas tecum et te discrucias?

in tecum *septenarium iambicum exiisse puto cum Goetzio*

XXXIII (LII)

Nonius 180 t i p p u l a animal levissimum, quod aquas non nando sed gradiendo transeat. Varro (*Men. frg. 50*), Plautus:

leviór es quam tippûla.

cf. Pers. 244

XXXIV (LIII)

Nonius 447 f r e n d e r e alicubi cum gemitu vel iracundia miserum aut minax sonare, ⟨alicubi frangere, *cf. Paulus 91*⟩. Vergilius (*Aen. 3, 664* dentibus infrendens gemitu), Pacuvius (*10*), Plautus:

nec machaeram audes dentes frendere +

Pacuvius (*11*) Accius (*478, uterque* fruges frendere) machaera *quinto casu Bothius* (*cf. Mil. 5 sq.*), *sexto alii*

XXXV (LIV)

Charisius 197 d o n i c u m pro donec. ita Livius, inquit (*Iulius Romanus*) usurpat (*21 Z.*), Plautus quoque:

inimicus esto, donicum ego revenero.

de primo vocabulo Bothius non iniuria dubitavit

XXXVI (LVI)

Diomedes 345 hiare et h i e t a r e veteres dixerunt. Plautus:

⏑ sí qua forte contio est, ubi eum hietare nondum
in mentem venit

septenarios discripsit Goetzius

XXXVII (LVII)

Diomedes 368 vendo vendidi — est tamen apud veteres v e n e o r et venditus sum, et (ut ς) apud Plautum:

ego illi venear.

secuntur exempla passivi venditur, vendita uenear ς: uindar *codd.*; *nec* venear *nec* vendar *Plautum scripsisse credi potest*

XXXVIII (LVIII)

Diomedes 458 in capite de tropis metonymiae exemplo (testimonium idem Donati 4, 400 Pompei 5, 307 K., Isidori orig. 1, 36, 9) et qui Plauti nomen addit Servius ad Aen. 1, 724:

vinum precamur, nam hic deus praesens adest.

precemur *Servius, Pompeius, fort. recte*

XXXIX (LIX)

Cledonius 5, 59 K. cedo — in plurali facit cette ut Plautus in *

cette patri meo.

cf. Pompeius 5, 240 c. p. m. habes etiam apud Plautum *et grammatici alii* cette *adferentes, cf. Merc. 965*

XL (LX)

Marius Plotius 6, 472 K. (Probi cath. 4, 8) hoc praesepe huius praesepis hoc genere declinatur. nam quod Plautus

haec praesepes mea est

genere feminino, sicut apud Graecos, auctoritas est, non ratio praesepes *Probus:* praesepis *Mari Ploti cod. cf. Curc. 228 Cas. 57 Rud. 1038*

XLI (LXI)

Schol. Verg. Aen. 1, 738 increpitans — melius tamen accipimus clara voce hortatum, ut Plautus:

néque ego ad mensam publicas res clamo neque leges crepo.

cf. ad Mil. 648, Ar. Vesp. 1174 sq.

XLII (LXII)

Schol. Aen. 2, 357 catuli non solum canum sed et serpentum ut *georg. 3, 438,* Plautus etiam suum:

et égo te conculcabo ut sus catulos suos.

cf. Truc. 268

XLIII (LXIII)

Schol. Aen. 4, 533 (insistit secumque ita corde volutat) aut insistit volutare aut insistit proposito moriendi. Plautus tamen ita ait:

hunc sermonem institi.

cf. Stich. 430, Epid. 355

XLIV (LXIV)

Schol. Aen. 9, 399 antique properet mortem ut Plautus:

properate prandium.

cf. schol. georg. 4, 170 'fulmina properant' vetuste ait ut Plautus 'properant prandium' *cf. Cas. 766*

XLV (LXV)

Servius ad Aen. 1, 478 inscribitur dilaceratur, ut Plautus:

corpus tuum virgis ulmeis inscribam.

inscribitur *Cassell.* (*qui om.* Plautus). *dubitare licet an Servius respiciat Pseud. 545. item alia a Servio non accurate relata, ut ad Aen. 1, 480* numquam ad civitatem venio nisi cum infertur peplum (*cf. Merc. 66*), *ad 10, 424* ego hunc hominem hodie texam pallio (*cf. Amph. 294*), *ad 7, 88* ille incubat Iovi (*cf. Curc. 266*), *ad Mil. 412 Most. 218 all.*

XLVI (LXVI)

Servius ad Aen. 12, 519 hic et haec pauper dicimus, nam paupera usurpatum est. sic Plautus:

paupera est haec mulier.

ad 3, 539 cum et Plautus paupera dixerit. *huius quoque fragmenti parva fides, cf. Vid. frg. III*

XLVII (LXVII)

Servius ad Aen. 6, 205 viscum, ut ait Plinius in naturali historia (*16, 247, cf. Athen. 9, 394*^{e}) de fimo turdelarum in certis arboribus nascitur. unde Plautus:

ipsa sibi avis mortem creat.

cf. Isidorus orig. 12, 7, 71 turdela quasi minor turdus, cuius stercore viscum generari putatur. unde et proverbium apud antiquos erat 'malum sibi avem cacare.' *unde* cacat *Burmannus*

XLVIII (LXVIII)

Servius ad Aen. 6, 229 circumtulit purgavit. antiquum verbum est. Plautus:

pro laruato te circumferam

i. e. purgabo *cf. Amph. 776*

XLIX (LXIX)

Servius ad Aen. 6, 775 castrum autem civitas est, nam castra numero plurali dicimus, licet legerimus in Plauto:

castrum Poenorum.

poenarum, *correctum in cod. Reginae*

L (LXX)

Servius ad Aen. 7, 715 Fabarim quem dicit etiam ipse per Sabinos transit et Farfarus dicitur. Plautus:

dissipabo te tamquam folia farfari.

cf. Poen. 478. versui describendo auctoris fides non sufficit

LI (LXXI)

Servius ad Aen. 8, 310 (facilesque oculos fert omnia circum) physici dicunt ex vino mobiliores oculos fieri. Plautus:

faciles oculos habet,

i. e. mobiles vino

LII (LXXIII)

Macrobius sat. 5, 19, 11 omnino ad rem divinam pleraque aenea adhiberi solita multa indicio sunt et in his maxime sacris quibus delinire aliquos aut devovere aut denique exigere morbos volebant. taceo illud Plautinum cum ait:

medicum habet patagus morbus aes.

mecum, *corr. Buechelerus* paeagus, *corr. Canterus. Paulus 221* patagus, morbi genus

LIII (LXXIV)

Priscianus 1, 293 inveniuntur tamen quaedam pauca feminini generis — ut his natabus filiabus deabus — Plautus in Sticho (*567* filiis), idem:

qui talis est de gnatabus suis.

quin *codicum pars* *verba obscura. temptavi* idemque in +Talis: est (*i. q.* edit). *etiam Commorientes et Lipargum Priscianus solus adfert*

LIV (LXXIX)

Isidorus orig. 19, 5, 2 funda genus est piscatoriae retis, dicta ab eo quod in fundum mittatur. eadem etiam a iactando iaculum dicitur. Plautus:

probus quidem antea iaculator eras.

antea *non scripsit Plautus, sed cf. Epid. 33 Trin. 568* (*Ritschelius op. 2, 547*)

LV (LXXX)

Isidorus orig. 19, 23, 3 linnae saga quadra et mollia sunt. de quibus Plautus:

linna cooperta est + textrino Gallia.

testrio *lib. gloss.* ⟨e⟩ textrina gallica *alii fere*

LVI (LXXXI)

Isidorus orig. 19, 24, 1 pallium est quo ministrantium scapulae conteguntur, ut dum ministrant expeditius discurrant. Plautus:

si quid facturus es,
appende in umeris pallium
et perge ad ⟨eam⟩ quantum valet
tuorúm pedum pernicitas.

appende *suspectum, potius* suspende, *cf. Capt. 779. 789* perge ad eam *temptavi:* pergat

LVII (LXXXII)

Isidorus orig. 20, 8, 1 omnia vasa coquendi causa parata cocula dicuntur. Plautus:

aeneis coculis mi excocta est omnis misericordia.

ahenis *expectamus, cf. Truc. 272. 274; deinde senarius Paulus 39* cocula vasa aenea *e. q. s.. corp. gloss. 5, 14, 36, Loewius gl. nom. 90. 95*

LVIII (LXXVI)

Corp. gloss. 2, 13, 9 acieris (acceres) ἀξίνη ἱεροφάντου, ὡς *Πλαῦτος, cf. Paulus 10* acieris securis aerea qua in sacrificiis utebantur sacerdotes

LIX (LXXV)

Priscianus 2, 70 Plautus amiciter (*Pers. 255*) avariter (*Curc. 126 Rud. 1238*) munditer (*Poen. 235*) saeviter (*Poen. 335 Pseud. 1290 Trin. 1060, cf. Stich. 78 Truc. 896*) maestiter (*Rud. 265*) aequiter asperiter

LX (XI)

Paulus 24 aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant

LXI (LV)

Charisius 242 butubatta. hoc Plautus pro nihilo et pro nugis posuit, ut in glossis veterum (*sic Iulius Romanus*). *Naevio ascribit Paulus 36*

LXII (LXXVII)

Corp. gloss. 2, 34, 29 glos ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφή, γάλως, παρὰ *Πλαύτῳ. secundum quam emendat Goetzius glossam quae sequitur v. 32* glumea χλώρας ἀδελφὴ γαμετὴ ὡς Πλαῦτος

LXIII (XXVII)

Paulus 99 herbam do cum ait Plautus, significat 'victum me fateor', quod est antiquae et pastoralis vitae indicium. nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, cum superati erant, decerptam herbam adversario tradebant. *cf. Servius ad Aen. 8, 128 et quae praeterea adfert Otto de prov. Rom. 161*

LXIV (LXXVIII)

Isidorus orig. 5, 26, 17 internecivi significatio est quasi hominis quaedam enecatio. nam praepositionem inter ponebant antiqui pro e. Naevius 'mare interbibere' (*cf. Aul. 558*) et Plautus interluere mare, i. e. ebibere et eluere

LXV (XXXV)

Paulus 243 pullariam Plautus dixit manum dextram

LXVI (LXXII)

Servius ad Aen. 3, 42 scelerare polluere, et est sermo Plautinus, quo hodie non utimur *tantum* scel. poll. *Floriacensis*

LXVII (XL)

Paulus 367 thocum genus sellae habetur apud Plautum

LXVIII (XLI)

Paulus 368 vesperna apud Plautum cena intellegitur

Praeterea Reitzensteinius quaest. Verr. 58—67 ad Plautum pertinere demonstravit glossam Pauli p. 61 custoditio est opera ad custodiendum quid sumpta (*de glossis* conivola *et* cogitatim *cf. ad Cist. p. 304*), *item glossas p. 35* blandicella verba blanda per deminutionem sunt dicta, bellitudinem sicut magnitudinem Verrius dixit, binominis cui geminum est nomen, ut Numa Pompilius, Tullus Hostilius, *glossas p. 28* ad exitam aetatem ad ultimam aetatem (*cf. corp. gloss. 5, 21, 8* exitam finitam exactam *post* effafillatus), anginam vinariam habere dicuntur qui vino suffocantur. *dubitare licet de glossis p. 28* adfabrum fabrefactum, alimodi pro alius modi, aeneolo quod ex aere fit dicimus, aenulum vas ex aere parvum (aenulum *potius Plautinum quam* aeneolo), *cum* alimodi *alibi Catoni ascribatur* (*cf. quaest. Plaut. 294*). *magis incerta res de glossis p. 27* addues addideris, aristophorum vas in quo prandium fertur, ut discus, *p. 35* bitienses dicuntur qui peregrinantur assidue, botulus genus farciminis propter conexionem a bolis sic appellatur (bolus *Plautinum, cf. Reitzensteinius 66*), *p. 92* fucilis falsa, dicta autem quasi fucata (*cf. Goetzius ad frg. dub. II*)

Pauli glossam p. 36 bellule apud Plautum deminutivum adverbium est a bene, quod facit belle et bellule *ad Bacch. 1068 rettuli; praecedunt glossae* blennos (*Bacch. 1088*), binominis, barbari (*cf. Bacch. 121*). binominis *fortasse miles fuit in Bacchidum parte amissa* (*nominatus tantum v. 589*), *ut Curc. 408. 430. 561* (*non 421*) *Mil. 14*

De Pauli glossa 69 dirigere apud Plautum invenitur pro discidere *cf. ad Curc. 424, de glossa p. 61* coquitare pro coctitare, i. e. frequenter coquere, Plautus posuit *ad Aul. 408, de Frontonis verbis p. 27 ad Most. 142* (*casu septenarius evasit* non — fluit), *de Nonio p. 220 s.* pilleus *Capt. p. 221, de verbis a Donato adlatis* fortasse ted amare suspicarier *et* argentum hinc facite *ad Bacch. frg. XX p. 131*

Varronis Men. frg. 522 perrexit in interiores partes domuis posticae, ut ait Plautus penitissimae *ad Pers. 522 spectat, Gelli 4, 7, 1 testimonium de Valeri Probi pronuntiatione nominum velut* Hannibālem *ex Plauto firmata ad Poen. 997, Mari Ploti 6, 491 K.* (*Probi cath. 38*) *de verbo* reboo *fortasse ad Amph. 232* (boat). *neglegenter Servius in Don. 4, 441 K.* nam invenimus in Plauto meminens, *cf. Keilius ad l.*

Servius ad Aen. 4, 82 sola sine eo quem amabat, nam regina sola esse non poterat. est autem Plauti, qui inducit inter multos amatorem positum dicentem quod solus sit. *ad Amph. 640 rettulit Schoellius ed. min.*

Fulgentius de abstr. serm. 565 (*XIX L.*) flocci dixerunt quasi nihili, unde et Plautus ait:

flocci pendo quid rerum geras.

566 (*XXII L.*) cistellam capsellam, ut Plautus ait:

cistellam mihi offers cum crepundiis

(affers *Bruxell. alter*). *idem 565* (*XXI L.*) *ex Milite glorioso affert:*

itane nos nostramque familiam habes exercitam?

de quorum versuum fide dixi de Pl. Vid. 16 sq.

Denique quae Osbernus adfert Mai cl. auct. 8, 197 est et laurum pirum, eo quod sit minutum sicut loligines qui sunt pisces parvi. unde Plautus:

loligunculos minutos fabulare credas,

conficta sunt ex Cas. 493 et Rud. 1325 (*coniunctis apud Priscianum 1, 108 ut vidit Goetzius*), *quae p. 332* moveo — et hic momarsiculus i. e. stultus qui cito movetur ad iram, unde Plautus:

quid tu, o momarsicule homo, praesumis?

(*et alio loco* quid ais, momarsicule homo), *ea nihili esse ostendit Paulus 140* momar Siculi stultum appellant, *cf. Hesychius μῶμαρ· μέμψις, ὄνειδος, αἶσχος, Lycophr. 1134*

INDEX NOMINVM

praeter nomina propria et similis generis nonnulla recepi graeca quae Plautus non latina fecit. post numerum uncis inclusa scriptura codicum tantum ad eum numerum pertinet. personis fabulae nomen adiectum est maiusculis expressum et numeri scaenarum quarum tituli nomen habent. vocativum fere non indicavi ubi forma non differt.

CORRIGENDA ET ADDENDA

Corrigam errores aliquot quales legentibus molestiam exhibere possint. addam ex Goetzi et Schoelli editionis minoris fasciculis III et V (quo inde a Poen. v. 796 in plagulis corrigendis uti potui) quae de codicum lectione monuerunt graviora.

I p. 190 *delendum in margine* 235ᵃ *et in adnotatione ponendum* 234 *pro* 235
p. 247 *in summo margine lege* II 8, 75 *pro* II 3, 75
p. 248 *in margine numeri* 540. 545. 550 *infra suos versus deiecti sunt*
p. 329 *Curc. 519* tibi opus est *non* opus est *codd.*
p. 333 *Curc. 613* PH. *pro* CV. *codd.*
p. 353 *Epid. 353* credit *in B correctura recens*
p. 365 *Epid. 518* eamne (*non* eumne) *etiam B*
II p. 6—13 *scaenae notandae sunt* I *et* II 1, *non* I 1 *et* I 2
p. 14 *Mil. 178 lege* periisse
p. 27 *Mil. 444 deest punctum in fine*
p. 56 *Mil. 1060 notare debebam* 1059. 60
p. 64 *numeri* 1220. 1225. 1230 *binorum versuum spatiis sursum retracti sunt*
p. 80 *infra lege* nominat
p. 90 *Most. 250 lege* usus
p. 119 *Most. 937* aperis *non* apéris
p. 120 *Most. 967 emendationem Sonnenscheinio ascribere debebam*
p. 128 *adn. v. 1140 errore scriptum* dare faenori, *cf. ad Vid. 84*
p. 188 *Poen. 218* concessavimus *codd.*
p. 192 *Poen. 309* auscultāri (*Hinckius*) *vel* auscultān (*Studemundus*) *B*
p. 199 *Poen. 471* lenutte *B*
p. 205 *Poen. 609* fecerint B^2 *in litura*
p. 234 *Poen. 1247 lege* vos *non* vox
p. 351 *Rud. 1058 in fine punctum dele*
p. 493 *Truc. 687 post* sequere *virgulam dele*
p. 503 sq. *Truculenti actus* V *signum accepit* IV 5

scribebam Gottingae Kalendis Iuliis

Lipsiae typis I. B. Hirschfeldi.



